


CAPITVLORVM
REGNI SICILIAE
CONSTITVTIONVM, ET PRAGMATICARVM
MVNIFICENTISSIMORVM REGVM

MARTINI, ET FERDINANDI I.
COMPOSITIONVM

TOMVS TERTIVS

In quo, vltra pulchrã Capituli Continua de Præscriptionibus tã in feudalibus quàm in allodialibus repetitionem, necessaria materia Demanialium, Officiorum, Syndicatus, Victualium, Extractionum, Beneficiorum, Iuris patronatus, Donatiuorum Regiorum, Vicariatuum, aliorumq; plurium in vtroque iure ad Rempublicam pertinentium, quæ dupplex index continet, pertractantur.

AVTHORE V.I.D. MARIO MVTA

Nunc primum in lucem æditus, Legum Studiosis, alijsque in foro versantibus non inutilis, cumSummarijs, Indice, ac diuersorumTribunalium hoc signo ☙ notatis Decisionibus.



PANORMI
Apud Ioannem Antonium de Franciscis. M. DC. XIV.
SVPERIORVM PERMISSV.



IO. FRANCISCO RAO

A PACIS, BELLIQVE CONSILIIS SVÆ CATHOLICÆ MAIESTATIS, ET MAGNÆ REGIÆ CVRIÆ huius Regni Siciliæ Præsidi dignissimo



MARIVS MVTA V.I.D. SALVTEM.



DILVCIDATIONES inceptas iam super Siciliæ Regni Capitula, cum quotidianis Amicorum penè conuicijs reposcerentur, nec vllum facerent flagitandi finem, publicis præli literis consignare, ac continuare cogor, Illustrissime Præses; impeditum mihi consilium non fuit, cuius potissimum nominis inscriptione notatæ peruenirent in Doctorum manus. A te nimirum aberrandum non erat, in quo vnum sunt omnia, quæ singuli in pluribus sectãtur, exactissimum ingenium, Maiorum splendor, animi candor, vitæ probitas, morum suauitas, ita vt, & ipsa alioqui seuerior, in te collocari gestierit, rerum humanarum, diuinarumquè cognitio. Me quidem, vt liberè fatear non nihil deterret tuæ dignitatis authoritas, verum allicit tantisper animum ingens tua communis nostræ iuris prudentiæ cognitio, quasi quodam vinculo in te à Maioribus tuis Augustino Rao Magno Aduocato, eiusque filio Antonio Rao V. I. D. Regisque Federici Auditore, & Consiliario (sicut scripsit Mattheus de Afflicto super Constit. Regni Neapolis rubr. 77. de Iudicib. annalibus) continuato, adeout aliqua mihi portio contigerit, vt gloriæ fructus sentiam aliquando, etiam pro tenuitate mea. Enim ve-

† 2 rò

rò cum nihil æquè tuum semper duxeris, quàm de vniuersis, Tuisquè præsertim benemereri, ingratum non erit, si nunc ad istam aram cum hac muneris tenuitate confugerim, quod te benigne accepturum tuæ in me ob plura collata beneficia demonstrarunt experiētiæ, ob id maiores, ex commēdationibus adhuc de me ad ILLVSTRISSIMVM DVCEM, insigniorum cuius inscriptione Liber hic decoratur, posthac spero largitiones pariter consecuturus. Erit hoc videlicet qualecumque opus, Serenissimorum Regum Siciliæ MARTINI, & FERDINANDI .I. Capitulorum Regni dilucidationum Tomus Tertius, non solum legibus armatum, sed tui etiam nominis authoritate, veluti armis decoratum. Vale.





DON FRANCISCVS RAMPOLLA V·I·D.

AD LECTOREM.



OMMENTARIORVM in Regni Siciliæ Capitula Marij Mutæ I. C. Panormitani, viri sanè eximij, ac præstantissimi ad communem Reip. literariæ vtilitatem Tertius hic Tomus felicissimis auspicijs prodit in lucem, eorum continens interpetrationem, quæ sub Serenissimis Regibus MARTINO, ET FERDINANDO, huius nominis Primo, sunt edita. Opus planè egregium, solida doctrina, & ad praxim maximè necessaria refertum, & quale ex alijs eius scriptis iam pridem Typis euulgatis conijcere poteras. Etenim quantæ sint eruditionis, & præstantiæ, non solum, te ipso Arbitro, didicisti, verum etiam celebres quique cum Siculi, tum etiam exteri iuris prudentiæ Consultissimi præclarum reddunt testimonium, dum pro suis firmandis opinionibus, grauissimarum causarum Decisionibus stabiliendis, ac difficillimis, quæ quotidie excitantur, controuersijs, præsertim verò, quæ ad huius Fælicissimæ Vrbis Panormi Iura municipalia, totiusque Regni statuta, pertinent, diffiniendis, Marij Mutæ auctoritate pasim vtuntur. At vero posteriores hi fructus maturioribus annis, cum quibus prudentia simul augetur, parti sunt. Siquidem iudicandi munus in hoc Regio Vrbis Tribunali, atque exinde in eiusdem criminalium, ciuiliumque causarum Appellationum Sede, Catholici, & Potentissimi D. N. Regis æquissima munificentia, omniumque profectò congratulatione bonorum illi iniunctum, plura etiam in insignibus Regni Ciuitatibus officia demandata, eaque omnia miris cum sapientiæ, tum integritatis laudibus administrata, indefessus pariter scribendi, & de iure respondendi labor peritiorem, Iurisque publici, & forensium rerum expertissimum Professorem reddere potuerunt. Accipe igitur tuis commodis, totiusque posteritatis iuuandæ gratia omni ex parte elaboratissimum opus, solitaque gratitudinis significatione prosequere. Ita enim fiet, vt reliquos Tomos iam digestos, quibus vniuersum Siculum, & patrium Ius antea quidem obscurum, doctissimarum lucubrationum splendore illustratur, quamprimum (Deo annuente) prælo dandos expectare poteris. Vale.

INDEX TITVLORVM
AD CAPITVLA REGNI REGIS MARTINI.

De

Finis Capitulorum Regni Regis Martini.



INDEX

INDEX
ALTER TITVLORVM
AD CAPITVLA REGNI REGIS
FERDINANDI .I.

FINIS CAPITVLORVM REGNI REGIS FERDINANDI .I.



CAPITVLORVM REGNI SICILIAE CONSTITVTIONVM, ET PRAGMATICARVM REGIS MARTINI

POSITORVM, ET QVÆSITORVM PRO PARTE Serenissimi Principis, & Domini nostri compositionum

TOMVS TERTIVS.

AVCTHORE MARIO MVTA V.I.D.

SVNT QVATVOR HAEC, QVAE SEQVVNTVR, videlicet,

Primo, quemadmodum, qualiter, & quomodo sit Regia domus ordinanda,
Secundo, quæritur de ordinatione, & prouisione Castrorum.
Tertio, quæritur de ordinatione Gentis armorum.
Quarto, & vltimo quæritur de ordinatione offitiorum, & salario offitialium.

Ad quæ humiliter, & deuotè cum reuerentia sic respondetur, Cap. I.



AD Primum, quòd Serenissimus Dominus Rex prędictus reuocet, auocet, & recuperet, & in suis manibus reponat, omnes Insulas, Ciuitates, Terras, & loca, ac Castra Demanij, quæ per alios detinentur in Baronia, siue rectoria, ipsaque applicet in suo dominio, nec alicui deinceps concedat, siue in rectoria, siue Baronia, sed constituat in ipsis suos simplices Capitaneos annales, & offitiales, & sic reditus, & prouentus eorum liberè perueniant ad Regiam Cameram, vt possit domum suam ordinare, & honorificè viuere. Placet Regiæ Maiestati contenta in dicto Capitulo, veruntamen, quia dubium est super aliquibus terris, & locis vtrum sint de Demanio, vel Baronia, dicta Regia Maiestas eliget duodecim personas, videlicet sex de consilio suo, & sex alias de vniuersitatibus per eas eligendas, cum quorum consilio dicta Regia Maiestas declarabit dictas terras, & loca dubia debere esse de de Demanio, vel de Baronia. Placet præterea dictæ Regiæ Maiestati reuocare omnes, & singulas rectorias Ciuitatum, Terrarum, & locorum de Demanio. Post prædicta de dicta declaratione facienda

cienda de dictis terris, & locis dubijs fuerunt electæ per eandem Regiam Maiestatem sex infrascriptæ personæ, videlicet, Reuerendissimus Cardinalis, nobilis Comes Bernardus de Capraria, Raymundus Xamar miles, Nicolaus Chrisaphi Regni Siciliæ vnà cum Socijs, Magister Rationalis, Iacobus de Aretio miles, Regni Siciliæ Prothonotarius, & Corradus de Castellis miles. Et per dictas Vniuersitates fuerunt electæ aliæ sex personæ infrascriptæ, videlicet, Sallimbenius de Marchisio, Iacobus Denti, legum Doctores, & Magnæ Regiæ Curiæ Iudices, Nouellus Pedilepori de Siracusia miles, Raynaldus de Landolina de Noto miles, Lucas de Cosmerio de Panormo, & Notarius vitalis de Felixio de Agrigento, Cumquarum omnium prædictarum duodecim personarum concordi consilio præfata Regia Maiestas posuit coram conspectu suæ Serenitatis terras infrascriptas, tamquam dubias scilicet, an esse debeant de Demanio, vel de Baronia; videlicet Monforti, Tripi, la Nohara, Bizini, San fradello, San Filippo de Argirione, Caltauuturon, Calatafimi, cum Comitatu, Iuliana, Auola, & Castellioni. Et discussis benè, & examinatis omnibus, & singulis rationibus quæ faciebant, & facere poterant in dicta dubietate terrarum, an essêt, vel esse deberent de Baronia, vel de Demanio, cũ maturo, & cõcordi consilio dictarum duodecim personarum, ipsa Regia Maiestas declarauit, decisit, & determinauit ad plenum dubietatem inde dictam per hunc sequentem modum, videlicet, quòd dicta terra cum Castro Monfortis sit, & esse debeat de Baronia, & sic remaneat nobili Ioanni de Coriglies vigore Regiæ donationis de ipsa terra, & castro sibi factæ, ita quòd renunciet, & dimictat Castrum di Lucchalà pro nobili Calcerano de Santa pace, vt dicetur infra. Item quòd dicta terra cum Castro, Tipri sit, & esse debeat de Baronia nobili Aloysio de Aragona vigore Regiæ donationis de ipsis terra, & castro sibi factæ, ita quòd ipse nobilis Aloysius habeat onus tenendi in acquisitione Cammaratæ, seu alio quocumque seruitio Regio triginta equos per duos menses ad expensas suas, ita quòd dicta terra cum castro Noharia sit, & esse debeat de Baronia, & sic remaneat in Baronia nobili Bartholomeo de Iuenio Regni Siciliæ Cancellario vigore Regiæ donationis de ipsis terra, & castro sibi factæ, itaquòd ipse nobilis Bartholomeus renunciet, & dimictat omnes, & singulas gabellas, collectas, seu Regias subuentiones, tractas, & alia omnia, & singula iura, quæ habet, in, de, & super Secretijs, terris, locis Regij Demanij, quocumque nominê nuncupentur, & sint sic, quòd omnia ipsa iura restituantur, & reducantur Regiæ Curiæ, prout antiquitus erant. Item quòd dicta terra

Bizini

Bizini fit, & esse debeat de Demanio non obstantibus quibuscumque donationibus de ea factis in Baronia; etiam dictus nobilis Calceranus de Sancta pace pro excambio donationis Regiæ de dicta terra Bizini sibi factæ habeat dictum Castrum de Lucchalà, & habeat Biuerium Leontini vt bonum Demanij, itaquòd facto sibi excambio, vt infra dicetur, ipsum Biuerium ad Secretiam dictæ terræ liberè, & penitus reuertatur. Item de dicta terra, & Castro Castellioni, quæ dictus nobilis Bartholomeus in Baronia tenet, fuit sic determinatum, quòd ipse nobilis obtulit se paratum ad seruitium Regiæ Maiestatis prædictæ, restituere, & assignare ipsam terram, & Castrū Castellionis, recuperatis prius per eū à Regia Curia florenis tribus millibus cum interesse, quod extitit consecutus pro habitione florenorum prædictorum, ad prouisionem, & declarationem Magistrorum Rationalium; quòd si ipsa Regia Maiestas elegerit habere dictam terram, & Castrum Castellionis pro Demanio suo, soluere debeat ipsa Regia Maiestas eidem nobili Bartholomeo dicta tria millia florenorum, & interesse hinc per totum mensem Martij proximè venturum, & si infra iddem tempus dicta Regia Maiestas non soluerit dicto nobili Bartholomeo ipsos tres mille florenos, eo casu ipsa Regia Maiestas debeat declarare, & nunc pro tunc declarat ipsam terram, & Castrum Castellionis fore, & esse debere de Baronia iuxta sententiam inde latam per Magnam Regiam Curiam, super alijs vero omnibus supradictis terris, ex certis causis fuit declaratum supersederi ad præsens, sic tamen, quòd quandocumque dictæ Regiæ Maiestati videbitur cum consilio dictarum duodecim personarum, possit declarare, & determinare dubietatem prædictam. Cætera vero remaneant in eo statu, quo sunt.

S V M M A R I V M.

Demaniales terræ quot sint, nu. 1.

Demanialia regulariter alienari non possunt, & in quibus casibus, sic. nu. 2. & quare nu. 16. cum seq. & nu. 36. fallit nu. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 62.

Regis successor non tenetur in rebus malè alienatis factum prædecessoris seruare, ibid. & nu 44.

Rex respondens per verbum placet, simpliciter omnia concedere videtur, nu. 3. & seq & nu. 9.

Regi spectat declarare id, quod declarari debet secundū supplicationē, n. 4. cū seq.

Regis successor potest declarare factū prædecessoris, nu. 5. amplia, nu. 6. cum seq.

Declaratio animi non potest fieri per hæredes sicut nec declarare libellum porrectū per defūctū, ibid. fallit n. 6. cū seq.

Declarandi ius est personalissimū, ibid.

Hæres an, & quibus casibus possit declarare voluntatem defuncti prædecessoris, ibid. & nu. 6. cum seq.

Hæres potest declarare animum defuncti, quando est circa expressa pacta, num. 6. cum seq.

Hæres regulariter non potest obijcere culpam, & quando sic, nu. 7.

Hæres vtitur iure reuocandi sicut eius defunctus prædecessor, nu 8.

Declaratio caducitatis potest fieri etiam per hæredem ad quem transit ius, ibid.

Rex concedendo gratiam per verbum, placet, concessisse videtur perfectam nu. 9.

Placet, verbum, importat gratiam perfectam, ibid.

Fiat, verbum est Papale, ibid. & nu. 15.

Principis decretata semper est attendenda, nu. 10. cum seq.

Testis depositio debet interpetrari secundum capitulum, ibid.

Decretata Principis simpliciter facta interpetratur secundum formam petitionis, nu. 11. & seq.

Principum, & Regum responsiones regulantur secundũ petitiones partiũ, n. 12.

Capitula Regni sunt concessa ad Regni supplicationem, & interpetrantur in fauorem supplicantium, nu. 13.

Rescriptum non est verisimile interpetrari in plusquàm petitum fuerit, nu. 14.

Papa potest decretare per verbum placet, & fiat, ipsi soli conueniens, & non alij num. 15.

Secretiæ membra non possunt alienari nisi quo ad fructus, & propter benemerita vassallorum, nu. 16.

Gabellæ Regiæ non possunt alienari nec vlli concedi, ibid.

Demanialia si alienantur, posset resisti armata manu absque pœna, nu. 17.

Demanialia possunt alienari in Reginã, ibid.

Demanialia non possunt concedi in rectoriam, nec Baroniam, nu. 18.

Officiales debent esse annales, non perpetui, nu. 20. & in primo Septembris mutari, nu. 21. ratio nu. 22. cum seq. & num. 31. fallit nu. 35.

Prætor Panormi anno quolibet mutatur, ibid.

Capitanei debent essent annales, ibid.

Officiales in 1. Septembris anno quolibet mutantur, de iure commune Kalendis Ianuarij, nu. 21.

Temporis infinitas in officialibus præstat crassandi licentiam, nu. 22.

Honorum continuatio est prohibita, n. 23.

Officiorum continuatio dat causam peccandi ibid.

Castellania, & Capitania non debet simul concedi in terris, & locis demanij vltra annum, nisi ex dispensatione, nu. 24.

Straticoti officium durat biennio, nu. 25.

Straticoti officium est singulare, & in duobus locis inuenitur, ex prærogatiua Regum, ibid.

Messana nobilis, & Salernum habent Straticotos, ibid.

Straticoti officium est quasi sternere maleficia & æquiuocum, nu 26.

Salerni Ciuitas habet priuilegia antiquissima, nu. 27.

Messana habet studia priuilegiata, ibid.

Defensor ciuitatum per biennium, & non vltra durabat, nu 28.

Rector studij olim durabat biennio; hodie in regno per annum, nu 29.

Consiliarij locorum demanialium durabãt per annum, nu. 30.

Offitiales ideo annuales ad hoc vt omnes regnicolæ participent in offitijs, nu. 31.

Offitia ad beneplacitum æquiparantur perpetuis, nu. 32. cum seq.

Verbum in perpetuum, importat quãdiu viuet, ibid.

Beneplacitum finitur morte, nu. 33. & an transeat in successorem, nu 34.

Relegatus ad beneplacitum an extinguatur morte relegantis, ibid.

Offitium eminentis industriæ, vel ex alia causa, aut ex necessitate potest per Principem vltra annum prorogari, & continuari, vel ex consuetudine, nu. 35.

Demanialium bonorum reditus ad regiam Cameram spectant, vt domus regia ordinetur, & honorifice viuat, nu 36.

Demanialia non possunt alienari stante iuramento facto per offitiales, & Reges de eis non alienandis, nu. 37. 43.

Demanialia occupari non debent, ibid.

Præsides boni semper attendere debent iustis tributorum exactionibus, ibid.

Procurator Fiscalis Regij Patrimonij debet vacare circa bona demanialia, & regalia, vt sint illæsa, nu. 38.

Demanialia bona præsertim seruientia pro vsu, venatione, & delitijs Regum non possunt alienari, nec locari, alias reuocantur, non obstante iuramento. nu. 40.

Forestæ, & venationes pro delitijs Regum debent cum vigilantia custodiri ad eorum vsum, nec alienari, ibid.

Iuramentum præstitum in alienationibus subauditur durante eo, cui iuramentum est præstitum in statu suo, nu 40.

Donatio facta Ecclesiæ per donantem dum filios non habuerit, illis procreatis reuocatur, ibid.

Demanialia loca sunt distincta à terris, & locis Comitum, & Baronum, nec possunt ad vnum reduci nisi ex causa, nu. 41.

Demanialia quando reuocantur, & recuperantur solet regnum dare donatiuũ magnum, ibid.

Donatiuum Regium solet offerri in recuperationibus, & reintegrationibus bonorum demanialium, ibid.

Tracta, collectæ, & similes tamquam demanialia alienari non possunt, nu 42.

Demanialia v. g. ciuitates, castella, terra, gabellæ, & reditus nullatenus alienentur,

nentur, etiam ex vrgentissima necessitate, ibid.

Reges in eorum coronationibus iurant in libro Pontificali non alienare demanialia, nu. 43.

Demanialia non possunt alienari etiam in Ecclesiam, nu. 44.

Regis successor potest reuocare demanialia alienata per prædecessorem, & quid de mero, & mixto imperio, ibid.

Successor Regis an possit merum, & mixtum imperium concessum aliquibus reuocare, ibid.

Regis corona, & status publicus læditur dum demanialia alienantur, ibid.

Vicereges non possunt demanialia, & ad regiam coronam spectantia alienare nec de eis facere gratiam, sub pœna priuationis officij, nu. 46.

Demanialia possunt concedi aliquibus personis sieulis habita eorum consideratione circa seruitia, nu. 47.

Demanialia possunt quo ad fructus alienari, vendi, & obligari, & quomodo, n. 48.

Demanialia quæ fuerunt empta per Regem viuentem iure priuato, possunt per eundem alienari, nu. 49.

Demanialia quo ad modica possunt alienari, nu. 50. cum seq.

Demanialia possunt alienari quoties grauiter coronam Regis non læderent.

Procurator Regis cum libera etsi quòd nõ habeat specialem potestatem donandi potest donare si agitur de modicis, & solitis dari, nu. 52.

Demanialia possunt licitè alienari in filium Regis, & quo ad vtile dominium, n. 53. & nu. 58.

Demanialia possunt concedi in feudum retenta proprietate. & nu. 60.

Demanialia potest Rex per specialem assensum vel priuilegium alienare, & quomodo, nu. 54.

Baro an, & quomodo possit rem de demanio feudi sui alienare, nu. 55.

Demanialia ab vncijs viginti reditus possunt alienari, nu. 56.

Demanialia possunt ad modicum tempus locari, nu. 57.

Demanialia quo ad directum dominium nõ possunt alienari, nu. 58.

Demanium concessum vniuersitati per Regem potest per eũdem reuocari maximè si ipsa vniuersitas consenserit, nu. 59.

Rex potest constituere nouam dignitatem v. g. Marchionatus, vel ducatus in bonis demanialibus per eum concessis, num. 60. & seq.

Alienare non dicitur qui infeudat, nu. 61.

Demanialia possunt alienari per primum Regni acquisitorem & quomodo. nu. 62.

Demanialia, & quæ habent priuilegium Demanij alienari non possunt, nisi ex vrgentissimis caussis aliàs reuocetur, n. 63.

Capitula Regni non subscripta per Reges an valeant, nu 64. & seq.

Subscriptio Regum in capitulis, an & quando non vitiet, ibid.

Subscriptio regulariter est necessaria in multis casibus, nu. 65. 66. cum seq. & quibus non, nu.

Scriptura in quibus casibus sit necessaria, & quibus non, ibid.

Officiali non habenti litteras regias, & sic scripturam, non creditur, ibid.

Emphiteuticus contractus requirit scripturam, nu. 66.

Gratia requirit scripturam, ibid.

Dispensatio requirit scripturam, ibid.

Professio an requirat scripturam, ibid.

Feudi concessio an requirat scripturã, ibid.

Feudi concessio est contractus vltro, citroque obligatorius, ibid.

Scriptura si est deperdita, potest probari eius tenor, nu. 69.



OMPLETO iam primo, & secundo Tomo, trãseundum est ad hũc tertium, quartus enim qui sequitur, ante istos factus est, nec vtar procemio, sed capiendo ista quatuor quæsita posita in rubrica, reassumam primum, quod est factum ad similitudinem harum Ciuitatum, & quæ hic ponuntur ad demonstrandum quòd sint † de Demanio, voluerũt quippè horum capitulorum cõditores vti exẽplo Imperatoris Lotharij, qui tẽpore Eugenij Papæ nominauit Ciuitates Lombardiæ, quæ erant de Imperio arg. l. cunctos populos C. de summ. trinit. Andr. de Ysern. in tit. constitutiones feudales: & de hoc capitulo cum seq. memini in Consuet. S. P. Q. P. cap. 39. n. 9. vbi retuli Petr. de Grego. de iudic. caus. feudal. q. 5 par 1. & concordat etiam cum cap. 423. & 481. Regis Alph. tom. 5. in quibus locutus fui de rebus demanialibus, & latè posui supra in capit. 9. Regis Iacobi tom. 1. vbi recẽsui aliquos casus, in quibus demanialia † non possunt, & alios, in quibus possunt alienari, Capic. in sua inuesti. in verbo feudales assensus, Io. Franc. de Ponte cons. 3. nu. 43. 44. & in malè alienatis non tenetur successor Regis in Regno

factum

factum prædecessoris adimplere, nec se-
qui, suppleo inferius nu. 44. tunc tenetur
quando esset iustum, & per Affl. in constit.
Regni, offitiorum, num. 2. tit. 58. de offic.
magistri Camer argum. eorum, quæ dixi
supra in cap. 26. Regis Federici post prin-
cip. tom. 2. & prout latius inferius plura
cumulo in versic. in omnibus.

Tangam hic circa decretatam Domi-
ni Regis respondentis, placet, & prima
est responsio sic facta in Capitulis Regni
huc vsque iam dictis, ex qua noto quòd
3 quando Rex respondet simpliciter † om-
nia concedere videtur, secus vero quan-
do decretata non esset simpliciter, prout
in hoc textu, in quo subsequitur illa cau-
da, verumtamen, &c. vt dicit Loffred. in
in cap. 1. col. pen. & fin. de constit. feud. lo-
4 thar. vbi subdit quod ad Regem spectat †
declarare illud, quòd declarari debet se-
cundum supplicationem cap. inter dile-
ctos de fid. instrum. sic dixit Ferdin. Bon.
in rubr. capitulorum Regni Regis Iacobi
in eius adnotationib. Io. Aloy de Septimo
cons. 21. visis inuestituris fol 79. Rot. de-
cis. 50. de rescript. cum concordantib. al-
legatis per Boniorn. & Pod. ex Gozadin.
cons. 14. & cons. 73. Grammat. decis. 101.
Becc. cons. 21. in princ Hyppol. Riminald.
Rot. & alijs, Fœlin. in cap. super literis de
rescript. vbi latè, vel ad eius successorem,
5 nam † ad huc ius declarandi transit ad
hæredem (licet regulariter contra, vt vi-
demus in an mi declaratione, quæ non po-
test fieri per hæredes, vt dicit Bart. in l.
inter stipulantem §. stichum ff. de verbor.
oblig. Riminald. iun. cons. 254. nu 34. lib.
3. qui etiam ait quod hæres non potest de-
clarare libellum porrectum per defunctũ,
* & hanc esse com.* opin. subdit, etenim ius
declarandi est personalissimum, & ibi pul-
chrè, qui loquitur iuxta terminos l. si vn-
quam C. de reuoc. donat. idem Bart. in l.
si quis à filio §. si quis plures ff. de lega. 1.)
6 maximè quando illud † quod declaratur
esset circa expressa pacta, quia tunc po-
test, vnde dixit Surd. cons. 473. nu. 8. lib.
7 4. quod licet hæres regulariter † non pos-
sit obijcere culpam, tamen quando dicta
culpa fuit commissa circa expressa pacta,
tunc ius declarandi transit etiam ad hæ-
redem ex Bald. in l. fin. versic. vbi ita C. de
reuoc. donat. & ibi Ripa quæst. 63. Salicet.
nu. 4 Gabriel com. opin. lib. 7. tit. de ma-
lefic. cõclus. 35. nu. 14. Siluan. de recognit.
feudi quæst. 29. col. fin. limit. 7. Beccius
* cons 9. nu. 14. qui de com. * & receptis-
sima opin. testatur, Innoc. in cap. fin. vbi
Cardinal. quæst. 14. Imol. num. 25. & Bar-
bat. nu. 15. extr. de donat. hinc videmus
8 quod ius reuocandi † quod habet domi-
nus directus in rebus emphiteuticis, ex
quo est ob pacta, non seruata, transit ad
hæredes vt post multos refert, & sequitur
Surd. decis. 29. Sepè, vbi etiam iddem con
cludit quando adest clausula quòd cadat
ipso iure, & ipso facto, quia tunc hoc po-
test per hæredes declarari Cassiodor. de-
cis. 2. & 3. Benintend. decis. 4. in fine, vide
tamen quæ dixi infra in cap. 116. Regis
Caroli limit. 15. Tom. 8. cum concordan-
tibus ibi citatis. Immo dum dicit, pla-
9 cet † fuit iam gratia perfecta, & videtur
prospexisse partibus petẽtibus, sicut quan
do dicit fiat, quod est verbum Papale, vt
subdã modo, n. 15. ita habes per Io. Frãc. de
Ponte cons. 5. nu. 65. (est verum quòd mul
toties, aliqua fiunt per Principes ad par-
tium postulationem per importunitatẽ,
vt dico infra in cap. 418. Regis Alphonsi
prope princip. Tom. 5.) sicut quando ipse
princeps nõnulla cõcedit nemine petente
vt recordor alibi dixisse infra eod. cap.
54. Et sic dico quòd decretata semper
10 attendenda est † vt dixit Cepoll. cons 64.
nu. 12. & cons. 77 nu. 36. Alex. Crot. Natt.
Cephal. Menocch. & Becius citati per
Surd cons. 49. nu 24. lib. 1. subdens nu. 25.
sic debere testem interpetrari secundum
capitulum ex Dec. in l. quatenus ff. de re-
gul. iur. Bald. & Cagnol. citatis ab ipso
Surdo, tango infra in cap. 79 Regis Ca-
roli versic. vt cuitetur, Tom. 8. quæ quan-
11 do † vt dictum est sit simpliciter, inter-
petratur secundum formam petitionis
d. cap. inter dilectos, Becius, Alex. Natt.
Crott. Menocch. Rolland. de quibus per
eundem Surd. cons. 105. nu. 32. lib. 1. Dec.
cons. 107. col fin. & in multis alijs consi-
lijs, quia responsiones Regum † & reli-
12 quorum Principum regulari, restringi, &
reduci debent ad petitionem, seu propo-
sitionem, vt ait Dom. Don Marius de
Gregorio olim F.P. in hoc Regno in con-
silio pro Marchione Elcis num. 131. Bald.
in l. tamquam C. de fideicommiss. Iason.
in l. 1. num. 7. C. de diuers. rescript. Alex.
cons. 84. num. 7. lib. 1. Achill. Pedrocchia
cons. 1. nu. 61. præsupponitur enim regu-
13 lariter † quòd capitula Regni sunt con-
cessa ad supplicationem Regni vt dixi in
d. proœmio Regis Iacobi nu. 39. & conse-
quenter in eorum fauorem interpetrari
debent, quorum intuitu processerunt, vt
adnotauit idem Boniorn. in cap. 2. Regis
Federici, nec est verisimile aliter fuisse
concessum quàm fuerit petitum, Surd. d.
cons. 105. ex quo non conuenit rescriptũ
interpe-

14 interpetrari † vt plus rescribens conce-
dat quàm petitum fuerit Simon de Pretis
consi. 100. nu. 43. Ludouic. Sacca respons.
nu. 33. lib. 1. (nisi in casibus prout infra
in d. cap. 54. vbi proprio motu illud con-
cessit, ibi, senza mouimento, ne instan-
tia, ò supplicatione di nessuno &c.) sic
15 Sũmus Pontifex † nõ solum potest decre-
tare per verbũ placet, sed fortius per ver-
bum, sic fiat, vt colligi superius n. 9. ex 10.
Franc. de Ponte d. cons. 3. nu. 65. quod, vt
aiunt communiter, est verbum Papale
ipsi soli conueniens, & non alij Principi,
vt post Innoc. in cap. significantibus de
offic. delegat. ait Sacrum Collegium Bo-
noniense cons. 1. nu. 56. inter consilia Za-
barellæ fol. 168.

In omnibus igitur prædictis locis, vt
supra in initio contextus citatis, collegi
16 quòd Demanialia † non possunt alienari,
& ita hic colligitur in princ. textus, ibi,
ipsaque applicet in suo dominio, & hoc
est primum, nec alicui deinceps cõcedat,
prout etiam concordat infra cap. 35. vbi
dat rationem, quòd ad nihilũ posset re-
duci quicquid mbitorum manibus con-
trectatur, & infert ad secretiæ membra,
quæ non alienentur amodo, nec gabellæ,
vt supplico inferius num. 42. nisi tantum-
modo de fructibus, & redditibus regiæ Cu-
riæ possunt benemereri seruitores Regis,
vt in d. cap. 35. ibi, de fructibus, & facit
cap. 34. eiusdem Regis Martini, & fuit
prima limitatio, quam dedi in d. cap. 96.
Regis Iacobi nu. 43. addo Petr. de Grego-
rio de iudic. caus. feudal. q. 5. num. 19. &
prout latius adducam rationes inferius,
& est textus etiam similis infra in cap.
19. Regis Ioannis Tom. 6. vbi plus sub-
17 ditur † quòd non obstante alienatione
possit resisti armata manu absque pœna,
nisi alienatio esset facta in Reginam, aut
18 filios, vt ibidem. Nec in rectoriam †
nec Baroniam, & est secundum, sed in
ipsis constituat simplices Capitaneos an-
nales, & officiales, & est tertiũ propositũ,
reuocando rectorias perpetuas, nec ab re,
20 quia officiales † debent esse annales, vide
infra in cap. 29. Regis Alph. nu. 2. & seq.
Tom. 4. & in cap. 16. eiusdem Regis Mar-
tini, & cap. 44. vbi ordinatur quòd Stra-
ticotus, de quo officio dicam modo, Præ-
tor Panormi, Capitanei, & alij officia-
les Demanij, non nisi per annum durent,
& ita seruatur Saxoniæ, vt meminit Mo-
dern. in tract. de process. exec. cap. 2. nu.
145. 146. part. 1. & annuatim mutentur
per Maiestatem suam apud nos in 1. Sep-
21 tembris † vt dixi in cõsuet. Panormi cap.
68. nu. 9. & est text. infra in cap. 417. &
447. eiusdem Regis Alph. Tom. 5. addo
Afflict. in constit. Regni, Clerici tit. 68. n. 3.
vt Clerici non sint baiuli lib. 1. licet de iu-
re communi in officialibus creandis erat
Kalendis Ianuarij l. pridie ff. de fer. Auth.
de consulib. §. hoc autem & ibi gloss. l.
publius ff. de condic. & demonstr. (arg.
eorum quæ dixi de hoc primo die mensis
Ianuarij supra in cap. 72. Regis Federici
sub versic. dumtaxat Tom. 2.) Affl. modo
22 citandus, ratione † quia infinitas tem-
poris præstat crassandi licentiam, vt ait
idem Affl. in constit. occupatis nu. 3. tit.
92. de numero officialium lib. 1. vbi infi-
nitas temporis capitur pro vitæ cursu ho-
minis, & in constit. Iudices vbi idem
Affl. nu. 1. & 4. sub. 94. de elect. officia-
lium; & ibi habes quòd non debent offi-
tia concedi ad vitam, nec in perpetuum;
etsi concederentur, non valet concessio,
nisi diceretur, non obstantibus capitulis,
siue constitutionibus Regni, vt ibi per eũ
(& sic dispensatiuè, vt dicã in d. cap. 418.
Regis Alph. d. Tom. 5.) qui adducit capi-
tulum quoddam Regni Neapolis, & l.
neminem C. de suscept. & archan. lib. 10.
& conforme videtur iuri communi, per
quod habetur quòd regulariter officialis
circa ius reddendum durat anno, vt per
Surd. consil. 261. in princ. lib. 2. per text.
in §. 1. instit. de perpet. & tempor. action.
23 quia honorum † continuatio est prohi-
bita, vt ibi per eum, & offitiorum per-
seuoratio dat causam peccãdi, ex quo in-
terim videretur, quòd non possent con-
ueniri, vt ipse subdit, quæ ratio friuola
est hodie, nam conueniuntur, ideoque
melior est alia ratio, quia antequam con-
firmentur sindicari debent, quod esse non
posset, & quamuis postea ipse Surd. te-
neat contrarium, vt possit vltra annum
confirmari officialis per Baronem ha-
bentem merum, & mixtum imperium
ex traditis infra in capit. 10. versic. si igi-
tur, ibi secundo oritur, nõ benè dicit stan-
tibus statutis in contrarium, prout
in effectu sic fecit Rex noster, dum hic ait
placet præterea reuocare omnes, & sin-
gulas rectorias, &c. Nec etiam conceda-
24 tur castellania † & Capitania simul in ter-
ris, & locis demanij, vt subditur in d.
cap. sequenti, nisi aliter Regi placuerit
illa continuare vltra annum vt in cap. 31.
Regis Federici supra tom. 2. Beneuerum
25 quod hodie quoad Straticotum † durat
biennio vt dixi etiam infra in cap. 30. nu.
12. Regis Alph. d. tom. 4. vbi etiam corre-
xi illud vt intelligatur ad biennium, esto
quod

quòd dicat ad annum tantum, ibique habes aliqua in materia Straticotus, cuius offitium dixi esse singulare, & modo addo quæ habentur de hoc officio in constit. Regni, Constitutionum tit. 70. de tricesima, & salario Iudicum lib. 1. vbi Afflict. col. 1. ait hoc offitium Straticoti, siue Straticii in duobus locis esse, nẽpe Salerni, & Messanæ ex antiqua prærogatiua, & ex permissione Regum pro conseruatione Regnorũ, intãtum, vt istæ duæ Ciuitates, subdit Affl. sub num. 12. col. fin scilicet Salernum, & nobilis Ciuitas Messanæ (quo epiteto etiam ipse eam vocat, & puto quòd loquatur de alia Messana in Regno Neapolis, vt sit etiam mentio per eundem in constit. occupatis nobis rubr. 92. de numero offitialium lib. 1. posset tamen subaudiri de illa nobili Ciuitate Messanæ in hoc Regno Siciliæ) dicuntur habere prærogatiuam quãdam respectu aliarum
26 Ciuitatum; Dictum autẽ † sic est officium Straticos, quia habet omnium iurisdictionem, ciuilem, & criminalem ordinariam, cuius ethimologia est a sterno, nam sternit maleficia vt per Luc. de Penna in l. vnica C. de stratorib. lib. 12. Affl. nu. 13. vnde versus.

Sterniūs indomitũ qd despumare Salernũ.

esseque nomen æquiuocum ad plura, vt per Io de Platea ibidem, & sicut dicta Ci-
27 uitas Salerni, habet † priuilegia antiqui studij secundũ gloss. in d. l. vnica, sic hodie dicta Nobilis Ciuitas Messanæ habet studia priuilegiatissima, quorũ mentionem facio infra in cap. 183. Regis Caroli tom. 8. & super reformat. studiorum Clarissimæ Ciuitatis Cataniæ in rubrica ¶ Sic etiam
28 erat † defensor Ciuitatum, qui per biennium tantum, & non vltra durabat §. interim Auth. de defensor. Ciuit. gloss. in l. 4 C. eod. tit. Surd. d. cõs. 261. in prin. lib. 3.
29 ¶ Sic erat olim † offitiũ Rectoris scholariũ vt ipse subdit col. 3. ex Abb. in cap. fin. n. 9. de indic. hodie vero nõ nisi per annũ, vt notatur super dicta reformatione studiorũ Cataniæ tit. de electione rectoris studiorũ, & in d. cap. 29 Regis Alph. n. 8. tom. 4 ¶ Sicut
30 erat etiã dispositũ circa consiliarios † locorum demanialium, qui duratori erant per annum prout infra eod. cap. 456. quod offitium hodie est aboletum, & iddem etiam habes infra in cap. 409. & cap. 429. eiusdem Regis Alph tom. 5. vbi, & petitur Regi, & ita concessit quod offitiales annales, & qui solẽt per scrutinium exire, (per ea quæ scripsi infra in cap. 57. Regis Ferdin. tom. 7.) non sint perpetui, sed an-
31 nales, ad effectum † vt omnes regnicolæ participent de offitijs, & beneficijs regijs, alterque concessiones impetratæ intelligantur reuocatæ vt in dictis capitulis 409. & 429. in quibus reuocantur Capitaniæ concessæ ad vitam. immo raro, aut nunquam in Regno dantur similia offitia in perpetuũ, quãuis ad beneplacitũ
32 sic, & tunc licet æquiparentur † perpetuo vt dixi in proœmio Capitulorum Regis Iacobi nu. 34 tom. 1. vbi pono concordantia, & modo addo, idest, quandiu vauet, quia sic importat verbum, in perpetuum l. 1. ff. pro socio, l. & in perpetuum ff. de procurat. gloss. in verbo, in perpetuum, in cap. fundamenta de elect. in 6. Additio ad constit. Regni, cum satis tit. 30. qua pœna vniuersitates lib. 1. & per Affl. in d. constit. occupatis nu. 9. de numero offitialium. Surd. cons. 481. num. 14. lib 4. vbi ait
33 quod sicuti † beneplacitum finitur morte l. 4. ff locati cap. si gratiose de rescript. in 6. Bart. in l. centesimis §. fin. ff. de verbor. obligat. Angel. cons. 217. col. 7. Berous quæst. 103. nu. 5. Capic. decis. 136. num. 5. Speculat. & Ioann. Andr. citati per ipsum Surdum, subdit ipse; facultas reuocandi ad beneplacitum extinguitur morte, nam moriendo desinit posse reuocare, hæc tamen opinio non placet Petro Caballo in eius resolutionibus criminalibus casu 143 num. 6. 7 & seq. vbi ait quod immo transit
34 in successorem tale beneplacitum † & sic infert ibi quòd condemnatus in exilium ad beneplacitum, non extinguitur morte condemnantis, sed durat in successorem in officio. Est verum quod quoties videbitur superiori circa officium emi-
35 nentis industriæ † vel ex alia causa, aut necessitate, potest dilatare tempus vltra annum Affl. vbi supra d. nu. 9 prout esset quando officium est tenui reditus, & non pingue, quia tunc potest continuare, stante quod non inuenirentur pro modico offitiales, qui vellent capere officium, vt cõsiderat Surdus d. cons. 261. colu. vlt. quod hodie in Regno non procedit, ex quo omne offi ium est vtile, esto quod modicum sit, & solet dici quoddam adagium apud omnes, vel nisi adesset consuetudo in contrarium, per quam prorogarẽtur, & continuarentur officia vltra annum, vel biennium, vt post Purpurat. cons. 137. num. 2. Mart. Laudens. in tract. de offic. dom. q. 120. Gabriel. Natt. & alios at Surd. num. 14. 15. 16 non obstante quod in nu. 4. innuat contrarium; quia valet consuetudo, est verum quod adhuc dubito, & realiter ipse Surd. loquitur de officijs tenuibus, & paruis. Sequamur ergò illud, quod tetigimus

gimus superius circa bona demanialia, &
36 demus rationem † & est quod in effectu, vt hic disponitur, reditus dictorum bonorum demanialium debent ad Regiam Cameram peruenire, & domum suam ordinare, ad hoc vt honorificè viuat, prout subdam inferius num. 45. quam rationem posui etiam in d. cap. 9. tom. 1. & ob id est dispositum in constit. Regni, puritatem nu 10. tit. 60. de præstando sacramento,
37 libr. 1. quod officiales † iurent ad Sancta Dei Euangelia de non alienando dicta demanialia † sicut iurant etiam ipsi Reges vt subdam inferius nu. 43. sed iura Regis illæsa seruare, & non alienare, nec per se occupabunt, aut occupare permittent, aliàs essent periuri per text. in auth. iusiurand. quod præst. adhis, bonique Præsides semper debent attendere iustis exactionibus tributorum, Luc. de Penn. in l. 1. C. de annon. & trib. lib. 10. idem Affl. n. 10. & 11. Bartol. in l. prohibere §. planè ff. quod vi, aut clam cum similibus, adque
38 omnia potest vacare bonus Procurator † Fiscalis Regij Patrimonij (de quo tetigi infra in cap. 7. Regis Alph. n. 7. d. tom. 4.) ad quem spectat curam habere bonorum de demanio, rerumque Regalium, vide Affl. in constit. Regni, inter multas n. 1. t. tit. 83. de Magistr. procuratore Curiæ
39 lib. 1. Et præsertim non valet alienatio † dictorum bonorum demanialiũ, quando fuissent pro vsu, venatione, & delitijs Regis, siue forestis (de quibus supra in c. 23. Regis Feder. Tom. 2.) & prout post Petr. de Greg. & alios ait Don Io. Franc. de Castillo Regius Consiliarius, & Auditor generalis in eius pulchris decisionibus, decis. 12. n. 1. & 2. & n. 14. quia tunc nec etiã locari possent, vt ait Affl. in const. Regni, Authoritatẽ n. 4. tit. 85. de locatione demanij, etiã si essent exeadentiæ prout in consti. præcedenti vbi idem Affl. n. 5. subdens d. num. 4. quòd tempore Regis Ferdinandi erat in terra laboris quoddam magnum territorium, quod erat nemorosum, & vocabatur gaudium, illudque erat deputatum pro suo solatio venationis, intantum vt, quia hodie Reges sunt absentes à Regno, quando fieret similis locatio, & ipsi redirent, possent reuocare, & reducere pro venatione ad eorũ solatium subdit ipse Affl. & nu. 5. & seq. etenim illæ concessiones intelligebantur rebus sic se habentibus, scilicet dum Re-
40 ges absunt, & iuramentum † subauditur præstitum durante eo, cui iuramentum est præstitum in statu suo ex Federic. de Senis conf. 281. Alex. Andr. Barbat. &

alijs, quemadmodum quando quis donat bona sua Ecclesiæ dum filios non habuerit, quia si postea generat filios, Ecclesia debet illa bona restituere ex Archid. Iason. & Imol. citatis per Affl. n. 6. & de bonis ipsis demanialibus suppleo supra in c. 28. Regis Federici restrict. 10. Tom. 2. & pulchrè ponit ad materiam Petr. de Gregor. d. quæst. 5. vbi quasi reducit omnia capitula Regni loquentia de hac materia, & in quæst. 10. num. 5. ead. part. 1. & part. 2. quæst. 2. in fine, vbi quòd hodie in
41 Regno † Siciliæ sunt distincta loca demanij à locis, & terris Comitum, & Baronum in perpetuum, adeout nec loca demanij possunt fieri de Baronia, nec loca Baronum possunt in demanium reduci, nisi ex causa, vt dixi in cap. 38. Regis Iacobi limit. 5. Tom. 1. Qua de causa Regnum supplicauit Maiestati suæ per hoc capitulum quòd auocaret, & recuperaret, siue reponeret in manibus suis omnia loca de Demanio, insulas, ciuitates, terras, & loca, de quibus in principio capituli, & melius explicauit, & narrauit terras demanij in subsequenti capitulo, solitũq; fuit Regnũ pro hac causa erogare Regium donatiuum ad scutos centum vigintiquinque mille pro hoc effectu recuperationis demanialium, vt habes infra in cap. 401. Regis Alph. confirmato per aliud cap. 423. Tom. 5. & propterea subditur infra in cap. 3. quòd Rex limitet, regulet, & restringat excessiuas, & inordinatas donationes super Secretijs, vt te-
42 tigi superius nu. 16. † collectis, & tractis factas per retro Reges, prout ipse reuocauit donationes super tractis, & collectis in d. cap. 3. §. item quòd omnes cum §. ibidem subsequenti incip. item quòd omnibus habentibus, & iddem habes infra in cap. 357. Regis Alph. Tom. 5. vbi quòd non possit vendere, neque pignorari dare, aut quocumque alio titulo alienare, etiam ex vrgentissima necessitate ciuitates, castella, terras, gabellas, & reditus de Demanio, neque illas, quæ essent venditæ alijs alienare, vel proprijs pro meliori pretio, aut simili, ne crescatur augmentum recapitus ipsorum, & latissimè posuit Matth. de Affl. in dictis præludijs Constitutionum Regni, quæst. 24. post Innoc. Io. Andr. Abb. vbi quòd iurãt
43 † Reges quando coronantur de non alienando in libro Pontificali Ecclesiæ Romano, quem dicit composuisse Speculat. & postea fuisse reformatum per eandem S. Ro. Ecclesiam cap. tibi domino 63. dist. vbi fit mentio de iuramento

Regis ad S.P. adeo vt ipse subdat post alios
44 quod nec valeat alienatio † demanij in
Ecclesiã quia esset dare de alieno elemosinas, & sic successor in Regno posset reuocare, tetigi superius, n.2. vt per eũ col. fin. adeo vt etiã alias fuerit dubitatum, an Rex successor posset reuocare concessiones meri, & mixti imperij factas Baronibus, dicam infra in d. cap. 10. d. vers. si igitur, ibi tertio oritur, nam non est dubium quod quoties corona Regis incipit lædi, & status publicus. potest fieri reuocatio, vt post Franc. de Aret. Bald. Fœlin. & alios ipse Afflict. concludit, sed seruiant pro ap-
45 paratu † & vita Serenissimorum Regis, & Reginæ sicut tetigi supra nu. 36. cui taxauit Rex ipse decem millia florenorũ, prout etiam de hac impensa fit mentio infra in cap. 9. tit. de ordinatione Domus Regiæ; item seruient pro custodia, & prouisionibus castrorum Regij Demanij d. cap. 3. §. 2. & latius infra cap. 5. itẽ pro gente armigera d. cap. 3. & prout de ea videbimus infra cap. 6. Quæ omnia dicit Rex hic fecisse cum consilio 12. personarum, sic infra cap. 4. hasque deductiones, & expensas circa hæc repetijt de verbo ad verbum infra in d. cap. 6. in §. item quod facta ra-
46 tione; & præsertim nec minus † possunt per Proreges alienari sub pæna priuationis offitij, nec tales gratiæ impetrari valeant sub eadem pæna ex prag. vnica tit. 40. de reb. Regiæ Curiæ non concendendis tom. 2. nisi incertis casibus vt in d. cap. 9. Regis Iacobi conclusi ¶. Beneuerum
47 quod possunt dari dicta demanialia † aliquibus personis habita eorum consideratione circa seruitia Siculorum, & merita, prout in supradictis iuribus, & per Affl. loco citato latius, & ita intelligo cap. 410. Regis Alph. tom. 5. vbi quòd simplicem donationem potest facere Rex, etiam de terris, Castris, aut alijs rebus demanialibus pro seruitijs, nec donatarius incurret pœnam aliquam ¶. Sicut quo ad fru-
48 ctus demanij possunt alienari † & vendi, & obligari ad triennium tantum vt ipse Rex Martinus concedit in constitutione Vicariatus infra cap. 65. vbi tango in 1. notab. (arg. rerum ecclesiasticarum vt posui supra in cap. 80. Regis Federici sub versic. ad hunc tom. 2.) & est fallentia vltra eas, quas scripsi supra in d. ca. 9. à nu. 43. vsq; ad finem d. tom. 1. Regis Iacobi, & clarius loquar inferius de locatione ad modicum tempus ¶ Et idem dico de ijs, quæ emisset ipse Rex, esto quod in alium postea
49 transtulerit, quia potest alienare † ex quo illa dicuntur bona propria, vel fiscalia, v.g. de his, quæ iure rebellionis ad eum peruenerunt, vt declarat Matth. de Affl. in prælud. constit. regni quæst. 17 nu. 3. & 4. post Luc. de Penna, ita post Abbat. cõs. 3. Petr. de Gregorio de concess. feudi part. 1. quæst. 5. vbi ponit quinque vel sex limitationes, & sic ea, quæ perueniunt ad Regem, non vti Cæsarem, sed iure priuato, potest alienare. ¶ Sicut nec de mo-
50 dica alienatione † intelligitur facta prohibitio, vt dixi in d. c. 9 & tangã nũc, & per Affl. d. q. 24. vbi quòd non obstante iuramento valet, tamquam de ea alienatione, quæ non læderet coronam regiam. ¶ Sicuti posset etiam hoc modo petere
51 offitialis † regius ab ipso Rege quod dentur, & concedantur isto pacto, si non lædunt grauiter coronam, cap. intellecto de iureiur. cap. Abbate sanè de re iudic. Oldrad. cons. 94. Affl. in d. constit. puritatem nu. 10. & 11. & per ea, quæ ait Ludouic. Sacca resp. 3 nu. 257. 258. & seq. Suarez, & alij allegati per me in procem. consuet. Panormi nu. 61. (& tunc etiam successor tenetur stare contractui, vt habes supra in cap. volentes, quod est cap. 28. Regis Federici restr. 4. limit. 9. Tom. 2. & per ea, quæ subdam modo) idem Ludouic. Sacca nu. 271. cum seq. ex Loffredd. cons. 38. cũ similib. & pulchrè per ipsum Saccam per plures numeros subsequentes & nu. 450. ¶ Vbi quòd etiã quãdo agitur de modicis, ex notatis modo superius & exẽplifico infra n. 56. & de solitis dari, & quæ nõ
52 lædunt coronã possunt per procuratores † eorũ donari, esto quòd procurator cũ libera non habeat regulariter talẽ potestatẽ specialẽ, vt per eundẽ Sacca nu. 448. 449. 450. cum seq. & ita in proposito huius nostri capituli habes cap. 4. lib. 1. Esdræ, ibi *nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, & quia lesiones Regis videre nefas ducimus &c.* ¶ Aut si alienatio
53 demanij esset facta in filium Regis † vel quoad vtile dominium remanẽte directo, vt Affl. ait d. quæst. 24. & Additio ad eũ, v.g. quando essent data in feudum, vt ponam inferius nu. 60. retenta proprietate, quia retinetur proprietas honoris, nec læditur Rex idem Affl. d. in cõstit. regni puritatem, nu. 12. cum similibus per eum
54 ¶ Vel nisi adesset specialis assensus † aut priuilegium à Rege regnante, vt per eundem Affl. & Ysern. in constit. authoritatem sub num. 6. de locat. demanij lib. 1. princeps enim potest ne dũ bona demanij locare in perpetuum, sed etiam alienare per notata in d. l. prohibere §. planè ff. quod vi aut clam, quodque per scripturam

ram mandat fieri, habetur ipse Rex pro presente (dicam infra in cap.3. Regis incliti Ioannis Tom.6.) & hoc dummodo ipse specialis assensus sit interpositus, & non sufficit generalis per ipsum Principem dictæ alienationi demanialium ex certa scientia, vt post Capic. in d. inuestitura in verbo feudales assensus ait Io. Franc. de Ponte d.cons.3.num.43.44. ex Luc. de Pena in l.nulli C.de fund.patrim.
55 lib.11.vbi quòd quando Baro † vult alienare rem de Demanio ipsius feudi, debet exprimi in assensu quòd illa res erat de Demanio feudi, DonGars. Mastrill modo citãdus Paris de Put. de reint. feud. cap. 210.nu.10.Ysern. in cap. Episc. vel Abb. idem de Ponte cons.71.num.35.nec valebit eorum concessio ad annuum reditum, nec locatio. ¶ Aut quãdo alienatio esset
56 ab vncijs † viginti reditus infra, nam valet alienatio Affl. in d.constit. puritatem nu.12.quasi quod sint modica, vt tetigi paulo superius. ¶ Item non negatur pos-
57 se dicta demanialia locari † ad modicum tempus, vt tetigi paulo supra circa fructus, vide Affl. in d.constit. authoritatem tit.85.de locat.dem.& per ea, quæ scripsi in d cap.volentes restrict.10. Tom.2. vbi locutus fui quòd directum dominium in
58 feudalibus nunquam potest alienari † sicque in indiuiduo Petr. de Gregorio de cõcess.feudi part.1.quæst 9 per tot. Dom. Mastrill. in litera B. Intantum vt etiam ex pacto hoc non possit facere Rex, nam directum dominium semper remanere debet penes concedentem, & vtile apud feudatarium ex Curt.Iun. part. 1. quæst. 6.princip. tit. quid sit feudum, quicquid tenuerint nonnulli, quos ipse de Gregorio nu.1.& 2. confutat, adeout possit Rex
59 demanium v.g. Vniuersitati concessum † reuocare, præsertim si ipsa Vniuersitas tempore reuocati demanij se contentauerit, sine aliqua protestatione, vt post Bald. Soccin. Sen. Rub. Grauett. & Ann. alleg.50. ait Dom. Mastrillus ad ipsum de Gregorio, itaque fuisse decisum * Ann. 1553. refert ipse Ann. inter Marchionem Cerchiaræ cum Vniuersitate Anoiæ, & alleg.69. Camill. Salernus in Additionibus ad consuet. Neapolis. ¶ Vel si daren-
60 tur in feudum, vt tetigi superius nu.53. † & in cap.9. Regis Iacobi dixi nu.52. Petr. de Gregorio quæst.5. part.1. & nu.5. vbi ait quòd etiã posset per Regem in dictis bonis constitui noua dignitas Marchionatus, vel Comitatus ex Bald. cons. 266. vol. 3. & colligo quòd possint demanialia concedi in feudum ex cap. 31. Regis Incliti Ioannis d.Tom.6. dummodo non fiat in præiudicium tertij, vt ibi habes, infeu-
61 datio namque non est alienatio † cap. 1. §. præterea vbi Affl. nu.5 de pac. Corradi, Crauett.cons.54.nu.2. Menocch.cons. 307.nu.35.& seq. Ludouic. Sacca d. resp. 3.nu. 278. & per ea, quæ subdam immediatè. ¶ Vel nisi esset primus acquisitor
62 regni † quia potest alienare præsertim in feudum, vt modo dixi, & posui in d. cap. volentes extensione prima dummodo concurrat vassallorum consensus alienatorum, vt iurent in manibus feudatarij, cui est facta alienatio, vt ait ipse Petr. de Gregorio ex Bald. Affl. Soccin. Iun. cons.94 vol.2. Grat.cons.147.nu.5.vol.2. Domin. Mastrill. ad Petr. de Gregorio: Ideoque concludamus quòd nec dema-
63 nialia † nec illæ terræ, quæ habent priuilegium Demanij, vt hic, non possunt alienari, nisi ex vrgentissimis caussis, aliter etiam successor posset reuocare facta prædecessoris, vt tetigi supra, & in consuet. Pan. in d. proœmio nu 60.61.& cap. vlt.num.20.arg. eorum, quæ ait idem de Gregor.d.part.1.quæst.3.nu.12. vbi quòd tunc. successor Regis non tenetur facta prædecessoris obseruare, quando concesserit feudum v.g. deuoluendum, vel aperiendum sibi, quia si præmoritur, potest successor reuocare, & quæ dixi supra in cap.26. Regis Federici Tom.2.

At quia vidimus circa ipsam decretatam, consequenter oritur, quid si essent
64 aliqua Regni capitula † in quibus non appareret subscriptio Regum, an valerent, & vtique dico quòd sic, prout sunt illa Regis Iacobi, vbi posui in fine capitulorum ad conclusionem, versic. illud vero Tom. 1. sic fuerunt etiam capitula Regis Federici supra Tom.2. quæ nec habent subscriptionem, vt adnotauit ibidẽ Boniorn. sicque etiam obseruabãt Reges antiqui, nã se non subscribebant, & propterea eorũ capitula non vitiãtur propter omissionem subscriptionis ex Pern. cons. 3.col.3. qui subdit secus esse in illis Regibus, qui solebant se subscribere, nam omissio vitiat idem Pern. cons. 23. Est verum quòd quandoque ijdem Reges, qui se solebant subscribere, nõ se subscribunt in aliquibus capitulis, & consequenter non puto omissionẽ vitiare: sic habes in cap. 10. Esdræ lib. 2. vbi omnes illi se subscripserũt illi fœderi inito cũ D.O.M. & addo ad ea, quæ tetigi in fine dictorum capitulorum ad Tom. 1. nempe non esse necessariã subscriptionẽ, esse quasi cõtra regulam cõmunẽ, per quã habemus quòd

B 2 regulariter

65 regulariter scriptura † exigēda est, sicuti multos ponit Luc. de Pen. in d. l. prohibitū col. 2. C. de iur. fisci lib. 10. idest in officiali, qui si non habet literas Regias, & sic scripturam, sibi non creditur per ea, quæ dixi in c. 44. Regis Ferd. vers. subauditur hoc capitulū, tom. 7. & de alijs casibus notatis per gloss. in l. 3. C. si minor maior se esse dixer. & post Guid. & Specul. recensæt
66 Luc. de Pen. loco citato; prout de cōtractu † emphiteotico, & liuellario cōcludit Sur. in infrascripta decisione allegatus, & latius scripsi infra in c. 116. Regis Caroli limit. 14. tom. 8. prout de gratia dixi etiam supra in capitulis eiusdem Regis Iacobi in conclusione num. 12. 13. fol. 440. rom. 1. addo post multos Surd. consil. 109. nu. 5. & 6. vol. 1. vbi idem ait de dispensatione, quæ adhuc requirit scripturam, ratione quia iam sit gratia ex Rolland. & Rebuff. à se allegatis d. num. 5. sicut idem Luc. de Penna post Io. Andr. in cap. 1. de
67 censib libr. 1. adducit professionem † de quo casu iā scripsi in c. 6 eiusdē Regis Iacobi nu. 15 eo quia in illa scriptura necessario requiratur, & exigatur cap. vidua 20. quest. 1. & cap. omnes 27. quæst. 1. cum concordantibus recensitis per ipsum Luc. de Penna, & licet ibi tangat secundum aliquos quod scriptura non sit de necesse ad esse probationis, tñ subdit quod est bene esse, vt nempe si velit cōtra professionem venire scriptura talis sibi obstet, & ita tenere Io. Andr in nouell. de regul. iur. in cap. nemo potest libr. 6. alias sequeretur quod idiota, & literas ingnorans proferri non posset, quod est falsum, & ita ipse Luc. de Penna ait obtinuisse * Sicut nec
68 infeudi † concessione scripsi in d. tom. 1. loco citato, non esse necessariam scripturam vt post Aluarott. Affl. Zas. Mascard. & alios ait Surd. decis. 331. nu. 5. & 8. inter volumina consiliorum lib. 4. ex Bal etiam Alciat. Iason. Marsil. Valasc. Ludouic. Molin. & alijs per ipsum Surd. citatis; vbi etiam meminit de Intrigliolo, est verum quod quia feudum est contractus vltro, citroq; obligatorius, vt ait Bec. Scrader. Brun. Iason. Intrigl. de feud. quæst. 15. nu. 11. idem Surd. decis. 345. num. 25. in hoc videntem quod sit necessaria scriptura
69 vel nisi † simus in casibus, in quibus scripturæ essent deperditæ, quia potest probari earum tenor prout ipse Surd. subdit n. 7. & 8. cum seq. d. vol. 1.

De reliquo quantum ad istas terras, quæ erant de Demanio, & modo datæ ex tunc personis hic nominatis prout hic ibi cum Castro mōtis fortis vsque ad finem, vide quæ dixi supra in d. c. 28. Regis Federici sub extensione prima tom. 2. & sic finis huic commento.

M. Muta.

CAP. II.

SEcundo videtur quòd Ciuitates, terræ, & loca Demanij declarentur semel pro semper, & quòd alicui nullatenus concedatur castellania, & capitania simul in terris, & locis Demanij. Placent Regiæ Maiestati contenta in dicto capitulo, & fiat dicta declaratio per eandem Maiestatem, vt in responsione primi capituli continetur. Post prædicta per dictam Regiam Maiestatem cum concordi consilio dictarum duodecim personarum fuerunt declaratæ, & nunc tenore præsentium declarantur infrascriptæ Ciuitates, terræ, & loca, & esse debere in perpetuum de Demanio, vt sequitur per alphabetum, videlicet.

Terra, & castrum Alcami.
Castrum Bonifacij.
Castrum capitis Orlandi.
Terra, & Castra Corleonis.
Ciuitas Cataniæ.
Terra, & Castrum castri Ioannis.
Terra Caltaxibettæ.
Terra, & castra Castrinoui.
Insula cū Ciuitate, & castro Melueti.
Terra, & castrum Nicoxiæ.

Terra

Terra, & castrum Nari.	*Terra, & castrum Melatij.*
Terra, & castrum Noti.	*Ciuitas, & castrum Mazariæ.*
Ciuitas cum palatio, & castro ad mare.	*Terra, & castrum Miney.*
Panormi cum solatijs suis.	*Terra, & castrum Politij.*
Terra, & castrum Platiæ.	*Ciuitas, & castrum Pactarum.*
Terra, & turris Paterniònis.	*Terra Randatij.*
Ciuitas, & castrum Cephaludij.	*Terra, & castrum Rametta.*
Terra, & castrum Francauillæ.	*Ciuitas, & castra Siracusæ.*
Ciuitatis, & castrum Agrigenti,	*Terra, & castrum S. Luciæ.*
Insula cum castro de Gozo.	*Terra, & castrum Salem.*
Terra, & castrum Iacij.	*Terra, & castrum Saccæ.*
Terra, & castrum Castri Regalis.	*Terra, & Castrum Suteræ.*
Terra, & castrum Molæ Tauromenij.	*Terra, & castrum Tauromenij.*
Terra, & castrum Montis S. Iuliani.	*Terra, & Castrum Trayna.*
Insulæ Fauegnana.	*Terra, & castrum Termarum.*
Turris maritima Agrigenti.	*Terra, & castrum Drepani cum turri Columbariæ.*
Terra, & castrum Leocatæ.	*Terra cum castro Terranouæ.*
Terra, & Castrum Leontini.	*Terra cum castro Marsaliæ.*
Ciuitatis Messanæ.	

Cæteræ verò Terræ, Castra, & loca totius Regni, exceptis Sancto Fradello, Sancto Philippo, Caltauuturem, Calatafimi, cum Comitatu Iulianæ, & Auula, de quibus est dubium, vt supra, remaneant, & esse censeantur de Baronia.

Dixi supra in cap. præcedenti, est verum quod aliquæ terræ, quæ hic apparent de Denanio, hodie sunt de Baronia, & è conuerso.

CAP. III.

Tertio quod præfatus dominus limitet, regulet, & restringat excessiuas, & inordinatas donationes super secretijs, collectis, & tractis factas per Serenissimos dominos nostros Reges, à tempore videlicet obitus condam domini Regis Petri iunioris vsque ad præsentem diem, & specialiter à tempore præfati domini nostri Regis in Sicilia, habita tamen consideratione personarum, seruitiorum, meritorum, & etiam Regiæ facultatis. Placet Regiæ Maiestati. Post prædicta dicta Regia Maiestas cum concordi consilio dictarum duodecim personarum ordinauit super contentis in dicto capitulo per infrascriptum modum, videlicet quòd primo, & ante omnia super pecunijs dictarum Secretiarum, colle-

collectarum, & tractarum, auocatis, & restantibus in posse Curiæ, extrahantur, & exsoluantur pro vita, & apparatu Serenissimorum Dominorum Regis, & Reginæ decem millia florenorum.

Secundo quòd exsoluantur, & extrahantur de dictis pecunijs pro custodia, & prouisionibus Castrorum Regij Demanij florenorum quindecim millia.

Tertio quòd pro gente armigera deputata pro conseruatione Regni extrahãtur, & exsoluatur quadraginta tria millia florenorũ, quibus tribus quãtitatibus ex solutis, & integrè adimpletis super residuis pecunijs cõcurrant ad ordinationẽ, & prouisionẽ Magistrorũ Rationaliũ prouisionati super secretijs, collectis, & tractis ipsis.

Et quòd pro anno præsenti, vij. indicionis, pro iure dictæ collectæ, siue Regiæ subuentionis exigantur per totum Regnum, vbi solitæ, & debitè sunt exigi dictæ collectæ pro quolibet foculari tareni tres tantum, remissis, & relaxatis alijs quibuscumque iuribus debitis Regiæ Curiæ occasione dictæ collectæ, tam pro tempore præterito, quàm pro anno præsenti dumtaxat.

Et quòd numerus focularioru̅m prædictorum ordinetur, & taxetur per dictum Nicolaum Chrysaphi, Iacobum Campolum militem dicti Regni magistrum Secretum dictum Iacobum de Aretio militem, & Ioannem de Paternione militem, videlicet quilibet eorum per se cum consilio officialium vniuscuiusquè loci, cum iuramento præstando per officiales eosdem.

Item quòd omnes donationes factæ de quibuscumque collectis membratim, aut super tractis, habeantur pro nullis, & penitus reuocentur.

Item quòd omnibus habentibus cabellas, & membra Secretiæ, seu tonnarias, & earum partem, detur, & tradatur excambium valens in reditibus tertiam minus de excadentijs, & mortitijs de cætero prouenturis, quibus excadentijs, & mortitijs successis, de eis fiat, & fieri debeat excambium, & satisfatio supradicta, remanentibus tamen ipsis cabellis, & tonnarijs interim in posse tenentium, excepta tonnaria bonagiæ, quæ reuocetur, & reducatur ad secretiam terræ Drepani, & de reditibus ipsius assignentur per manus dicti Secreti Mattheo de Naso vnciæ auri triginta, & Andreæ de Manitia vnciæ auri viginti, quousquè habeant excambiũ vt supra.

ETiam habes super in d. cap. 1. prope medium, quantum vero ad ea, quæ dicuntur hic in § & quod pro anno, vbi dicitur de collectis imponendis, vide supra in cap. 21. Regis Federici sub versic. nor. ibi, & versic. declara tamen, tom. 2. in reliquis dic, vt in d. cap. 1. Noto 3. propè finem in §. item quod omnibus, ibi, de excadentijs, & mortitijs; similem locutionem in cap. Regni Neapolis Regis Caroli I. incip. item cum inquirere fol. 327. in volumine constitutionum Regni.

Quarto

C A P. IIII.

QVarto quòd præmissa limitatio, & ordinatio fieri debeat per Serenissimum Dominum nostrum prædictum cũ consilio quatuor Cathalanorum per eum, & quatuor Siculorum eligendorum per Vniuersitates principales Regni. Placet Regiæ Maiestati quòd dicta limitatio, & ordinatio fiat per eandem Regiam Maiestatem cum consilio duodecim personarum. Post prædicta, ipsæ limitatio, & ordinatio, & rescriptió factæ fuerunt per dictam Regiam Maiestatem cum consilio dictarum duodecim personarum, sicut in responsionibus supra factis particulariter continetur.

Habes iam in dicto cap. 1. propè medium, ibi videas latissimæ ad securitatem.

AD SECVNDVM.

De ordinatione, & prouisione Castrorum. Cap. V.

QVòd nullus Castellanus debeat habere pro stipendio personæ suæ vltra vncias viginti quatuor secundum bonam, & antiquam consuetudinem, licet prædicta summa possit restringi in personis aliquorum, scilicet ad vncias viginti, decem & octo, sexdecim, duodecim &c. secundum quantitatem personarum, & qualitatem Castrorum. Placet Regiæ Maiestati quòd Castellanus habeat ad plus pro stipendijs suis vncias triginta, Vicecastellanus octo, & seruientes tarenos duodecim per mensem. Post prædicta Regia Maiestas cum concordi consilio duodecim personarum ordinauit, & prouidit prouisionem Castellanorum, & Vicecastellanorum, & seruientium prædictorum quo ad omnia castra Demanij, & Regni per infrascriptam ordinationem, & modum.

In primis, quod in custodia castri Marchetæ Syracusiæ sit Castellanus; & Vicecastellanus, & decem, & octo seruientes, quibus soluatur, vt supra, & augmentetur salarium, & diminuatur secundum voluntatem Principis, & qualitatem temporum, & sic numerus seruientium. Castri Triminiachi sit vnius Castellanus cui soluantur vnciæ sex pro domo plana. Quòd Castrum Ramectæ sit pro domo, & habitatione Capitanei ipsius terræ. Castrum Bonifati diruatur.

Item

Item quòd in quolibet Castro, quod solet habere Vicecastellanum, statuatur, & ordinetur Vicecastellanus, & seruientes, quorum numerus deputetur per prouisores Castrorum secundum consuetudinem Castri, & qualitatem temporis: ita quòd stipendium Vicecastellani non excedat vncias sex: stipendium vero vniuscuiusque seruientis non excedat vncias quatuor, quæ stipendia, siue salaria Castellani, Vicecastellani, & seruientium exsoluantur per manus Thesaurarij, vel Secreti, mandante Thesaurario, vel Magistris Rationalibus. Itaquòd non audeant Castellani super hoc cogere, vel molestare Secretos, aut offitiales Regios, & si contrafecerint, puniantur per Capitaneum, & principales officiales locorum. Placet Regiæ Maiestati, sed quòd prædicta punitio pro præmissis fiat per eandem Maiestatem, vel per Iudicem competentem. Post prædicta fuit per dictam Regiam Maiestatem cum dicto concordi consilio ordinatum, & prouisum super contentis in dicto capitulo sic, & prout continetur in responsione capituli præcedentis.

Item quòd in primis stipendijs, & salarijs Castrorum, & eorum munitione conuertantur, & deputentur iura, & reditus, quæ ipsis castris, seu alicui ipsorum fuerunt hactenus consueta, & ordinata. Placet Regiæ Maiestati.

Item si qua sunt castra, quorum custodia non videtur necessaria, sed inutilis, & superuacua, & maximè tempore pacis, quòd in his pecunia superflua non expendatur. Placet Regiæ Maiestati.

Item si qua sunt castra inutilia, quæ faciliter possent dirui, diruantur, vt tollatur occasio delinquendi, & furta, & rapinas committendi. Placet Regiæ Maiestati.

Item quòd nullus Castellanus intromictat in aliquo defactis Ciuitatis, vel terræ, quæ extra portam Castri fiant, quod si contrafecerit, ipse, vel stipendiarij sui possint capi, & puniri per Capitaneũ, vel officiales loci. Placet Regiæ Maiestati.

Item quòd ordinentur duo prouisores Castrorum, vnus videlicet Catalanus, & alius Siculus, qui sint probi, sapientes, & experti, & cum maturo consilio simul ambo benè prouideant vnicuique Castro.

Item quòd dictum officium prouisoris Castrorum est offitium ab antiquo iam ordinatum, etsi ponerentur duo, multiplicarentur salaria, & expensæ, non benè. Placet Regiæ Maiestati quòd dictus prouisor seruet ordinem, & modum ei dandum super quolibet Castro per Magistros Rationales, aut alias personas per eandẽ Maiestatem ad hæc ordinandas.

Reassu-

REassumitur secundum quæsitum inter illa quatuor supra in rubrica primi capituli, quod est circa ordinationem, & prouisionem Castrorum, quam prouisionem vult Rex deduci de suo patrimonio demaniali, vt vidimus in d. cap. 1. concordato cum cap. 3. in §. secundo, &c. nec immoror in hoc textu, quia iam de materia castrorum, & Castellanorum scripsi supra in cap. 49. Regis Federici tom. 2. cum ibi notatis, & maximè in vers. de ordinatione, vbi serio de hoc tracto.

Quantum attinet ad §. item si qua sunt castra inutilia, vide quæ posui supra in cap. 25. eiusdem Regis Federici tit. de non diruendis vers. hic est simile d. tom. 1.

Et circa alium §. hic, ibi, item quod nullus Castellanus se intromictat, dixi etiam in d. cap. 49. Regis Federici vers. concordat, cætera dic vt ibidem.

AD TERTIVM.

De ordinatione gentis armorum in Regno, Cap. VI.

VIdetur primo, & ante omnia, quòd sint taxandi, & ordinandi Barones, & feudatarij de quantitate gentium, quas pro Regio seruitio regere teneantur, & vnicuique deputetur numerus suus secundum facultates reditus sui. Placet Regiæ Maiestati, quòd barones, & Feudatarij taxentur, & ordinentur pro debito seruitio iuxta vsum, & consuetudinem Regni prout alias consuetum est, & ad hoc restringantur de iure.

Item quòd facta ratione ordinarij, & certi reditus Patrimonij Regij, quòd primò, & ante omnia subducatur ex eo necessarium vitæ, & apparatus Serenissimorum Dominorum Regis, & Reginæ. Secundo custodia castrorum, & deinde, quòd iuxta quantitatem summæ restantis statuatur, & ordinetur numerus gentium armorũ exterorum, & Siculorum vsq; ad summam conuenientem, & condecentem; itaquòd de reditibus superantibus, possint exsolui stipendia, & salaria officialium, & compleri alia necessaria occurrentia. Placet Regiæ Maiestati.

Post prædicta, ipsa Regia Maiestas cum consilio dictarum duodecim personarum ordinauit, & decidit super contentis in dictis capitulis, quòd ipsa Regia Maiestas habeat certos bacinectos, videlicet 200. exteros & ad alios 100. Siculos teneantur Barones, & feudatarij, iuxta taxationem Regiam, & de dictis centum bacinectis Siculis dicta Regia Maiestas soluat quinquaginta, & alios quinquaginta teneant Barones, & feudatarij, iuxta taxationem Regiam, sicut supra. Ita quòd dicta Regia Maiestas in totum habeat soluere stipendium, & prouisionem de ducentis quinquaginta bacinectis, quibus soluatur dictum stipendium, & prouisio, secundum ordinationem, & quantitatem in decimoseptimo capitulo infrascripto.

C Item

Item quòd caput, & principalis gentium prædictarum sit præfatus Dominus Rex, & non alius: ita quòd nullus de numero gentium prædictarum possit habere sub se, nec retinere ad stipendium, nisi sex bacinectos. Placet Regiæ Maiestati.

Item quòd in ipso stipendio nullus Baro, vel feudatarius, exterus, vel Siculus concurrat, nec ordinetur prose, nec gente sua, sed præstet debitum seruitium, quatenus præstare teneatur. Placet Regiæ Maiestati.

Item videtur quòd gens armorum prædicta debeat habere pro stipendio suo mense quolibet vnciam vnam pro quolibet equo. Placet Regia maiestati quòd stipendium prædictarum gentium armorum sit iuxta ordinationem, & prouissionem factam per dictum Serenissimum Dominum Regem Aragonum, & eandem Maiestatem videlicet quòd exterus habeat pro quolibet mense florenos viginti de Aragonia pro quolibet bacinecto, quòd intelligatur duorum equorum, & regnicola habeat florenos quindecim pro quolibet bacinecto, vt supra.

Fit transitus ad responsionem tertij quæsiti, quod est circa ordinationem gẽtis armorum, ad cuius ordinationem iam præmisit Rex erogari pecunias de suo patrimonio cum salario, vt hic taxato in fine capituli, nemo enim tenetur militare proprijs expensis, vt in proximo sequenti capitulo declarabo circa salaria officialium, & tetigi supra in cap. 1. prope medium, vbi etiam de verbo ad verbum quasi sunt verba similia cum §. hic sequenti, ibi, item quòd facta ratione vbi habes eundem sensum, & sermonem. Harum gentium armorum, dicitur hic in §. item quòd caput, quòd sit caput principale ipse Rex, & non alius, & quòd nullus Baro, nec Feudatarius exterus, vel Siculus possit se ordinare, & concurrere in hoc exercitium, sed præstet solitum seruitium, ita hic, ibi, in §. item quòd in ipso stipendio, &c. intelligo de seruitio militari, de quo iam vide supra in capit. 29. Regis Federici vbi tango in versic. solet etiam tom. 2.

AD QVARTVM, ET VLTIMVM.

De ordinatione officiorum, & salario officialium. Cap. VII.

QVòd officia perpetua, scilicet in vita concessa, regubernentur, ordinentur, & manuteneantur secundum antiquam consuetudinem, & obseruantiam, iuxta tenorem pandectarum editarum, & specialiter tempore recolendæ memoria Domini Regis Federici senioris: ita quòd quilibet agnoscat particularia offitij sui, & à nemine impediatur, nec confundantur, ne ex promiscuis actibus rerum turbentur officia. Et siquis contrarium fecerit, resarciat dupplum interesse, quod causatum fuerit. Placet Regiæ Maiestati cum consilio dictarum duodecim personarum.

Item

Item quòd officialibus ipsis exsoluantur debita, & consueta salaria; si qua sunt excessiua, & inordinata limitentur, & gubernentur secundum temporis qualitatem, & facultatem Regij Patrimonij, & quòd tempore in bonum reformato, reformentur salaria in statu suo. Placet Regiæ Maiestati cum dicto consilio.

Item quòd si successu temporis officia prædicta, vel aliqua ex eis vacabunt, quòd statuantur, & ordinentur officiales idonei, & æquè meriti, & fide digni, non per amorem, seruitium, & fauorem, aut mercedem, sed per rectitudinem. Placet Regiæ Maiestati cum consilio prædicto.

Item quòd offitiales tam perpetui, quàm annales, qui habebunt iurisdictionem, practicam, seu conuersationem gentium, sint, & esse debeant Siculi, qui cognoscant homines, & sciant qualitates, & conditiones locorum, & gentium, quoniam Siculi Siculis, & Cathalani, Cathalanis magis conueniunt. Placet Regiæ Maiestati, prouidere, & ordinare in dictis offitijs illas personas, quæ sibi videbuntur, itaquod prouidebitur officio, & non offitiali.

Item supplicant Vniuersitates quòd Regia dignetur Maiestas mandare, quòd in singulis ciuitatibus, terris, & locis Siciliæ, vbi residet Regia Maiestas, cesset offitium Algoziriorum, quoniam ex inordinatis processibus ipsorum multa mala prouenerunt, & prouenire possunt: itaquòd in Sicilia seruentur mores Siculi quoniam quælibet Prouincia abundat in suo sensu, nisi tempore guerræ, quo casu possunt esse Algozirij, solum ad exequendum ordinationes Comestabilis, Marescalci, vel aliorum offitialium maiorum Regiæ Maiestatis. Placet Regiæ Maiestati.

Item videtur quòd singuli offitiales post finitum eorum offitium debeant syndicari infra terminum licitum, & si fuerunt reperti culpabiles, puniri, & si insontes, præmiari. Placet Regiæ Maiestati, ita tamen quòd Syndicatus statuantur cum consilio dictarum duodecim personarum, & quòd solum stent in syndicatu offitiales annales dumtaxat. Post prædicta, ipsa Regia Maiestas cum concordi consilio dictarum duodecim personarũ ordinauit, & prouidit quòd 14. Die Augusti cuiuslibet anni quilibet Capitaneus, & eius Assessor suspẽdatur ab offitijs, & illis nullo modo vtatur, sed statuatur in eisdem offitijs per eundem cum consilio offitialium eiusdem terræ, vnus locumtenens eius, qui teneat dictum offitium vsq; ad complementum anni. Interim iurati audiant quærelas, & quæstiones cuiuslibet, contra dictum Capitaneum ab vncia infra vsq; ad conclusionẽ inclusiuè, & faciant processum, & illum mittant ad Magnam Curiam terminandum, ab vna vncia supra iurati audiant quærelas.

Item quòd offitiales Ciuitatum, Terrarum, & locorum, tam in ciuili, quàm in criminali, vt sunt Iudices, Iurati, & Capitanei, & alij fiant per sortes, modo legitimo, sicut hactenus fieri consueuit. Placet Regiæ Maiestati.

SVMMARIVM.

Offitia debent dignioribus concedi, & an possint per sortes dari, & quando, nu. 1.
Offitia requirunt sufficientiam personarum, & danda sunt idoneis, æque meritis, & fidedignis, ibid. & seq.
Offitia, & benefitia debent concedi in remunerationem illis, qui passi sunt danna pro seruitijs Regum, nu. 2.
Offitia concedenda sunt habilibus, num. 3. cum seq & nu. 5.
Imperito homine nihil iniquius ibid.
Sapiens dignior est, & præferendus, ibid & seq. & nu. 6.
Reges, & Principes debent habere notitiam de viris literatis, ac bonæ opinionis, n. 4.
Rex Ferdinandus I. habebat quendam libellum nominum, & cognominum virorum litteratorum, & bonæ operationis in offitijs dandis, ibid.
Princeps semper solet eligere offitiales habiles, nu. 5.
Offitiales representant ipsum Principem, cuius leges debent seruare, non tollere, ibid.
Offitiales ad iustitiam debent esse non lascius, nec concubinarij nec cupidi temporalium, nec superbi, nec lusores, nu. 6. cum seq.
Offitiales debent esse fideles, virtuosi, scient fiti, timentes Deum, ibid.
Ad Offitia sunt extollendi, & promouendi qui meritorum insignijs, & dignitate fulgent, nu. 7.
Iudicis offitio non potest fungi illiteratus, nu. 8. 9.
Iudices sint continentes, prudentes, timentes Deum, in quibus sit charitas, non auari, quinquaginarij, nu. 9.
Iudices debent habere duas claues, potestatis, & veritatis, & sales scientiæ, & conscientia, ibid.
Offitiales non debent esse acerbi, nec mites, sed tenere medium temperamentum. n. 10.
Offitia debent concedi generosioribus, ditioribus, & nobilibus, & quomodo, nu. 11. cum seq.
Nobilitas per virtutem nobilitatur, nu. 12.
Maior est qui iustior est, ibid.
Nobiles offitiales sapientes, & virtuosi præferuntur cæteris nobilibus non sapientibus, nec virtuosis, ibid & nu 16.
Dupplicatam dignitatem habentes præferuntur cæteris paribus, ibid.
Offitiales diuites deputari debent ad regimen Ciuitatis, nu. 13 cum seq.
Diuites præferuntur pauperibus in offitijs, & gabellis concedendis, ibid.
Diuitiæ sunt adiuuamenta virtutis hominibus bonæ opinionis, nu. 14.
Nomen bonum melius quàm mille thesauri permanens in æternum, & emendum bono pretio, ibid.
Nobiles ex progenie vt plurimum superbi, elati, potentiam affectant, conculcant inferiores, pares habere dedignantur. loquuntur grandia, & alia, de quibus n. 15.
Offitiales nobiles tunc præferuntur quando habent prudentiam, fidelitatem, & bonam conscientiam cum integritate. verũ experientiam solertiam, morum probitatem. & artis peritiam, nu. 16.
Offitialium integritas salus est subiectorum. ibid.
Offitialis electus tenetur inuitus acceptare offitium, nisi iuste excusetur, nu. 17.
Offitialis dicitur habere offitium, & dignitatem à tempore acceptationis, siue possessionis, non electionis, ibid. & nu. 99.
Offitiales eligi debent litterati, sapientes, & idonei præferendi, nu. 18.
Offitia licet non possint peti neque procurari; tamen potest per viros litteratos supplicare Principi pro habendo offitio, ibid. & seq.
Offitia procurari non debent per offitiales, nu. 19. & 21. alias derobatis per eum, non possunt petere expensas ab vniuersitatibus, maximè pecunia mediante, sub pœna nu. 31. 32. 33. 34. 35. 37. sulla nu. 38. 42.
Offitiorum ad essentiam tria requiruntur, nu. 20.
Offitiales maximè stantes in syndicatu nõ possunt procurare offitia, nu. 21.
Offitiales duo si concurrant ad offitium, debet præferri magis idoneus, & discretus, & qui semper fuit bonus, & qui non est tardus in iudicando, nu. 22.

Offitialis

Offitialis antiquus praefertur iuueni, ibid.

Offitiales aliqui in principio offitij sunt seueri, & in fine solent esse gratiosi, contra quos malè praesumitur. nu. 23.

Offitialis inhabilis creatus, & non ostendit suam inhabilitatem, sed vellet exercere offitium peccaret, nu. 24.

Offitialis praesumitur habilis electus per Principem, ibid.

Offitialis electus per Principem inhabilis vel indignus, scienter, videtur dispensatus, ibid. alias potest illum creatum priuare tamquam deceptus sit, num 25. & quid si superueniat habilitas nu. 26.

Princeps eligens offitialem inhabilem an, & quando possit eum priuare, n. 24. & 25.

Offitialis inhabilis electus, an superueniente habilitate sit confirmandus, nu. 26.

Ius superueniens retrogesta confirmat, nec requiritur nouus libellus, ibid.

Offitialis Pater, & filius vna, eodemque tempore esse non possunt, nu 27.

Offitiales regiminis Ciuitatis non possunt esse illius debitores, nu. 28.

Offitiales non possunt esse illi, qui sunt inquisiti criminaliter, & maximè condemnati, nu 29.

Syndicatu condemnati non possunt amplius eligi offitiales, ibid

Offitiales non possunt esse creati per Tyrannum, & inimicos Regis nu. 30.

Offitiales non possunt esse qui obtinuerunt offitia pecunia mediante, sub poena nu. 31. 32.

Offitiales debent iurare quòd aliquid non dederunt nec promiserunt pro offitio habendo, ibid.

Rex non debet vendere offitia iustitiam administrantia, aut aliquo titulo pecuniario dare, sed gratis concedere, n. 32. 33.

Offitia iustitiam administrantia vendi non debent nec titulo pecuniario procurari, aliàs impetrans incurrit maximam poenam, & ipso facto priuatur, ibid. nec dari pensiones pro eis nec promictis pecunia, nec aliquid, & num 33. 34. 35. 37. fallit nu. 38. 42.

Offitia, & honores committuntur, non petuntur, nec procurantur, nu. 34. & seq.

Offitialis, qui procurauit offitium magis obligatur, & tenetur de leui culpa, ibid.

Iudicatus offitium, vel baiulationis vendi non potest, nu. 35. & seq.

Iustitia non debet vendi, & virga iustitiae, vocatur membrum Iustitiae. ibid.

Iustitia dicitur sacratissimum ministerium, & diuina lex, nu. 36.

Offitium acquirens pecunia mediante tenetur de ambitu, & in syndicatu, nu. 37.

Barones vendentes vniuersitatem cum iurisdicione vendunt iam offitia, & est licitum, nu 38.

Gabellari possunt vniuersitates, & terrae cum mero imperio etiam pecunia mediante, ibid.

Ius patronatus, etsi vendi non possit, tamen transit cum vniuersitate vendita, nu. 39. 40. secus in contractu singulari, vel quando specialiter esset exceptũ, n. 41.

Vniuersitas temporalis in qua est ius patronatus potest vendi, & pignerari. nu. 40.

Offitia obtempta à Rege mediante pecunia an sint licita, & quae, nu 42.

Offitia aliqua sunt venalia. ibid.

Offitialibus debẽt dari solita salaria quibus sint contenti, nu. 43. cum seq & nu. 45. 46. 47. 49. 50. & quid quando habent lucra nu. 51. 52. & quid si duo offitia vnus habeat, num. 53. & quid si moriantur, num 54.

Offitiales erant olim statuti super assisijs, & salarijs datis, nu 44.

Militare nemo teneatur proprijs expensis, ibid.

Labor requirit mercedem. & praemium, & qui non laborat, non manducat, ibid.

Tricesima an sit hodie sublata pro salarijs Iudicum, nu. 46. 47. & quid sit, nu. 48.

Tricesima erat quoddam ius debitum baiulis pro dandis sententijs, nu. 48 & vocatur alio nomine sportula, nu. 49.

Salaria debebant dari etiam Iudicibus delegatis in causa, nu. 49. & deputatis ad iustitiam, nu. 50. & quid quando habent emolumenta nu. seq. & quid de habente duo offitia, nu 53.

Offitiales creati cum solitis lucris, vel salarijs, & emolumentis, ea consequi debent, nu. 51. 52.

Solitum, & consuetum quomodo intelligatur. ibid.

Offitia duo siquis habeat de licentia Regis an duo salaria percipere possit, nu. 53.

Salarium offitialis mortui transmictitur ad heredes, nu. 54.

Offitia debent concedi Siculis oriundis, nu. 55. vel per ductionem vxoris, nu 56. 57. 58. 62. Amplia nu 64. 65. 72. 74. 76. 77. 78. 79. limita nu. 81. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91.

Beneficia Siculis sunt concedenda, ibid. & num 82. fallit in Episcopatibus, & Archiepiscopatibus, nu 81.

Siculi sunt praeferendi in offitijs, & beneficijs exteris, garangis, seu aduenis, ibid.

Vrbs debet esse populosa, & frequentissima,

sima, ibid.

Offitiales in Regno tam perpetui, quàm annales debent esse Siculi, & quare, nu. 57. & an possint exteri habilitari in parlamentis.

Offitiales ciues exteris præferuntur magis, nu. 58. & quandoque non, num. 59. 60. fallit nu. 61.

Offitium habere in propria patria est quandoque prohibitum, nu. 59. & seq.

Patria suæ propheta non est acceptus, n. 60.

Exteri quandoque admictantur ad offitia, & quando nu. 61. 80.

Ciues siue originarij, vel vxorati debent onera substinere, esto quòd sint extra locũ & quomodo dicantur onera substinere, nu. 63. & partecipant in muneribus, & honoribus, nu. 80.

Officiorum Regni concessio alijs quàm Siculis est ipso iure nulla. nu. 64.

Offitia possunt concedi etiam Siculis per ductionem vxoris, & per priuilegium. nu. 65. cum seq.

Ciues per priuilegium, licet dicantur ficti, gaudent tamen prout originarij, nu 66. & includuntur sub statuto de vero ciue loquente. nu. 67.

Hæres fictus ex testamento gaudet priuilegio veri hæredis, ibid.

Citatinantia literas, vel priuilegium habẽs, tenetur agnoscere onera ciuibus imposita, nu. 67. 71.

Ciuilitas acquisita per patrẽ dicitur acquisita pro se, & filijs si sint legitimi, & naturales, nu. 68. & seq. & nu. 70.

Ciuilitas acquisita per conuentionem, vel priuilegium transit ad filios, idem de originaria, nu. 69 70.

Ciuis originarius dicitur ille, vel qui natus sit in loco, vel quòd eius pater, aut auus ibidem nati sint, nu. 70.

Filij quoad honores, & commoda sequuntur patris conditionem, ibid.

Aduocatorũ certus numerus si esset admissus per Offitiales in eorum Curijs, non possunt alij exteri Aduocati aduocare, nu. 72. 73.

Doctorati in eorum studijs habent priuilegia potiora quàm alij exteri alibi doctorati, num 73.

Offitiales substituti, siue subrogati debent esse de eadem prouincia prout substituẽs, nu 74. 75. vbi quid in substituum.

Substituentes in offitio debent substituere eas personas, quæ sunt de eodem loco substituentis, ibid.

Subrogatus debet esse eiusdem iuris, & conditionis, cuius est ille qui subrogat, ibid.

Substituens aliquem loco sui debet esse non minus quàm ipse nisi in subsidium, n. 75.

Commissorij delegati an debeant regulariter esse Siculi, nu. 76.

Delegati destinati per Regnum an semper debeant esse Siculi, ibid.

Syndicatores in Regno debent regulariter esse Siculi, nu. 78. 109.

Offitia quòd dentur Ciuibus potest ex priuilegio statui, nu 79.

Collegiorũ statuta excludentia natos extra Ciuitatem non sunt rigidè interpetrãda, num. 80.

Episcopatus possunt concedi etiam exteris a Regno, cum alternatiua, nu. 81.

Ius patronatus habens an teneatur potius præsentare ciues quàm exteros, nu 82.

Viceregés solent esse semper exteri à Regno num. 83.

Conseruatoris offitium solet dari extero à Regno, nu. 84.

Castellaniæ offitia solent exteris conferri, num. 85.

Cappellaniæ Regiæ offitia, scholarium, & cantorum solent exteris dari, nu. 86.

Offitia possunt exteris conferri in subsidiũ, num. 87.

Offitia licet possint conferri Siculis etiam vxoratis, intellige de habitantibus in loco, nu. 88.

Offitia si essent data non Siculis, nec habentibus priuilegium an sit præiudicatum, num. 89.

Ciuilitates multas habens, electa vna, alijs renuntiasse videtur, nu. 90.

Domicilia plura habẽs an vno electo censeatur alijs renuntiare, ibid.

Exteri, & peregrini non sunt omnino ab offitijs eijciendi maximè artis lanæ, scientiæ, & similium, nu. 91.

AlgoZirij non habent curiam, nec assessorẽ, sed tantum nudum ministerium AlgoZirij, nu. 92.

AlgoZirij habent eorum iura, & salaria pro quibus possunt bona reorum capere, ibid.

AlgoZirij debent facere residentiam vbi M. R. C. degit, alias habentur pro priuatis, nec possunt apportare virgam iustitiæ, nu. 94. nisi in casibus nu. 93.

AlgoZiriorum iura diuersimodè, nu. 95.

AlgoZirij possunt iubere porterijs, vel monterijs & quomodo, ibid.

AlgoZirij non possunt aliquem capere nisi de ordine Proregis, Præsidentis, & M. R. C. verbo, vel in scriptis, nisi caperent in fragranti, nu. 96.

AlgoZiriorum numerus quantus sit, nu. 97.

Algo-

Algozirij committentes delicta non remictuntur ad loca delictorum, sed puniuntur per M. R. C. nu. 98.

Algozirij sunt de foro M. R. C. ibid.

Fori remissio, vt habeat locum requiritur matricula, & exercitium à tempore descriptionis, non electionis, nu. 99. & seq.

Matricula constituit in quasi possessione offitij, in cuius matricula est descriptus, ibid.

Matriculatus studens in lista scholarium, si non intrat studium, non gaudet priuilegijs scholarium, nu. 100.

Artis in collegio q est notatus, & nõ exercet artẽ, nõ gaudet priuilegio collegij ibid.

Syndicari debent singuli offitiales post finitum offitium infra terminum licitum, nu. 101. cum seq.

Syndicatus vocatur tẽpus digestionis, ibi.

Syndicari Offitiales debent in loco, vbi exercuerunt offitium, non alibi. ibid.

Administratores debent reddere rationem eorum administrationum, nu 102.

Offitiales tenentur rationem reddere suæ administrationis tempore quo gesserunt offitium, ibid.

Syndicatui dũ stant offitiales, non possunt eligi ad alia offitia, nisi essent vocati à Rege, nu. 103. dummodo non sint procurata nu. 105. ratio nu. 106.

Syndicandus potest se defendere per procuratorem habita licentia à Principe, nu. 104. & nu. 105.

Procurator cum speciali mandato requiritur, & non cum libera circa syndicatum, ibid.

Syndicatui dum stat offitialis debet interim suspendi ab offitio, nu. 106.

Syndicatui dum stat offitialis solet ligari sub fideiussione, & defẽds extra carceres, & an stetur iuratoriæ cautioni, nu. 107.

Syndicatores olim erant offitiales noui, qui syndicabant veteres, vel magistri Camerarij, & alij, hodie sunt electi per suam Excellentiam, & M. R. C. num. 108. & quid stante priuilegio locorum.

Syndicatus ad hoc factus est vt gentes viuant in timore, ibid.

Syndicatores potest eligere ciuitas ex suo priuilegio, ibid.

Syndicatores solent creare fiscum, & porterios, & habent iurisdictionem ordinariam, & à nullo dependent, num. 109. & seq.

Syndicatores percipiunt sibi eorum dietas taxatas, & quomodo, nec possunt super eis paisci, & an remictere, nu. 110.

Syndicatus instantia est triplex, sex videlicet mensium, in quo currit quindena, & bimestris ad finiendum processus nu. 111. cum seq. vbi quid si non sint dẽstinati Syndicatores.

Instantia Syndicatus si incidat vltima dis in ferias quid fiet? ibid. & an currat impedito.

Syndicatores solent abbreuiare quindenam, nu. 112. & quanta erat de iure communi, nu. 114. 117.

Syndicatores an admictant quærelantes post quindenam, ibid. & an possint iubere quòd non currat, & quid si partes ignorabant quindenam.

Syndicatores debent infra semestre decidere processus, nu. 113. & quid si testes sint accusati de falso, & causa falsitatis non potuit expediri.

Mensis legalis est 30. dierum, & quid si exprimatur nomen ipsius, vel simus in causa appellationis, nu. 115.

Syndicator an possit lapso bimestre determinare processus, nu. 116.

Syndicari debent offitiales, non obstante quòd habeant litteras Regis ne stent in Syndicatu. nu. 118 119.

Syndicari offitialis potest qui permisit minui bona patrimonialia, & perire bona publica, nu 119.

Syndicari possunt offitiales de defectu Iustitiæ commissæ vel omissæ, & quando emerunt offitia, nu. 120.

Syndicari potest offitialis de extorsionibus, nu. 121. cum seq.

Baractariam dicitur commictere Iudex qui habendo administrationem deliquit in eam circa personas, nu. 122. cum seq.

Iudex potest priuari iurisdictione commictendo baractariam, ibid.

Iudex potest procedere quando potens opprimit impotentem, ibid.

Extorquere aliquando capitur pro iustè exigere, ibid. & seq.

Extorsio accipitur circa exigere illicitas exactiones, & est locus priuationis offitij, nu. 123 & seq.

Offitiales solum debent capere iura consueta à litigantibus, ibid.

Extorsionem dicitur commictere, qui iurisdictionem alterius vsurpat exigendo iura alteri competentia, nu. 124.

Syndicari offitialis potest si extendit manus violentas in subditum, & quomodo, nu. 125. & seq.

Offitiales possunt comprimere rixantes, & non desistentes à tumultu etiam verberibus, ibid.

Rixantes si videt offitialis, & non se interposuit, potest priuari offitio & castigari secus in priuatis, nu. 126.

Syn-



ST continuatiuum ad præcedens, in quo fit mentio de salario, & tandem respõdetur ad quartum, & vltimũ quæsitum inter illa quatuor citata supra in c. 1. in rubrica, nempe circa ordinationes officiorum, & salaria

salaria officialium; & in hoc textu quatuor proponuntur, primo de ordinatione offitiorum, & de eorum salario, & an debeant per sortes creari: Secundo quòd officiales sint siculi, prout hic, ibi, item quod officiales; Tertio circa Algozirios, prout in §. item supplicant vniuersitates, Quarto circa syndicatum, quæ omnia repilogemus;

ET DE PRIMO, quia est materia offitialium creãdorum recordor latius etiã posuisse infra in cap. 64. Regis Catholici
1 Perdinandi tit. quòd offitia † concedantur dignioribus tom. 7. in quo adduco multa cõcordantia Capitula Regni, non autẽ facienda est creatio per sortes, vt quandoque sic est, vt videbimus infra in cap. 97. Regis Ioannis tom. 6. & consequenter habilibus, simile est supra in cap. 32. & cap. 53. Regis Federici tom. 2. vbi quòd in offitijs semper sua Maiestas solet eligere personarum sufficientiam, & quòd licet ab offitijs, & honoribus nemo excludi debeat; intelligendum est nisi esset insufficiens, & tetigi in proœmio capitulorum Regis Iacobi num. 60. tom. 1. & propterea hic in §. item quòd si successu temporis, dicitur quod offitia perpetua si successu temporis vacabunt, vt nempè statuantur, & ordinentur, officiales idonei, & æquè meriti, & fide degni non per amorem, seruitium, & fauorem, aut mercedem (arg. eorum, quæ dicuntur de iustitia supra in cap. 7. Regis Federici tom. 2.) sed per rectitudinem, ita quòd sit principaliter prouisum offitijs non offitialibus, sicut hunc intentum etiam demonstrat habere ipse Rex in §. subsequenti hic, ibi, item quòd officiales, & per ea, quæ dixi de offitijs vacantibus in cap. 21. Regis Alphon. nu. 13. & cap. 40. per tot. tom. 4. & melius in pragmat. 1. & 2. tit. 37. de commendatione offitij, vacant. tom. 2. vbi habes quæ offitia possint, quæ vacant, per Proregem concedi incommendam, & quæ non; si ergo hic ordinatur vt eligantur personæ idoneæ &c. malè subditur in fine in §. item quòd officiales ciuitatum &c. vt officiales Ciuitatum, terrarum, & locorum tam in ciuili quàm in criminali, prout sunt Iudices, Iurati, & Acatapani, & alij fiant per sortes modo legitimo, sicut hactenus consuetum est, quia non puto benè esse dispositum, non obstante quod Rex dicat, placet Regiæ Maiestati, ratione quia cessarent supradicta, & infrascripta, nisi dicamus, quòd in aliquib. locis fiunt per buxulum vt dicam in d. cap. 97. Regis Ioann. & ob id merito dispositum fuit in-

2 fra in cap. 14. quòd in offitijs † ac beneficijs remunerari debeant illi, qui fuerunt exules, & damnificati pro Regia Maestate, & sic patet benemeritos anteponendos esse, & digniores præferuntur quia dici solet quod dignius trahit ad se minus dinum ex traditis in cap. 37. Regis Ferdin. extensione 1. illatione 2. tom. 7. & quæ dicuntur de scrutinio in cap. 57. eod. tom. 7. nam promouere eum, qui de iure est inhabilis est actum facere contra ius, vt ibidem tetigi, ex quo mens Principis fit
3 quòd officia dentur † habilibus l. vt gradatim §. 2. ff. de munerib. & honorib. l. 1. C. de Sacros. Eccles. Bart. in l. 1. § nunciatio ff. de oper. noui nunc. Affl. in constit. in locis n. 22. tit. 77. de iudicib. annalib. cap. innotuit cum similib. de election. & ita concludit Rodoric. Suarez Alleg. 12. nu. 26. ratio est manifestissima, quia si tractamus quoad doctiores, dicimus, homine imperito nihil iniquius, vt dixit Comic. in Adel. cap. si in laicis dist. 38. cum concordantibus adductis per Thesa. in præfat. decisionum sub num. 26. & propterea sapientes dicuntur digniores, vt multa refert, & sequitur Io. Franc. de Leonardis in praxi offitialium Regni Neapolis cap. 1. præsertim nu. 12. vbi ex constit. Regni, cordi nobis, & ex cap. eum ex eo, vbi
4 Monach. de elect. ait quod Reges † omnesque alij Principes, & domini debent habere notitiam de viris litteratis, ac bonæ operationis, vt ipsorum Regna recte gubernentur; & subdit Affl. loco citato, quòd Rex Ferdinandus I. habebat quendam libellum nominum, & cognominum virorum bonæ operationis secundum diuersitatem officiorum, & ipse eos ad officia eligebat præuia secreta inquisitione.
5 Princeps namque regulariter † semper solet eligere habiles offitiales quos deputat in offitijs cum representẽt ipsum Principem, cuius leges debent seruare, & non tollere, etiam quod essent legati de latere, quia semper quod est eius officialis, non potest tollere legem Principis Corn. conf. 181. col. 3. vol. 3. & ita aduertit Dom. Afflict. Principes, vt studeant habere of-
6 ficiales ad iustitiam † viros non lasciuos, aut concubinarios, aut temporalium cupidos, nec superbos, & lusores, sed Deo, & sibi fideles, & virtutibus præditos, scientificos, & non iuris ignaros, timentes Deum, vt hæc ait (ex abundantia cordis sui ponens frenum ori suo pro illo tunc:) in proœm. constit. Regni fol. 20. nu. 37. vbi quod præstant salaria, vt hic; & facit ad
7 hunc textum quia ad officia † sunt extol-

lendi, & promouendi qui meritorum in-
signijs, & dignitate fulgent l.1. C.de di-
uerſ.offic.lib.12.l.fin.C.de tyronib. & l.1.
C.de primipil.agent.in reb.lib.11.& Im-
perator Iustinianus in proœm.instit.§.fin.
promiſit Remp. gubernandam commi-
ttere solis Iuris peritis cum concordant.
per Io. Franc.de Leonard. vbi ſupra num.
12. & faciunt quæ ponit Iacob. Menoch.
ad propoſitũ conſ.100.n.238.cum plurib.
ſeq.lib.1.vbi quòd illiteratus, & ignarus
8 Iudicis † offitio fungi non poteſt per l.cer-
ti iuris C.de iudic & ibi Iaſ.n.5.Coraſ.lib.
5.miſcella.iur.capit.19.Io. Fab. inſtit. de
excuſat.tutor.§.ſimiliter §.1.Auth. de iu-
dic.Ariſt.lib.1.Ethic.cap. 3.qui ait illum
eſſe bonum iudicem, qui cognita iudicat,
capit. 2.de conſang. & affinit, vt enim aie
Salamon cap.26.Prouerb. claudus eſt pe-
dibus, & iniquitatem bibens, qui mittie
verba per nuntium ſtultum, idem Affl in
conſtit.de quæſtionibus tit.71.de iudicib.
ordin. qui in fine ait quòd illi debent eſſe
9 iudices † qui ſint continentes, & pruden-
dentes, ac timentes Deum, in quibus ſit
Charitas, & odio habeant auaritiam, &
quinquagenarij, ac Decani, vt patet lib.
exodi capit.8. in quibus nec ſit cupiditas
ex traditis ab eod. Affl in conſt cum iuxta
nn.2.tit.72.de ſalario baiulorum, vbi ſub-
dit num. 6.quòd Iudices debeant habere
duas claues (arg.earum clauium, de qui-
bus in S.P. dixi infra in capit. 443.Regis
Alph. ſub verſic. primus igitur modus
tom.5.) videlicet poteſtatis, & veritatis
ex Bald.in cap.1.§.iudices de pac. iur.fir-
mat.& in l.fin.C.de ſent.ex breu.recit.qui
ait quod in iudice debent eſſe duo ſales,
ſcilicet ſcientiæ, & conſcientiæ, alijs ſal
ſcientiæ ſine conſcientia, dicitur diabo-
l.cũ per cap. cum ęterni de re iudic. (arg.
eorum, quæ ſcripſi de Iuſtitia ſupra in c.
7. Regis Federici tom. 2.) & ait Vlpian.
10 in l.ſi bene ff.de vſur. quod offitiales † non
debent eſſe acerbi, nec mites, ſed tenere
medium temperamentum. Et ſubdit Af-
flict.in conſtit. Regni Magiſtri Camera-
rij num. 6. & 7. de præſtand. Sacram.&c.
11 quod officia debent † concedi generoſio-
ribus, aut ditioribus, & ſic hominibus no-
bilibus, quem ſimpliciter ſequitur Bo-
iorn.in d.cap.64.Regis Ferdin.& maximè
circa officia meri, & mixti imperij, quæ
non humilibus perſonis dari debent, ex
quo conſiſtit vita hominis, & intelligen-
do ſemper de illis nobilibus, qui ſunt ſa-
pientes, & virtuoſi, quia virtus nobilitat
12 hominem † per l. 1. C. de condit. in publ.
horr.lib.10.ibique Io.de Plat. cap. multi

diſt.40. vbi ille apud D.O.M. maior eſt,
qui iuſtior eſt; iſtique nobiles preferuntur
cæteris nobilibus, qui non ſunt ſapientes,
nec virtuoſi ex Luc.de Penn.in l mulieres
C.de digni. lib. 12. & ex traditis infra in
cap. 11. Regis incliti Ioannis ſub verſic.
Prælati tom. 6. vbi quod cæteris paribus
præfertur habens dupplicatam dignita-
tem, præſertim ſi cum tali nobilitate con-
currerent diuitię progenitorum, vel iuſtè
quæſitæ ex Cyno in l.ex bonæ fidei quæſt.
7.C.de reb.credit.l.fin.C. de debit. ciuil.
lib.1.Hinc ſcripſit Rouitus in prag.2. tit.
13 de adm.vniuerſ.ſuper Regno Neapolis n.
4.quod ad regimen ciuitatis † ſemper de-
putari debent diuites, qui ſint domini
prædiorum ruſticorum, de quib.diuitijs
latè Camill.Borrell conſ. 33. nu 31.cum
plurib. ſeq. vbi facit magnam digreſſio-
nem atteas, & ego ſcripſi aliqua ſupra
in cap.58.Regis Iacobi n.41.42.43.& 44.
tom.1. illis 1.à que debẽt prædia publica,
& gabellæ locari, vt in l.2.C.de præd.cu-
rialib.lib. 11. vbi Luc.de Penna, Iſern. in
cap.1.de pac.iuram.firmat.melius namq;
præſumitur de ditioribus, quàm de pau-
peribus, vt etiam tetigi ſupra in d.cap.7.
Regis Federici poſt principium tom. 2.l.
ad ſubeunda C. decurionib. cum ſimilib.
per eundem Affl. in conſtit. ſiquis poſt li-
tem nu.5.rubr.97.de pæn.contumac.ſub-
14 dens ipſe Afflict quod hominibus † bonæ
opinionis diuitiæ ſunt adiuuamenta vir-
tutis ex B. Ambroſio ſuper Euangelio
Luc.cap.19. vnde ipſemet Affl.infert, vt
auram habeamus de bono nomine Eccle-
ſiaſt. cap. 41. vbi hoc magis permanebit
tibi quam mille theſauri magni, & pre-
tioſi, bonæ vitæ numerus dierum, bonum
autem nomen permanet in æuum ex Luc.
de Penna, & alijs, & poſui in conſuet.Pa-
nor.cap.25.nu.8.vbi quod bonum nomen
eſt emendum bono pretio, addo Additio-
nem ad conſtit. Regni, in conſutilem de
hæret.lib. 1. Quamuis non negatur nobi-
15 les † ex progenie vt plurimum eſſe ſuper-
bos vt ſubdit idem Affl d.nu.7. in d. con-
ſtit.Regni Magiſtri Camerarij ex Vgone
de S.Victore in libro de Clauſtro animæ,
& Luc.de Penn.in l.militaribus C.de De-
curionib.lib. 10. vbi referendo Polycrat.
cap.15.lib.8.ait, clarus ſanguis elationem
parit, potentiam affectat, conculcat in-
feriores, pares habere dedignatur (ideo-
que eſt miraculum quòd in feudis nobiles
per nobiles iudicari debeant vt ſcripſi ſu-
pra in cap.27.Regis Federici in princ.d.
tom.2.) loquitur grandia, totus ex alto,
magnoquè ſanguine, tamquam fecerit ip-
ſe

se aliquid virtutis, propter quod nobilis debeat esse sui immemor, & eorum, qui retro esse videntur, & se in anteriora sine cultu virtutis, hi a paribus abstinêt,in humiliores libidinosè,& crudeliter agût hominum, non caussarum toti sunt &c. & consequenter, vt ad ea, quæ ago redeam, dico loqui in ea electione offitialium
16 nobilium † in quibus concurrat prudentia,fidelitas,& bona cõscientia cum mentis integritate proueniens l.1.C.de condit.in publ.horr.libr. 10. quia integritas offitialium, salus est subiectorum cap.miramur, dist.61.ac etiam rerum experientia, solertia, morum probitas, artisque peritia, Affl.vbi supra, qui subdit sub nu.
17 16.quod postquam offitialis † est electus in officium arctat initum, & sic compellitur ad acceptandum, etiam per capturam personæ, Rouiens loco citato num. 6. cum seq.nisi iustè excusetur, vt hodie seruamus l.his qui ad ciuilia C.de appellat. Innoc. in cap. 1.de his quæ fiunt à maior. part.capit.lo de Imol.in l.dotem ff.solut. matr. & ex his quæ ait Bart. in l. publicis ff.de cond.& demon. vbi quod à tempore ipsius acceptationis vnusquisque dicatur habere dignitatem,non autem à tempore electionis, idem Bart.in l. ex eo ff. de testam.milit.& in l.absenti ff.de donat, hoc est,à die possessionis,nam non potest dici acceptatum offitium, nisi etiam de eo sit capta possessio, arg. eorum quæ dixi supra in prœm.capitulorum Regis Iacobi nu.35.tom. 1.& quæ dicam infra cap. 51. vers.primo obseruabunt. Habere igitur Rex ipse, vel Princeps oculos debet in
18 eligendo † viros litteratos,& sapientes, eosq;præferre in officio cõcernente iustitiã magis idoneum minus idoneo Affl.in constit.Iudices nu.3.tit. 93. de elect. offitial.lib. 1.subdens nu.6.quòd hac de caussa licet viris litteratis supplicare Domino Regi pro habendo offitium iudicaturæ alicuius loci, vel prouinciæ, aut legationis vt dicunt de Io. Andr. Fælin. & Surd.
19 conf.42.n.24.lib.1.vbi infert † quod aliàs si talis esset derobatus per viam nõ tenentur vniuersitates reficere expensas (arg. eorum quæ dixi supra in cap.3. Regis Petri inter capitula Regis Federici tom.2.) eo quòd procurauit offitium;& hinc puto quod hodie aliqui Doctorum prætendentium officia accedunt supplicando Principi, quia putant se esse viros litteratos, de qua petitione offitiorum scripsi etiam supra in cap.11.Regis Iacobi n.11.d.tom. 1.& in d.cap.64.Regis Ferdin.vers.subsequenter tom.7.cum ibi notatis,in quibus

solummodo fas est se anteponere,non autem licet de directo petere, quandoqui-
20 dem ad officiorum essentiam † tria video posita per DD.in d.l.publicis, vbi Bart.ff. de condit.& dem.idest electionem,acceptationem, & gestionem ipsius offitij, non dixerunt petitionem, & ita videtur sentijsse Nicol.Boer.decis. 149.nu.6. præsertim per illos offitiales, qui stant in syndicatu, nam interim eis non licet procu-
21 rare offitium, & ad id promoueri vt tango infra in quarto requisito vers. dico secundo ex Baldo in l.quæ fortuitis col.11. C.de pignor.act. Affl.in constit. Regni occupatis rubr. 92. de numero offitialium nu.11.lib.1. & multo peius quando peterentur pecunia mediante vt subdam inferius declaratione 6.Intãtum vt si etiam concurrant duo in offitium, debeat fieri examinatio quis sit magis idoneus, magisquè discretus in iustitia, vnde si
22 de duobus petentibus offitium † vnus semper fuit bonus offitialis, & alter de præterito fuit malus,sed modo est bonus debet præferri ille, qui semper fuit bonus ex Archid,in cap.nos consuetudinem dist. 12.Affl.num. 6.& 7.vbi etiam quod antiquior præfertur iuueni ex Abb.& Archi. & illi, qui cum aliàs fuissent Iudices non commiserunt tarditatem, nec moram in iudicando(de quo particulari dixi supra in capit.18.Regis Federici tom.2.) & de quibus legitur ex Anchar. inter consilia Calderini 106.& Fulgos.conf. 106. col.3.
23 quod sunt aliqui offitiales † qui in principio offitij sunt seueri, ideoquè tamquã cupidi honore vtuntur seueritate, & non vrbanitate,& in fine officij solent esse gratiosi, & propterea contra eos præsumitur in fine offitij contra rẽ gestam vt ait Cardinal Illustris. Tuscus concl.103.tom.5.

Declaro igitur primo, vt non possit
24 inhabilis esse offitialis † immo qui sic esset creatus, & non ostenderet suam inhabilitatem, sed vellet exercere offitium, peccaret vt Abb. ait in cap.sciscitatus de rescript. eligens.n. semper præsumitur electum esse habilem, nec cum ignoto Princeps dispensat gloss.in cap. qui in aliquo dist.51. Rodoric. Suarez. d.alleg.12. en el pleyto sub nu. 25. nisi ex dispensatione Principis eum sic eligentis fuerit electus, quo casu si eligeret indignum, vel aliàs inhabilem, videatur dispensare, Menoc. d. conf.100.n.254.255. vbi quòd quoties Princeps habilitat ignarum, sic de inhabili, habilis est Iason. in l. certi, nu.5.versic.tu potes distinguere C. de iudic.Coras.lib.5.miscellar.iur.cap.19.Ti-

raq. de nobil,cap.6.nu.24. Zaf. lib. 2. in- tell.singular.cap.22. idem Menocch. cõſ.
25 17.ſub nu.8.vol.1.aliàs ſi deficit † diſpen ſatio, poteſt talem officialem etiam à ſe creatum priuare tamquam deceptus ab officialibus Affl in d.conſtit.in locis n.21. & maximè ſi ille talis haberet aliquam experientiã in rebus gerendis §.1.Auth. de iudicib. & in nouell. 28. Menocch. d. conſ.100.nu.145.& ſeq.& nu.249.& 256. ex Iaſ.Cyn Bald.Salyc.et.in d.l.certi eum ſimilibus, quæ adduxi in d.cap.64.Regis Ferdin. verſic. quod peius. Verum dico quòd licet quis ab initio ſit electus inha-
26 bilis † tamen ſuperueniente habilitate, inhabilitas præcedens non afficit, vt ait Bald.in l.is poteſt §.fin. ff. de acquir. hæredit. ſicut dicimus quòd ius ſuperueniẽs venditori prodeſt emptori, iuſque ſuperueniens retrogeſta confirmat, & quando ius ſuperuenit nec requiritur nouus libellus, vt ait Affl.in conſtit. grandi num. a 1.22,rubr.1.de pæn.contumac. libr. 2.& quæ dixi in Alleg.Athanaſij Corrales, & per ea, quæ ſcribit Rouitus ad pragmac. 5.Regni Neapolis tit.de admin. vniuerſ. nu.16.& 17.
27 Declaro 2. vt vno, eodemque † tempore non poſsint eſſe Pater, & filius officiales Rouitus ex dicta Pragm. Regni Neapolis.

Declaro 3.vt non poſsint eligi ad regi-
28 men † Ciuitatis illi,qui ſunt eius debitores vide eundem Rouit.in d. Pragm. nu. 10.ex Iacob.de Aten. in tract. de bannit. nu.35.& ſeq.

Declaro 4.vt non poſſint eſſe officiales
29 † illi,qui ſunt inquiſiti criminaliter l.vnic. C de reis poſtul.lib.10. Ronitus num. 21. vbi ait non eſſe obliuioni tradendum; & multo peius non conuenit amplius eos creare, qui ſemel fuerunt condennati in ſyndicatu, ex quo nunquam debent eligi vt per Paul.de Caſtr.& Bald. in l. mancipia in fine C.de ſeru.fugit. & in Auth.habita col.6. C.ne fil pro patre V in.de Frãc. deciſ.8.par.1. & ſuppleo infra num. 103. cum ſeq. Affl. in d.conſtit. Iudices d.nu. 7.& propterea ſolemus dicere, quando condennantur ſimiles perſonæ, abſq; nota infamiæ.
30 Declaro 5. vt nec creari neque † confirmari conuenit officiales creatos per Tirannum, & in inimicos Regis ſecuta victoria, ſed ſunt caſſandi, & abolendi ita idem Affl in conſtit Regni, cum circa nu. 9.tit.71.de creand officialib.lib.1.

Declaro 6. vt non poſsint creari offi-
31 tiales hi † qui petierint officia pecunia mediante, vt tetigi ſuperius ſub verſic,& de primo in fine, & ita ſentij in d. capit. 64. Regis Ferdinand. ſub verſic. conſequenter, & in capit. 100. eiuſdem Regis, & ob id de iure capitulorum Regni Neapolis per Regem Carolum I. incip. item recipiatur iuramentum, eſt prouiſum quòd omnes officiales iurent quod aliquid non dederint, nec promiſerint pro ipſo officio habendo,& niſi ſic iurauerint,non poſſunt dictum officiũ exercere, aliàs tenentur pæna vſurpantis officium ità Matt. de Affl. in prælud. conſtit. Regni quæſt.12.ſub nu.9.& 10. (atq. officialis præſtantis iuramentum quando capit poſſeſsionem de eius officio, vt dicam infra eod.in c.51.verſ.primo obſeruabũt) eſtquè ordinatum per cap. 357. Regis
32 Alph.infr.tom. 5. vbi quod nec Rex † debeat vendere, aut aliquo titulo pecuniario dare officia iuſtitiam adminiſtrantia, ſicuti ſunt iudicatus M.R.C.Sacræ Regiæ Conſcientiæ,Capitaneatus, Straticotiatus, Prætoratus, & alia inferiora officia, ſed illa gratioſè concedantur, immo, vt ibidem ſubditur,ſi aliquis ea impetraret, aliter quàm gratis, ipſo facto impetratio ſit nulla, & irrita ſine alia decretatione, non obſtante quouis priuilegio incontrarium facto, vel faciendo,& impetrans,ac obtinens incurrat pænam publicationis omnium bonorum, & de cætero ſit inhabilis,& incapax inpetpetuum tali officio, immo officiales, qui vellent exequi tales impetrationes contra formam præſentis capituli, incurrant pœnam priuationis officij,& ipſo facto pro priuato habeãtur, iſthæc omnia dicuntur in d. capit. 357 & & in cap. 419. eiuſdem Regis, vbi obtinens, & impetrans hoc modo officia incurrit pænam mille florenorum,& cum d. cap. 100. Regis Ferdin. tom. 7. vbi quod
33 officia † annalia iuſtitiam adminiſtrantia non poſſunt vendi pecunia mediante, nec pignorari, aliàs obtinens intelligatur eo ipſo facto priuatus,& cõcordat eum c.56. & 174. Reg's Caroli tom.8. vbi pulchrius, & latius, ac poteſt quilibet de populo, & Fiſcus principaliter agere,& poſui aliquã ſupra in c.12. Regis Iacobi n.7.& 8.tom. 1.& per c.12.Regis Ferdinandi eod. tom. 7.ne poſſint dari pẽſiones,nec pecunia pro officijs habendis non obſtantibus quibuſcumq; promiſsionibus, & obligationibus quæ ſint nullæ vt ibidem,quamuis hucuſque non inuenerim de illo capitulo ibi calendato de Rege Ioanne & dixi etiam remiſsiuè ſupra in cap. 53. Regis Federici
34 tom.2.† & ſic honores commictuntur, & ferun-

feruntur, quasi non petuntur, nec procurantur, ratio est inpromptu, quia officialis, qui procurauit officium magis obligatur, eo quia tenetur de leui culpa, secus si proprio motu fuit electus (vt realiter accidit mihi, & do gloriam Deo, cui fuit collatum officium Iudicis Regiæ Curiæ Prætoris Ann. 1607. & 1608. & nihil sciebam, & dico veritatem, ac Deus est testis in hoc) ita post Bald. in l. quæ fortuitis C. de pignor. act. col. 11. vers. aut officium fuit procuratum, & in l. quamquam C. de fenr. & in tit. de pac. tenend. §. iudices, Paris de Put. de syndic. in verbo, culpa, refert, & sequitur Affl. in constit. Regni, occupatis in fine tit. 91. de numero officialium, & iterum in constit. volumus, rubr. 93. tit. quanto tempore nu. 12. lib. 1. facit in individuo d. constitutio Regni, Magistri Camerarij vbi Affl. num. 2. tit. 60. de præst. Sacram. lib. 1. vbi in simili
35 sic ait non posse † vendi baiulationis, siue iudicaturæ officium, causa prohibitionis est, quia iustitia non debet vendi cap. cum ab omni de vit. & honestat. cleric. ex quo membrum, quod vocatur virga iustitiæ (de quo tango infra nu. 94. & in cap. 251. Regis Alph. remissiuè tom. 5.) de se vendi non potest: melior ratio, quia, vt ipse subdit nu. 5. Iustitia est sacratissimum
36 † ministerium, idem Affl. in d. constit. volumus nu. 5. rubr. 93. quanto tempore officialis debeat stare in syndicatu, & vt dicit Seneca, Iustitia non est nostra constitutio, sed diuina lex, & consequenter prohibetur vendi, ex quo vendi non debet id, quod de iure suum non est, cap. in templo vendentes 1. q. 3. de qua materia latè Gugliel. de Benedict. in reper. cap. raynurius in verbo duas nu. 52. & seq. extr. de testa. Isern. in cap. 1. de feudis, Gugliel. & Luc. de Penna in l. 1. C. de re milit. lib. 12. Socc. cons. 165. lib 2. Barbat. in cap. ex parte nu. 14. de offic. deleg. Abb. cons. 54. nu. 12. vol. 2. Cigalud. Doctor Hyspanus in quodam consilio posito in fine sui operis de factis Princip. Hinc est quod subdit idem Affl. in d. constit. volumus d. num. 5. quod alias isti tenentur in syndicatu (vt tetigi remissiuè inferius numero 37. & numero 120.) ex quo dicuntur committere
37 delictum † quia contra legem iuliam de ambitu acquisiuit officium l. 1. ff ad l. iul. de ambit. & ob id colligimus ex supradictis prohibitam esse venditionem officiorum, nec ea procurare per hos illicitos modos mediante pecunia ¶ Fallit tamen
38 in Baronibus † vtputa quando venditur vniuersitas, quæ subse habet plures reditus, seu fructus, & inter ipsos reditus est iurisdicio, & exercitium iurisdicionis ciuilis transit cum ipsa vniuersitate dictúq. membrum Iustitiæ, & virga, valetq; venditio, siue ingabellatio, quæ aliter de perse vendi non posset ita Affl. vbi supra in d. constit. Magistri Camerarij sub d. nu. 2. & in constit. Baiuli locorum nu. 2. tit. 65. de offic. Baiulorum, arg. l. quædam, & ibi gloss. ff. de acquir. rer. domin. l. modicis ff. de contrah. empt. inferendo sic esse in iure
39 patronatus, quod ius patronatus † de per se vendi non potest capit. de iure extr. de iure patron. cap. cum Bertoldus de re iudic. vbi Abb. & alij & tamen, dicit ipse Affl. transit cum vniuersitate vendita, c. ex litteris, & capit. cum seculum de iur. patron. & ibi Innoc. gloss. in d. l. modicis, & de nostraribus addo Gugliel. de Perno in terris notabilibus in fin cum similib. à se adductis, & hoc est quod post Bal. aie Iason in l. creditori nu. 5. ff. de oper. noui
40 nunt. quòd vniuersitas temporalis † in qua est ius patronatus potest pignori tradi & vendi & consequenter habens castrū pignori, in quo erat ecclesia, in qua dominus habebat ius patronatus, si vacat Rectoria, possit creditor præsentare vnū rectorē ex iurib. adductis, secus in contra-
41 ctu singulari pignoris † quia hoc modo ius patronatus non transit in creditorem, & ita voluit intelligere Prouinzalis in l elegantet § & si res ff. de pignor. ex Felyn. & alijs; vel nisi, vt subdit Affl. nu. 3. specialiter excipiatur cap. cum secundum ead. tit. de iur. patron. gloss. in d. cap. cum Bertoldus, vnde quando baiulatio, & sic officium iudicatus non haberet aliud, nisi bancum Iustitiæ, tunc non posset vendi, quia non habet vniuersitatem ¶ Fallit 2.
42 nisi officium † obtineretur ab ipso Rege mediante pecunia, ita idem Afflict. in d. constit. volumus sub num. 5. per eundem text. d. l. 1. ff. de ambitu; subdit tamen statim quod non est decens Principi vendere officia, quia diceretur mercari sacratissimum ministerium Iustitiæ pretij venalitate, & propterea sentit ipse de illis officijs iustitiam administrantibus, vnde quoad quædam officia hodie videmus esse licitam venditionem. v g. in officijs Secretarij, Portterij Cameræ, & similiū nam non administratur iustitia ex his, quæ tradit ipse, & dante Domino supplebo in d. cap. 100. Regis Ferdin. cum similib multa enim quæ ibi posueram huc transportaui, tantummodo etenim hic explicare volebam circa §. 1. immediatè sequen-
43 tem, ibi, item quòd officialibus † ipsis ex-

sol-

soluantur debita, & consueta salaria, quod officiales debent esse contenti iuris termini, ne indebitas solutiones exigant, & iniustas exactiones, dic vt infra eod. cap. 36. & ex constitutionibus Regni, & de iure communi mandatur eis deberi salaria (sicut hactenus erat dispositũ dari salaria etiam Iudicibus M. R. C. vt scripsi infra in cap. 2. Regis Alph. num. 1. Tom. 4.) & propterea olim de iure cõst. Regni, incip. Constitutionum tit. 70. de tricesima, vbi Affl. nu. 11. ait quòd erat statutus certus
44 numerus officialium † super assisijs, & salarijs dandis his similibus officialibus, arg. illius assisiæ in rebus venalibus de qua dixi supra in cap. 116. Regis Federici versic. sextum Tom. 2. quia nemo tenetur proprijs militare expensis, & sumptibus ex his, quæ scripsi in cõmentar. consuet. Panor. & de quibus mentionem feci supra in c. 31. Regis Iacobi nu. 2. Tom. 1. ac de labore suo mercedem quisquis recipere debet cap. charitas 12. q. 2. cap. ecclesiasticis, cap. præcatie, cap. ad nostram extr. de reb. eccles. nõ alien. Apost. 1. Chorinth. cap. 9. cap. iam nunc 28. q. 1. cap. cũ ex officij de præscript. sicut qui non laborat, nõ manducat l. quamuis ff. de damn. infect. Affl. in d. constit. constitutionum, nu. 8. tit. 70. de iure tricesimæ, vbi quòd præmia debentur labori, & virtuti C. de stat. & imaginib. l. fin. l. 2. C. de tutor. lib. 12. idem Affl. in constit. Baiulos num. 84. tit. 73. de fer. eod. lib. 1. addo quæ latè scripsit ipse Matth. de Affl. in const. Regni, Iustitiarios num. 3. tit. 55. ne fil pro patr.
45 lib. 1. vbi vult dari officialibus † gagia, hoc est salaria, vt auferretur occasio depredandi subiectos, sintque contenti eorum stipendijs à Rege eis constitutis, ne alienum iurgium putent esse eorum lucrum per l. omnes C. ad l. iul. repetund. idem Affl. in constit. Magistri Camerarij nu. 5. tit. 60 de præst. sacram. dicit, videri sibi in Rege maximum peccatũ permittere exactionem trigesimarum pro sa-
46 lario Iudicum † quibus ipse debet dare stipendium de introitibus, & iuribus Regni, nisi necessitas eum stringeret, puta propter bellum imminens prout in constit. Cum circa tit. 71. de ordinan. iudicib. col 2. 3. & 4. vbi sit mẽtio de dictis gagijs & nu. 16. & in constit. cum iuxta col. 3. tit. 72. de salario baiulorum, vbi etiam n. 7. inuehit contra illos deputatos, siue Thesaurarios Regis, qui de salarijs, siue gagijs soluendis officialibus, conuertunt hunc vsum in aliũ, non nã possunt facere, sed incidunt pœnam peculatus (ex his, quæ in materia Thesaurarij scripsi supra in d. cap. 116. Regis Federici versic. secundum Tom. 2.) vltra casus, quos posui infra in cap. 67. Regis Alph. Tom. 4. Et propterea non ab re infra in cap. 332. Regis Alph. Tom. 5. sublatũ est hoc ius trice-
47 simæ † præsertim quo ad Iudices M. R. C. & licet ibi sit reseruatio facta circa Baglios, & Comitem Adernionis, & Magistrum Iustitiarium, quasi quòd Baronibus, & alijs nolit Rex præiudicare, vt ait Affl. in constit. de quæstionibus d. tit. 71. nu. 2. & seq. attamen hodie puto quòd nec quo ad hos debeatur dicta trigesima stantib. pandectis in hoc Regno, sicut extat etiam Neapoli Regia nouella facta per Cæsaream Maiestatem, quæ incipit, Item supplicano per l'amministratione della Giustitia, de qua meminit Io. Ant. Batius ad Affl. in d. constit. constitutionum, & ita etiam est sublata dicta tricesima per cap. 14. Regis eiusdem Federici supra Tom. 2.
48 quo ad omneserat enim tricesima † quoddam ius debitum baiulis proferentibus sententias, vt ait idem Affl. loco citato, col. 2. tit. 70. de tricesima lib. 1. post Speculat. in tit. de Salario §. 1. idem Affl. in constitutionibus ibidem sequentibus tit. 71. col. 2. & 3. vbi etiam loquitur deberi similia gagia, vel salaria Iudicibus dele-
49 gatis † in causa, & dantibus eorum votũ col. 3. & quòd dabatur post latas sententias dic. t idem Affl. in d. constit. seq. sub nu. 18. quæ, & alio nomine dicta trigesima vocatur de iure communi, sportulæ, ita Io. Ant. Batius ibidem, vbi subdit quod hæc non sunt amplius in vsu, & ego scripsi in commentar. consuet. Panor. cap. 7. Hinc, vt sequar quæ tetigi, subdit ipse Affl. in d. constit. Iustitiarios, quòd offi-
50 cialibus deputatis † ad iustitiam prõptè sint gagia constituta soluenda, & sine crastinatione, eo quia portant onus Reipub. §. ne autem Auth. de iudicibus, & in Auth. iusiurand. quod præst. ab his, qui enim præstant obsequium, debent consequi beneficium d. cap. charitatem, cap. cum ad secundum, cap. extirpandæ, §. tamen de præb. cum non debeat esse labor sine fructu ex Speculat. & ex multis textibus sacræ scripturæ. ¶ Intantum vt etiam si sit
51 dictum, creamus officiales † cum solitis salarijs prout ordinariè videmus prouisiones à sua Catholica Maiestate emanatas, vel cum lucris, & emolumentis ordinarijs, vt fuit mea prouisio de Iudice Curiæ Prætoris Ann. 1607. intelligantur de solitis, quæ fuerunt præstita prædecessoribus, vt latè vult idem Affl. & pulchrè nu. 5.

nu. 5. & 6 de quo scripsi in materia istius,
52 soliti, & consueti † supra in cap. 39. Re-
gis Iacobi n. 165. tom. 1. addo Surd. cons.
42. nu. 13. & seq. vol. 1. vbi declarat, quo-
modo intelligatur salarium solitum, &
cons. 207. num. 11. lib. 2. vbi solitum dicit
non quod semel factum est, sed quod or-
dinariè, inferendo quòd si v.g. testator re-
linquat medico, quæ præstabat, intelli-
gitur de his quæ ordinariè præstare con-
sueuerat, non de eo, quod semel per ma-
gnam liberalitatem dedit ex Barbat. Soc-
cin. & alijs ¶ Item adeo procedunt hæc
53 † vt si aliquis habeat duo officia de licen-
tia Regis, quod potest esse (vt de hoc
scribo infra in cap. 32. limit. 1. Regis in-
cliti Ioannis, tom 6.) tunc siquidem de-
beantur duo salaria vt concludit idem Aff.
d. c. nu. 7 & 8 ex Bald. in l. binos C. de ad-
uoc. diuers. iudic. in fine, ratione quia ge-
rit vtrumq; officium, cui salarium est an-
nexum, prout in Auth vt iudic. sine quoq;
suffrag. §. illud, vbi Alber. de Rosat. Bar.
in l. 1 C. de lega. lib. 10. idem Bald. in l. si
scribatur C. de appellat. idē Bart. in l. si cō-
sul. ff. eod. Fælin. in cap. cū olim in princ.
extr. de iudic. tunc vnum haberet salari-
um, quando non ex permissu, & volunta-
te Regis gereret ipsa duo officia sed vnum
v.g regeret ex permissione Regis, aliud
sine eius permissu, ita sentit idem Bart.
in l. agentes C. de præpos. agend. in reb.
lib. 2. Affl. pulchre d. nu. 8. ¶ Item etiam
54 si † officialis in medio anni mortuus fue-
rit, quia transmittit integrum salarium
ad eius hæredes, Barr. & omnes in l. di-
em functo ff. de offic. Assess. Surd. d. cons.
42. col. 2. lib. 1.

DE SECVNDO cōtento in hoc textu
quod officiales debeant esse Siculi posueram
multa infra in cap. 386. Regis Alph. tom.
55 5. in tit. quod officia † & benefitia conce-
dantur Siculis oriundis, & forrasse ibi
supplebo, & consequenter præferuntur
exteris à Regno, qui, & alio nomine ga-
rangi, seu aduenæ vocantur vt per Affl.
in constit. Regni Dohanæ nu. 25. de offic.
Secreti lib. 1 vbi refert in tantum exteros
esse incapaces eorum, quæ in Regno dis-
ponerentur, vt nec etiam olim poterant
testari in Regno sine assensu Principis de
iure longobardo, quamuis secus sit hodie
de iure romano, quia possunt liberè, & ita
obseruatur in dies; non obstante quòd re-
gulariter legamus quòd decor sit, vt
vniuersitas sit frequentissima, & vrbs no-
stra populosa l. 3. § pen. ff. de Decur. l. ma-
gistros C. de professor. & Medic. lib. 10.
Alciat. resp. 91. nu. 7. & sic videtur conlu-
luisse Thom. Grammat. cons. 5. per tot.
vbi sentit quòd ille Hispanus collocatus
56 in matrimonio † cum quadam Domina
Neapolitana poterat concurrere ad offi-
tium Capitaneatus Ciuitatis Capuæ non
obstante statuto Capuano incontrarium
dictante, quod nullus admictatur in offi-
tium Capitanei Regij, qui non sit infra
20. milliaria à dicta Ciuitate, sicque ex-
cludebat exteros, & distantes à dicto lo-
co per dictum spatium, & consequenter
ipse Gramm. consuluit quod ille exterus
posset esse Capitaneus, quamuis ex alijs
capitibus, & causis mouetur, quæ non fa-
ciunt ad casus nostros, & certè de illo
consilio dubito, nec loquitur specificè,
immo videtur contrariari nam dum facit
argumentum quod ille Hyspanus nō erat
Neapolitanus, non obstāte ductione vxo-
ris, ergo videtur inferre quod quilibet
exterus potuisset concurrere ad dictam
Capitaniam Capuæ, quod tamen est ab-
surdum ex traditis per eum, & stante illo
statuto Capuano non admictente eos, qui
sunt vltra 20. milliaria ex dicto loco, qua-
si quod excludat exteros Concordat cum
d. cap. 386. 414 & 416. Regis Alph. vbi
Rex ipse (confirmando dictum cap. 386.)
duos tantum exteros habilitauit, & non
plures, vt ibidem; item concordat cum
cap. 32. Regis Federici supra tom. 2. vbi
personarum sufficientiam semper eligit
sua Sacra Maiestas in datione offitiorum,
& prout in hoc capitulo in §. item quod
officiales, per quem textum hic disponi-
57 tur, quod officiales † tam perpetui, quā n
annales, qui habeant iurisdictionem, pra-
cticam, seu conuersationem gentium, sint
& esse debeant Siculi, ratione quia vt hic
subditur, cognoscunt hominum qualita-
tes, & conditiones locorum, & gentium,
quoniam Siculi Siculis, & Cathalani Ca-
thalanis magis conueniunt, quasi dicat
quòd in Sicilia debeant seruari mores
Siculorum prout hic in §. subsequenti, &
cap. 8. Regis incliti Ioannis, tom. 6. per
quod confirmantur capitula edita super
hac materia per eundem Regem Alphon-
sum, & disponitur plus quòd non possint
exteri habilitari in parlamentis, & ha-
bilitati remoueantur, Et licet inde-
cretata hic per Regem nostrum, non
respondeatur sic, vt petitur, attamen iam
dicit, quod prouidebit in offitijs eas or-
dinare personas, quæ sint aptæ, offitio,
& non officiali, prout hunc intentū etiam
dicit ibidem in §. antecedenti hic, ibi,
item si successu temporis; & multa alia
capitula Regni concordant, vt modo di-
cam:

58 cam: ficut de ciuibus dicitur † qui exteris
magis præferuntur l. in Ecclesijs C. de
Episc. & Cleric. Rip. in tract. de peste tit.
de remed. præseruat. n. 153. Dec. cons. 609.
& 695. Didac. Couarr. pract. quæst. cap.
35. versic. adnotandum est, sentit Marcus
Ant. Rouescalensis ad scolia Baldi cons.
183. vol. 2. Affl. in d. constit. Regni, Magi-
stri Camerarij nu. 9. & 10. tit. 60. de Sa-
cram. præst. lib. 1. & hoc ad similitudinem
vrbis Romæ, in qua loci oriundi præfe-
runtur exteris, l. tres tantummodo C. de
offic. Prætor Rocch de Curte in tract. de
iur Patron, Barbar. cons. 24. col. 1. Gugl.
de Bened. & alij citati per Chass. in ca-
thalog. gloriæ mundi p. 10. consid. 32. ver-
sic. licet, vbi quod oriundi sunt cæteris
præferendi, Affl. vbi supra qui etiam ait
sic esse dispositum in Ciuitate Neapolis
per cap. Regni Regis Caroli II. in plani-
tie S. Martini incip. item statuimus, vbi
officiales Regij offitia, seu commissiones
vel seruitia curię committant hominibus
in terra sua, & in locis conuicinis, & ido-
neis, idem Affl. in constit. Iudices num. 5.
sub. 94. de elect. official. quia non possunt
esse alij, quàm viri de Regno, nisi in sub-
sidium, quòd vix contingit, vt subdam in
6. limit. quamuis secundum aliquos erat
59 contrarium de iure † per quod prohibe-
batur ne aliquis in propria patria habe-
ret, nec gereret offitiũ vt scripsit Domi-
nus D. Marius de Gregorio F.P. in cõsilio
impresso pro Illustris. Marchione Eleis n.
136. per l. fin. C. de crimin. Sacrileg. l. fin.
C. de offic. rector. prouinc. vbi ait quòd
alienigena debebat esse, & maximè in
Proregibus, & Præsidentibus, de quibus
realiter ipse loquitur, ad quòd facit in
indiuiduo constitutio Regni, Iustitiarij
tit. 51. de Iustitiarijs assessoribus, &c. lib.
1. vbi erat statutum quòd Iustitiarij, Iu-
dices, & actorum notarij non statuantur
in prouincijs, vnde sunt oriundi, vel vnde
habeant incolatum l. hi qui, & l. si cui, ff.
ex quib. caus. maior. l. 3. ff. de assessor. l. in
consiliarij C. eod. Gughel. de Benedict. in
repet. cap. raynutius in verbo, & vxorem
decis. 5. num. 289. qui ait quòd actorum
Magistri non possunt esse de eadem pro-
uintia, etiam ampliando ad eorum substi-
tutos, qui nec possunt esse (loquor de iu-
re cõmuni) de eadem prouincia ita con-
cludit Ancit. de Bottis in d. constit. Iusti-
tiarij, & Fabius Iordanus ex Baldo in l.
parabolani C. de Episc. & Cleric. quem se-
quitur Affl. in d. constit. Camerarij nu. 9.
& 10. vbi ait quòd de iure illius consti-
tutionis in paruis castris, paruisq; locis
nec baiuli, nec assessores, nec magistri No-
tarij debebant esse oriundi locorum, vel
60 municipes, quia nemo † propheta accep-
tus in patria sua cap. etsi Christus de iu-
reiur. Lucæ cap. 4. & per gloss. in l. fi-
nali ff. de offic. assessor. d. l. fin. C. de crim.
sacrileg. constit. regni Iustitiarij per pro-
uincias part. 2. l. 3. C. de diuers. offic. & ap-
parit. & ita refert fuisse decisum Neap-
poli idem de Bottis in sacro consilio ann.
1560. Vinc. de Franchis decis. 98. etiam
in assessoribus, qui de iure non poterant
assumi de sua prouincia per officiales
sine mandatu speciali, vt inquit Petr. de
Monteforte in d. constit. arg. l. quacumq;
ff. de rit. nupr. & cap. Abbate extr. de verb.
61 signif. ¶ Beneuentum † quòd idem Fabius
Iordanus dat quandam limitationem, &
dicit quòd quando essent parua castra, in
quibus non esset copia exterorum, quòd
admittantur ciues ex Baldo in l. certa for
ma C. de iure fisci lib. 10. & per ea, quæ
subdam inferius nu. 80. & 87. ¶ Conclu-
damus ergo quòd siue concurramus cum
iure communi, siue derogemus ei, stat ex
supradictis conclusio quòd officia, & etiã
beneficia debent concedi tantum Siculis
62 oriundis † vel vxoratis cum vxoribus Si-
culis habitantibus in dicto Regno tantũ
vt in d. cap. 386. cum similibus, prout de
hoc priuilegio per ductionem vxoris sen-
tit expresse Thomas Grammat. consil. 5.
col. 1 nec alijs personis, exceptis aliqui-
bus casibus, quos videbimus in sequenti-
bus limitationibus, ideoq; in d. cap. 386.
subditur de vxoratis habitantibus &c. vt
demõstretur, idest quòd onera substineãt
63 † id, quod ex statutis omnibus regulari-
ter videatur etiam in originarijs, vt dixit
Surd. cons. 461. sub nu. 19. vol. 4. quamuis
ibidem dicat quòd non obstante quòd
quis sit extra locum, sufficit tamen quòd
esset habilis ad substinendum onera, si
bona haberet ita ex Castrens. cons. 89.
vol. 2. col. 2. Dec cons. 283. num 10. Raph.
Fulgos. cons. 101. Præsupposito statuto
col. fin. versic. præterea statutum, qui dicit
quòd statutum loquens de substinentibus
onera, verificatur in his, qui licet actu
non substineant, cogi tamen possunt ad
substinendum, eo quia habitu substinent,
Ruyn. cons. 58. nu. 4. cons. 59. nu. 5. vol. 3.
Soccin. in rubr. ff. solut. matr. num. 33. post
Bart. Castrẽs. Anchar. Roman. Crott. Lan-
cellott. & alios, de quibus per eundem
Surdum, qui etiam nu. 20. subdit quòd si
quis ciuis habeat matrem habitantem in
loco, ibique onera substinentem, satis di-
catur ipse quoque onera substinuisse, ex

quo

quo fat eſt vt per affines, agnatos, vel co-
gnatos ſubſtineret ex Bar̃tol in l. cum
ſcimus nu. 2. C. de agric. & cenſit. lib. 11.
vbi Io. de Plat. § 1. verſ. item facit, Bart. in
tract. repræſal quæſt. 5. principali nu. 3.
Soccin. conſ. 291. colu fin. vol. 2. Berrett.
conſ. 58. num. 12. qui poſt Bart. Iaf. in &
alios determinat quod ſufficit probare,
& demonſtrare quod pater, vel agnati,
ſiue cognati ſubſtineant onera, & parti
cipent etiam in muneribus, & honori-
bus habes inferius nu 80.

Amplio primo ex lectura d. cap. 385.
64 intantum procedere † vt qui præſumat
tentare contrarium contra formam di-
cti capituli Regni, conceſſio ſit ipſo iure
nulla, ita, ibi, & chi preſumeſſe tentare,
& d. cap 8. Regis Ioannis.

Amplio ſecundo quod licet capitula
65 Regni loquantur † ne poſſint offitia con-
cedi, niſi Siculis originarijs, dic etiam
per ductionem vxoris, & d. cap. 8. Regis
Ioannis, & per priuilegiũ, vt in cap. 401.
Regis Alph infr. Tom. 5 vbi ad officium
Iudicis M. R. C. habilitat ciues origina-
rios per ductionem vxoris, & per priui-
legium, ita tamen quod habitauerint ad
minus per quinquennium, vt ibidem, &
dixi ſuo loco in cap. 22. Regis incliti Ioã
nis declarat. 2 Tom. 6. & ex cap. 26. Re-
gis Ferdin. infra Tom. 7. non obſtante
quòd ibi fuerit ſupplicatum cõtrarium,
ſcilicet, vt non concurrãt Siculi per pri-
uilegium, nec per ductionẽ vxoris, Rex
Catholicus negauit, & dixit contrarium
eſſe alias ſupplicatum, & ſic ſe reducit
ad ſupradicta capitula, quæ licet ſint iu-
ris communis derogatoria, ex quo erat
totum contrarium, tamen hic eſt factũ,
quia Rex ſic voluit, ideoque quãdo Rex
ſic vult, ceſſat dicta diſpoſitio, & conſe-
quenter officia tunc ſunt danda incolis,
ita Afflict. in d. conſtit. Regni, Magiſtri
Camerarij, nu. 9 & 10. & ſic ſiue ſint Si-
culi originarij, ſiue per priuilegium,
ſiue vxorati cum Sicula, iddem eſt, & la-
tiſſimè diſcuſſi in commentar. conſuet.
S. P. Q. P. tam in cap. 30. a nu. 17. cum plu
rib ſeq vſque ad nu 24. vbi cõcluſi quòd
66 licet dicantur tales ciues ficti † gaudent
tamen prout originarij, vt per Gram-
mat. d. conſ. 5 nu. 3. & 4. ex Bald. in l. 3. §.
hæc verba ff de negot. geſt. ſi etenim ſunt
ficti, gaudent nihilominus priuilegio ve
ri ciuis, ſicut fictus hæres ex teſtamento
gaudet priuilegio veri hæredis Andr.
Barbat. in l. ſi filius ff. ſi quis omiſſ. cauſ.
teſt. quàm etiam in alio capitulo 86. à
nu. 30. cum plurib. ſeq. vbi loquor de Cit-
67 tatinantiat addo ad propoſitum iſtarum
litterarum, ſiue priuilegiorum Cittati-
nantiæ. Alberic. in l. is qui ff. de iur. im-
munit. Io. Ant. Boſell. ad ſtat. Parmæ tit.
qualiter foraſterij fol. 12. lib. 1. Surd. cõſ.
461. nu. 5. lib. 4. vbi ait quòd ciuis ex pri
uilegio includitur in ſtatuto loquente
de ciue, per Bald. conſ. 409. vol. 5. Iaſ. in
l ſi is, qui pro emptore nu. 192. ff. de vſu-
cap. & in l. 1. nu. 27. ff. de legat. 1. Pariſ.
conſ. 71. nu. 8. vol. 1. Aff. Buer. Riminald.
Curt. Alciat. Boſſ. Lancellott. Galiaul. ci-
tati per ipſum Surd. qui ſubdit num. 6.
quòd huiuſmodi ciuibus non minus ope-
ratur quàm illa originaria: Et pater, qui
68 fuit creatus † ciuis acquirit ciuilitatem
pro ſe, & liberis d. nu. 5. dummodo dicti
filij ſint legitimi, & naturales, aliàs fi-
lijs naturalibus nil prodeſt; vt ex Paleott.
& alijs ait ipſe Surd. conſ. 487. nu. 14. &
ſeq. eod. vol. 4. vbi concludit nu. 16. quòd
69 ciuilitas ſiue per conuentionem † aut per
priuilegium quæſita licet tranſeat ad fi-
lios (& iddem dico ſi eſſet originaria pa-
tris, nam eodem modo trãſit, ex his, quæ
dixi in conſuet. Panormi d cap. 30. n. 17.
& voluit Menocch conſ. 80. nu. 9. & ſeq.
vol. 1. per l. aſſumptio citatam per me in
d. conſuet. §. filius, vbi gloſſ ff. ad muni-
cipal. Petr. Antibol. in tract. de munerib.
part. 1. nu. 3. vbi concludunt quòd ciuis
originarius (loquor de iure communi)
70 ille dicitur † qui vel natus ſit in loco, vel
quòd eius pater, aut auus ibidem nati
ſint, quia quoad honores, & commoda,
filij eorum conditionem ſequuntur) non
tamen ſubauditur de naturalibus ex
Bart. in l. libertus §. patris ff ad munici-
pal. Bald. in l. 1. C. de patrib. qui fil. di-
ſtrax. Tiraquell de iur primogen. quæſt.
59 nu. 3. & prout multa congeſſi in odiũ
naturaliũ ſupra in cap. 6. verſic. inſuper
Regis Federici, & in cap. volentes, quod
eſt cap. 28. eiuſdem Regis reſtrictione 3.
illatione 4. tom. 2. addens ipſe Surd. cõſ.
574. in fine vol. 4. poſt Cagnol. & alios,
71 quòd ille † qui obtinet dictas literas
Cittatinantiæ, tenetur agnoſcere omnia
onera ciuibus impoſita.

Amplio tertio vltra dicta capitula Re
72 gni † intantum procedere, vt de iure
communi habeamus, quod poſtquam Iu-
ſticiarij, alijq; officiales admiſerint cer-
tum numerum aduocatorum in curijs
eorum, ſi alij exteri, qui non ſunt de iu-
riſdictione ſua, voluerint ibidem aduo-
care, debent illos expellere, ſed tantum
debent illos admittere ad aduocandum
qui ſunt de eorum iuriſdictione, vt ait

Affl. in constit. Regni, Iusticiarios rubr.
53. vt iustiarij habeant, libr. 1. vbi nu. 1.
infert quòd exteri, qui non sunt de iuris-
dictione, non admictantur ad aduocan-
dum in curia, & isti dicuntur extranei l.
vnica §. cæteri C. de impon. lucra. descrip.
lib. 10. & per ea quæ notaui super refor-
matione Studiorum Clarissimæ Ciuita-
73 tis Cataniæ tit. de priuilegijs † eorum
qui doctorãtur Cataniæ, & scripsit Chas-
san. in cathal. gloriæ mundi part. 10. con-
sider. 32. versic. Parisienses, vbi plus sub-
dit quòd Doctoratis extra eorum vniuer
sitatem non permictunt practicare, nec
eorum theoricam ad practicam ponere
licet realiter hoc sibi æquum non videa-
tur, & supple ibidem, beneuerum quod
videmus ordinariè quòd in priuilegijs
dictorum Doctorum adest facultas, po-
testas, & priuilegium vbiquè exercendi
eorum aduocationis offitium (argum.
eorum, quæ alibi scripsi infra in capit.
183 vers. peractis, Regis Caroli tom. 8.)

Ampliatur quarto idem esse in substi-
74 tutis † & locum tenentibus, siue etiã sub-
rogatis, quia debẽt esse de eadẽ ciuitate
& prouincia, prout substituẽtes ita Affl.
in d. const. Magistri Camerarij d. n. 10. ex
Albe. de Rosa. in l. si eadẽ ff. de offit. asses-
sor. Bald. in d. l. parabolani C. de Episc. &
Cler. vbi subrogatus debet esse eiusdem
iuris, & cõditionis, cuius est ille, in cuius
locum subrogatur (& est ampliatio ad l. si
quis eũ §. qui iniuriarũ ff. si quis caution.
& eorũ, quæ pono in c. 195. d. Reg. Caroli
ac debet esse talis, qui à principio potuit
esse, si ergo nõ tenet subrogatũ, nec substi
netur quod faciunt, & ita etiã ait Barth.
de Capua in quadã apostilla sua super d.
l. parabolani Luc. de Penna in l. pen. C. de
agent. in reb. lib. 12. vbi quòd ille, qui sub
75 stituit † aliquem loco sui debet esse non
minus prout substituens, Bart. in l. inter
artifices ff. de solu. benè verũ quòd in sub
sidium potest alius substitui, si v.g. nemo
habilis de loco originis, vel de prouincia
reperiretur ex Bald. in l. certa forma C.
de iure fisci lib. 10. Affli. vbi supra, arg. l.
generaliter §. spurios ff. de decurion. l. 1.
ff. de offic. assessor.

Amplia quinto iddem esse in Commis-
76 sarijs † siue Delegatis, qui destinantur,
nam debent esse Siculi, habes infra in c.
361. Regis Alph. tom. 5. licet quandoque
hoc non seruetur, sed remictitur arbitrio
suæ Excellentiæ, & M.R.C. & quæ dicam
infra ampl. 7.

77 Amplia sexto † iddem esse in benefitiis
ecclesiasticis, de quibus dico infra lim. 1,

Amplio septimo iddem esse in Syndi-
78 catoribus † siue commissarijs, vt tetigi
supra ampl. 5. nam debent esse siculi re-
gulariter infra cap. 363. & 364. eiusdem
Regis Alphonsi, vt subdam inferius in 4.
requisito versic. quarto dico.

Amplio octauo, & descendo ad specia-
litatem † vt iddem iudicari, ac determi-
79 nari possit in locis particularibus, nem
pe habentibus priuilegia, vt nullus ad-
mictatur ad offitia, nisi sit ciuis illius lo-
ci, ita habes latè scripta in Consuet. Pan.
d. cap. 30. & licet Alciat. d. resp. 91. nu. 7.
& resp. 275. dicat à simili quòd statuta
80 collegiorum excludentia † natos extra
Ciuitatem non sint rigidè interpetran-
da, quasi quòd velit, vt admicti possint
exteri ad offitia, & in hanc partem in-
clinat Menocch. d. cons. 80. num. 20. lib. 1.
tamen ipsi loquuntur in alijs terminis, &
in defectu, tetigi superius n. 61. nẽpè quia
respiciunt fauorem Collegij, quòd nu-
merus sit frequens, non sic est in alijs sta-
tutis, & consuetudinibus & ideo dictum
consilium Menocchij non potest adapta-
ri ad hæc, quæ tractamus, dummodo ta-
men participarent de muneribus, & ho-
noribus Ciuitatis, aliter nõ dicitur pro-
priè ciuis ex Bald. in l. si non speciali C.
de testam. ait Grammat. d. cons. 5. in fine
& quæ dixi superius nu. 63.

Limita primo conclusionem genera-
lem supra positam in hac 2. parte ex men
te dictorum capitulorum non procedere
81 in beneficijs Episcopatuum nempe, &
Archiepiscopatuum, ita in d. cap. 386. ibi,
accentuando solum, ergo in alijs benefi-
cijs ecclesiasticis præter hæc, secus, vt
sentit Afflict. in d. const. c. iudices, nu. 5.
ex capit. ad decorem extr. de instit. gloss.
in cap. arctamur dist. 71. Abb. in cap. si-
gnificasti de iure patron. & aliqua per
Didac. Couarr pract. quæst. d. cap. 35. in
fine, ibi, secundo adnotandum est, vbi
tractat super simili materia nostri tex-
tus, qui dicit sanctissimum, & Reipub.
consultissimum esset, vt ad beneficia sal-
82 tim curata † non recipiantur nisi ciues,
& pulchrius, & clarius in d. cap. 8. Regis
Ioannis, & c. 19. 32. 34. Regis Ferd. tom.
7. & per c. 12. confirmatum per capi. 53.
Regis Caroli tom. 8. & per ea, quæ ha-
bentur in cap. monasterium 16. quæst. 7.
vbi an patroni debeant potius præsenta-
re ciues clericos quàm exteros, & tetigi
superius ampl. 6. & est conforme aliud
cap. prædictum 414 eiusdem Regis Al-
phonsi, per quod Rex noster in suam cu-
ram assumit de confirmatione obtinenda

que

quoad hoc à S.Pont. est verum quòd hodiè in dictis beneficijs,& Prælatijs ecclesiasticis solent nostri seruare alternatiuam vt in d.cap.34.Regis Ferdin.& cap. 12.& 53.Regis Caroli vt supra citatos.

Limita secundo ex lectura dicti capit.
83 386.secus esse † in officijs Proregum q.d. quòd ista officia possunt etiam non Siculis conferri ad arbitrium Regium,& per d.cap.8. Regis Ioannis idem de Gregorio F. P. in allegatione supra citata pro Excellentia Illustrissimi Marchionis Elciæ.

Limita tertio secus esse in officijs Con-
84 seruatoris † prout in d cap.386. & istæ tres exceptiones fuerunt exceptuatæ per iddem capitulum,& per supplicationem Regni factam Domino Regi,nam Rex in decretata addit alias, vt modo videbimus.

Limita quarto ob id secus esse in offi-
85 tijs Castellaniæ † sentijt etiam Gramm. d.cons.5.

Limita quinto aliter esse in Regijs
86 Cappellanijs † scholaribus, & cantoribus, vel de Regia Cappella in scriptis actu in eadem cappella seruientibus, & ordinariam quietationem percipientibus vt etiam de hac limitatione habes in eadem decretata Regia; facit infra eod.cap.12. cum concordantib. ibi positis circa commorantes in curia.

87 Limita sexto nisi in subsidium † vt sentit Affl in d.constit. Iudices, & tetigi supra in versic.de secundo nu.58 61.87.

88 Limito septimo † vt licet debeant conferri Siculis, vel vxoratis, intelligas de habitantibus hic, aliàs non valet concessio, sic dixi superius in summario, & caueturr ex dictis iurib.supra citatis,

Limita octauo nisi aliter alij non ori-
89 ginarij † nec cum dictis circatinantijs fuissent admissi ad officia, quia appareret præiudicatum per non vsum contrarium vt post Innoc.Bald.Angel.Rebuff.& Bar. ait ipse Grammar.d.cons 5 num. 8. & 9. sed repugnant quæ dixi supra in cap.26. Regis Federici tom.5.

90 Limita nono † vt quoties quis habeat multa domicilia, vel ciuilitates v.g originis siue natiuitatis habitationis,domicilij,vel ciuilitatis,aut ex priuilegio per ductionem vxoris, & similium, vt electa vna tacitè, vel expressè, intelligantur aliæ renunciatæ, dixi infra in capit. 22. Regis inclicti Ioannis declarat 1. tom. 6. & dante Domino circa hunc secundũ caput textus nostri suis locis supplebimus.

91 Limito decimo vt extranei † & peregrini non sint omnino reijciendi nec in totum abijciendi maximè in exercitio artis,& scientiæ,& in officijs secularibus, quia præferuntur originarijs Chassan.d. consider. 32. loco citato per l. fin. C. de crimin.sacrileg.

DE TERTIO præsupposito, de quo dicitur in hoc textu circa Algozirios, scripseram aliqua infra in cap.151. Regis Alph.tit.de iuribus Algoziriorum tom.5.quęob ipsius tomi magnitudinem hic transportabo, & quamuis, ibi aliqua dicantur, tamen non sunt omnia in vsu, exquo hodie non habent Curiam,nec assessorem, vt ibidem, sed tantummodo
92 nudum ministerium Algozirij † parum plus à seruientibus distant, & est cognitum etiam de iure communi hoc officiũ Algoziriorum, eorumque salaria, pro quibus exequendis possunt etiam bona reorũ capere,Io.Faber.in §.quadrupli instit.de action.& ita in hoc Regno seruatur, prout etiam Neap.li testatur Carauit. in Ritu 42. in fine, quicquid dicant Iaf.& Chassan locis per eum citatis. In-
93 tellige quoties ipsi residentiam faciunt † eo loci,quo M.R.C. moram trahit, aliàs habentur pro priuatis, nisi in causis eis specialiter per suam Excellentiam, & M.R.C.commissis pragm.1.tit.20.de offic.commissar.& Algoz.rior.ob quod corrigitur in isto proposito, § item supplicant vniuersitates in hoc textu, vbi Regnum petijt à Rege, & ipse simpliciter annuit petitioni, quòd cesset officium Algoziriorum in singulis Ciuitatibus, terris, & locis Siciliæ, vbi residet Regia Maiestas, ratione quia, vt hic subditur, ex inordinatis processibus ipsorũ multa mala prouenerunt, & prouenire possunt, & quò in Sicilia seruentur mores Siculi, quoniam, vt hic etiam subditur, qualibet prouincia abundat in sensu suo; beneuerum quòd hic exceptum est tempus guerræ, in quo possunt officium exercere, ideoque dico hunc §. esse correctum per hæc modo dicta: & sic illud mem-
94 brum † siue virgam Iustitiæ,pertinentem ad ipsam iustitiam,vt tetigi supra n. 35. apportare tunc non possunt, vt in hoc proposito vtitur loquẽdo Andr. de Ylernia, & ibi Affl nu.2.in d.constit. Regni Magistri Camerarij, tit.63. de præst.sacram. lib. 1. vnde non ab re aliqui ridiculosè dicunt membrum Iustitiæ, tractantes de aliquo officiali, quia realiter sic est, dum apportant ipsam virgam.

Et quoniam in d. rubr.d. cap. 151. fit mentio de iuribus ipsorum Algoziriorum

95 rum † dico quandoque esse dispositum per Pragmaticas Regni, vt maiora iura percipiant, v.g. mictitur Algozirius per Regnum ad capiendum carceratos, & casu quo non esset eis facta solutio, repetunt à Regia Curia ad rationē tar. 6. quolibet die, & prout melius in pragm. 3 d. tit. 20. ita tamen vt illas dietas petāt infra terminum dierum duodecim, in vrbe tamen non habent nisi tātum tar. 2. pro qualibet captura, & ita hodie seruatur prout in cap. 385. eiusdem Regis Alph. est verum quòd si in tali captura coadiuuantur à porterijs, vel alijs, diuidunt sibi dicta iura, vt ibidem, vbi etiā colligitur quòd possunt præcipere porterijs, siue monterijs, vt ducant talem carceratum, & sic habent quandam iurisdictionem in eos: quas capturas non

96 possunt facere † nisi de ordine Proregis, Magistri Iustitiarij, & M. R. C. verbo, vel in scriptis, nisi caperent delinquentem in fragranti, quia possunt, & apportare coram suo iudice cap. 384. eiusdem Regis Alph.

97 Numerus vero ipsorum Algozirior ū † quantus sit, habes multa Regni capitula vario numero decernentia, & etiam in d. cap. 384. erant tres tantum, & iddem in cap. 419. eiusdem Regis Alph. & erat Pragmatica 5. in tit. de offic. Prothonotar. tit. 10. Tom. 1. per quam mandatur per Regem Ferdinand. vt non possint esse plures quam per ordinationes, siue Ritus Regni ab antiquo statutum fuerit, sed hodie non procedit d. pragm. & est auctus numerus, & per constitutiones Pragmaticales.

98 Hi Algozirij commictentes † delicta non remictuntur ad loca delictorum, sed puniri debent à Iudicib. M. R. C. de cuius sunt foro, ita ex Domino Carolo Tapia ad multa infero infra in cap. 92. Regis Ioannis in princ. Tom. 6. vbi iddem est circa alios de foro, aduertit tamē ipse Tapia ibidē in eius adnotation ad iura Regni Neapolis tit. vbi de crimin. agi oporteat, nu. 47. vt hoc intelligatur duobus concurrentibus, matricula scilicet, &

99 exercitio † quorum altero deficiente nō remictuntur, itaquè practicari ex Vinc. de Franchis decis. 417. quod est pulchrū pro remissionibus, quæ petuntur ab officialibus, nam licet matricula ipsa constituat quem in quasi possessione eius officij, in cuius matricula est descriptus, Bart. in l ex eo tempore in princ. ff. de milit. test. sicut legimus de notarijs, qui debeant esse matriculati, vt in cap. 271. Regis Alph. Tom. 5. ibi, iuxta matriculæ ordinem, ratione quia realiter ipsa matricula probat notarium esse, ita vt valeat statutum quòd instrumentum notarij non valeat, nisi matriculati Dec. in cap. 1. de probat. colu. 4. quamuis aliter dicat Iason cons. 122. col. 3. lib. 4. Natt. ad Alexan. cons. 219 lib. 2. Socin. Iun. cons. 149. libr. 3. vbi quòd non à tempore electionis, sed à tempore descriptionis incipit gaudere priuilegijs, & sentij superius n. 17. tamen requiritur etiam exercitium prædictum; Hinc ad propositum feci illationem super reformatione Studiorum Clarissimæ Ciuitatis Cataniæ in tit. quòd debeat fieri lista studentium

100 quòd † qui est in matricula scholarium, & non intrat in studium, non debet gaudere priuilegio scholarium l. antepen. ff. ff. ex quib. caus. maior. Angel. de Perusio in l. vnica C. de Collegiatis lib. 10. euius lectura habetur ad Bald. vbi iddem dicit de illo, qui est in collegio alicuius artis, nec exercet artem, non debet gaudere priuilegio collegij, arg. eorum quæ dico de clericis infra in cap. 37. Regis Ferdi. tom. 3. vbi quòd tunc gaudent quādo inseruiunt ecclesiæ.

DE QVARTO vero, & vltimo requisito iam etiam multa posui infra in cap. 22. Reg. s Alph. tom. 4. & in cap. 363. & 364. eiusdem Regis Alph. tom. 5. quod eum hic cadat materia ponno aliqua in materia syndicatus ¶ Præcipitur ergo hic tamquam quædam præludia. & ordi-

101 natur quòd singuli officiales † post finitum eorum officium debent syndicari infra terminum licitum, & si fuerint reperti culpabiles puniri, si vero insontes præmiari, & hoc tam de iure constitutionum, quàm capitulorum Regni, quàm etiam iuris communis vt ait Afflict. In constit. volumus rubr. 93. quanto tempore offitialis libr. 1. num. 1. & seq. per l. vnic. C. vt omnes iudices tam ciuiles quā militares, in Auth. vt iudic. sine quoque suffrag. §. necessitatem, sicut enim homo primo comedit, & postea digerit, ita officialis dum est in officio, exercet officium, postea in fine debet digerere, & quē sindicatus vocatur tempus digestionis, vt dixit Iason, de quo memini in consuet. Panor. cap. 53. nu. 15. hoc est ponere rationem de gestis, & respondere quærelantibus, l. ordinarium, cum l. solita, & ibi gloss. C. de Cohortal. lib. 12 & hoc in eo loco debet reddere rationem, & syndicari, vbi exercuit officium, & non alibi, allego pulchrū textum Regni in cap. 64.

In.

Inuictissimi Regis Caroli rit. de officialib. syndicandis vbi gesserũt administrationem nisi ex causa, infra Tom. 8. Affl. vbi supra nu. 2. per d. l. 1. C. vt omn. iudic. l. 1. C. vbi senat. lib. t. C. vbi de crim. agi oport. l. 1. C. ad l. iul. repet. immo per illud cap. 64. disponitur, vt qui præsumeret tentare contrarium, sit infamis, & habeatur pro confesso in delictis impositis, vt ibi petitur, & fuit aliàs per quendam Iudicem coram me vti syndicatore hoc petitum, & risi de simili petitione impertinenti, quia sciebam virtutem dicti capituli Regni, ac iuris communis; Dignũ
102 est enim, & iustum, † vt vnusquisque teneatur reddere rationem suæ administrationis eius temporis, quo gessit officium, arg. l. rescripto §. debitores ff. de munerib. & honorib. d. l. ordinariũ, gloss. in l. orphanotrophos C. de Episc. & Cleric. cap. principalis 33. q. 5. l. 2. & ibi gloss. in verbo absentium, ff. de negot. gestis.

Dico secundo quòd dum Officialis stat
103 in syndicatu † illiusque penderet syndicatus, non potest eligi ad aliud officium, posui supra nu. 29. & ita ait gloss. & Affl. in constit. Regni, occupatis nu. 11. rubr. 92. de numero officialium libr. 1. per tex. in l. neminem C. de suscept. & Archan. lib. 10. nisi esset vocatus à Rege ad aliud officium, & hoc est in indiuiduo quod disponitur in Pragm. 11. huius Regni Siciliæ tit de Capitaneis tom. 1. quòd durante syndicatu, non possunt officiales promoueri ad aliqua officia, nisi aliter Illustrissimis Proregibus placuerit de qua meminit Ballus in suo tract. libr. 5. fol. 26. col. 2. & lib. 6. tit. de syndic. offic. quæst. 3. nu. 3. 4. 5. cum seq. vbi etiam limitat nisi iuraret, & reassumeret officium dimissum v. g. dum esset officialis perpetuus; fuisset creatus Iudex M. R. C. nam finito iudicatu post reassumere primum officium vt fuisse * obseruatum in personam Antonij & Ludouic. Montalto qui reassumpserunt officium Fisci Patroni finito officio Iudicum M. R. C. & in personam Augustini Martio, qui reassumpsit sibi officium Magistri Rationalis ann. 1568. & pendente syndicatu non fuerunt suspensi. E tunc poterit cõstitue-
104 re † procuratorem, qui pro eo stet, & respondeat in dicto syndicatu, & hoc habita licentia Principis, vt possit se defendere per procuratorem, quia regulariter in criminalibus non posset se quis defendere per procuratorem (vt potes videre in cap. 52. num. 58. Regis Iacobi, & quæ ibi scripsi tom. 1. cum ibi citatis) & ita obseruamus hodie in Regno, nam supplicatur Principi vt possit se defendere per procuratorem, & Princeps concedere solet libenter ex causa, itaque voluerunt Bartholom. de Capua in Auth. de Collatorib. §. super hoc, & ibi etiam Angel. relati per Affl. loco citato, quos sic intelligit, habita nempe dispensatione, vt modo vidimus, latè Ioann. Arcamones in cap. Regni Neapolis. incip. itẽ statuimus fol. 125. quẽ remissiuè refert, & sequitur Anell. de Bottis ad nouissimas Additiones in l. bonæ fidei C. de reb. credit. Intrig. singul. 127. (dummodo tamen, vt sequar quæ tetigi. dictum of-
105 ficium † ad quod de nono fuisset electus, & vocatus per Regem, non fuisset procuratum per ipsum officialem, vt dixi supra in versic. & de primo, in fine) & sic consequenter non sufficit mandatum generale cum libera, sed requiritur speciale, vt per Guidon. Papæ decis. 338. in fine, Speculat. in tit. de procuratore §. 1. nu. 4. & 5. Franc. in cap. quid agendum §. procurator de procur. in 6. & ita in materia nostra refert, & sequitur Io. Anton. Bosell. ad Statuta Parmæ tit. de offitio ipsorum syndicorum fol. 11. col. 2. libr. 1. ex quo causæ criminales non comprehenduntur sub generali mandato Vant. de nullit in tit. ex inhab nu. 91. etiam si compareret syndicus pro vniuersitate vt dico infra eod. in cap 67. §. 5. ex Afflic. &
106 Luc. de Penna ibi citatis ¶ Ratio est † quare pendente syndicatu non debeat ad aliud officium promoueri, quia iam officialis ipse syndicandus debet interim suspendi ab officio regulariter, vt post Parid. de Put. in tract. syndic. in verbo, officialis finito officio col. pen. scripsit Io. Ant. Batius in Annotat ad Affl. loco citato; est verum quod stat multoties in arbitrio iudicis syndicatoris.

Dico tertio quòd solet quando syndi-
107 catur officialis † ligari sub fideiussione, antequam constet de crimine, & recipitur fideiussoria cautio, absque eo quòd ponatur in vinculis, sed defenditur extra carceres ita per constit. humanitate sentit Afflict. loco citato remittendo se ad text. in d. l. 1. C. vt omn. iudic. tam ciuil quàm criminales, Ludouic. de Penna in d. l. ordinarium C. de Cohort. lib. 12. est verum quòd subdit ipse Affl. num. 4. quòd Officialis habet hoc priuilegium quando stat in syndicatu, vt stetur iuratoriæ cautioni, si dicat quòd non habet fideiussores per text. in d. l. 1. C. vt omn. iud.

iud.quòd tamen in Regno non obseruamus simpliciter, sed semper regulariter astringuntur officiales ad dictam fideiussoriam cautionem, & maximè in caussis capitalibus, & grauibus, in quibus indifferenter sunt necessarij fideiussores, vt affirmat ipse Affl. ex eod. Parid. de put. & alijs.

108 Quarto dico quòd licet olim nouus † officialis syndicaret antiquum, & veterem, prout in d. constit. volumus, vbi Ysern.& Affl. nu.2. & 11. ex Angel. in l. si vacantia C. de bon. vacant. Innoc. in cap.2.de offic ordinar. & per cap. qualiter, & quando de accusat. & ex quodam cap. Regni Neapolis Regis Caroli II. fuitque hoc cognitum ex d.cap.363.Regis Alph.in quo quando discessisset á loco syndicator, & partes venirent post terminum, possunt se quærelari coram ordinarijs, vt tango inferius in versic, quinto dico, immo plus de iure dictarũ Constitutionum Regni, olim erant statuti Magistri Camerarij, qui singulis quatuor mensibus diligenter inquirebãt processus Baiulorum, & Iudicum, si fecerint quod iustum est, ad effectum vt viuerent in timore, vt ait Matth. de Affl. in constit. cum iuxta nu.7.tit.72.de salario Baiulorum lib.1. qui subdit, vt vtinã nunc essent aliqui sapientes, & iusti Deputati, vt singulis quatuor mensibus viderent processus, de quibus quærimonia habẽtur, vt ibi per eum, & secundum aliquos syndicabant Præfecti Prætorio, Episcopi, Auth vt iudic.fin.quoq.suffrag. d l.1.C.vt omnes iudic. tam ciuiles quã crimin. quæ de consuetudine recesserunt ab aula secundum Nostrates Siculos in eorũ Adnotationib. hic & in d.cap 363. & 364. Regis Alph. Et propterea in hoc Regno obseruatur quòd destinãtur Syndicatores quolibet anno, & in illis locis, in quibus non potest syndicator destinari eligitur Syndicator per suam Excellentiam Io.Ant.Batius ad Affl. in consti. Regni in proœmio fol.25.col.3.vbi quod non habet locum d. constit. volumus, & vbi syndicator syndicabat prædecessorem officialem cum interuentu officialis successoris, hodie per se sentẽtiant, nec à nullo dependent, nisi à M.R.C. Paris de Put. in verbo, officiales in prin. & istud sentijt Affl. in d.nu. 2. vbi ait quòd fallit nisi Ciuitas habuisset ex priuilegio quòd possit eligere syndicatores, estquè dispositum per dictos cap. 363. & 364. Regis Alph. per quæ statuitur vt vfficiales Regni non possint Syndicari per syndicatorem externum à Regno, vt tetigi superius in 2. requisito ampl. 7. nu. 78. sed per Viceregés, Magnam Regiam Curiam, vel Syndicatorem missum ab eis, & sic lex Regni dat formam arg. l. 2. C. de vexat. & exe. lib. 12. Bald. in d. §. proficisci quæst. 1. vers. iudices ad syndicandum, & tunc est ve-

109 rum quòd dicti Syndicatores creant & † erigunt eorum tribunale, vel dominum ad hoc serio deputatam, & eorum Fiscum, qui per inquisitionem inquirat contra veteres officiales vt sentit idem Affl. d. nu 11.& ita hodie vtimur, nam fit actus in offitio Syndicatorum de aliqua persona confidenti, & experto, vt possit agere partes Fisci, & creat porterios, & habet ipse syndicator iurisdictionem ordinariam eum mero, & mixto imperio in excessibus officialium Bald.in d §.proficisci, Auth.vt iudic.fin. quoq; suffrag. l. 1.C.vt omn.iudic cum simil b.& arg.eorum, quæ ad propositum dixi in d cap. 22.Regis Alph.versic.quantum vero nu.

110 2. Hinc est † quod tamquam offitialis ordinarius percipit suas dietas taxatas per Constitutiones Pragmaticales, & per eius literas sibi directas, præterquã quando permictit partem renuntiare residuo termini Curia super Ritu cap. 38. n.41. & quãdo dat terminos, dietas percipit ab eo, ad instantiam cuius dantur, idem cap. 65. nec possunt Syndicatores super dictis eorum dietis pacisci, nec remictere, nisi pauperibus sub pœna, de qua in cap. Regni 52.Regis Ferdin.infr.tom. 7. vbi iddẽ disponitur quoad dietas Delegatorum, siuè Commissariorum, & de his ẽtiam est dispositum per dictas Constitutiones Pragmaticales.

112 Quinto dico quòd instantia † infra quantum tempus debeant cõparere prosequentes illos officiales. qui stant in syndicatu, est intra quindenam, & sic infra quindecim dies, ita disponitur in d. cap.Regni 363. Regis Alph. vbi emictitur proclama, bannomquè publicum, vt vnusquisque quærelans compareat coram Syndicatore infra terminum dictorum dierum quindecim (& melius declaro inferius num.112.113.cum seq.vbi quid si incidatur in ferias) enumerandorum eo modo, quo aiunt Andr.& Specular.allegati per Paul.de Castr.in l 1 §. biduum ff.quando appell.fit, quamuis ipse videatur varius, v. g. si promulgator proclama Die 1.Septembris hora 20.finiet 16. eiusdem hora eadem 20.ad hoc vt dies sint vtiles, & perfecti & propterea

rca currit de momento ad momentum vt per Ball. inferius citandum. Est verū quòd si v.g. non sit destinatus commissarius, de quo in d. cap. 363. cum seq. quem nos vocamus Syndicatorem, licet Dom. Boniorn. ibidem teneat contrariū, quòd nempè non currat semestre, de quo modo dicam, ratione quia capitula Regni supradicta præfigant instantiam semestris prædicti toto syndicatui, & etiam iurisdictioni, & instantiæ, quia dicitur ibi, [il detto Sindicatore le debbia terminare, & finire fra doi mesi, & in fine, ibi, fra sei mesi,] & in d. cap. 364. ibi [debeant syndicari infra sex menses] & sic tempus præfigitur causæ syndicatus ipsi syndicatui, eiusque iurisdictioni, & quoties per statutum præfigitur aliquod tempus isto modo, semper currit instantia, non obstante quouis impedimento, vide quæ in sua materia scripsi infra in capit. 198. Regis Caroli ampl. 3. tom. 3. subdens ipse Boniorn. quod elapso termino officiales non debent vexari, & dicit esse de mente Bald. in d. §. proficisci q. 3. & per text. in l. scire oportet §. qui non iustè ff. de excusat. tutor. sicque subdit practicatum* fuisse in Regno post tempora reuolutionum, quia officiales euaserunt syndicatum per lapsum semestris temporis cum toto hoc quod fuit defectu superioris, quia non prouidit de Syndicatoribus propter reuolutionem, nihilominus veritas est quòd non curat iste hæc instantia semestris stante defectu personæ Magistratus per tex. in l. fin. C. de adulter. l. sicut ff. de excusat. tutor. quia volentes accusare non habēt facultatem accusandi, nec probandi vt per Abb. & alios in capit. pen. de iudic. & sic est vnum de impedimentis vt subdam inferius n. 112. itaq; consuluisse Christ. de Castell. (quidquid tamen ipse, & Boniorn. dicant de appellatione, quia non procedit, vt dicam infra eod. in cap. 47. in 3. intellectu) & illud, quod dicit Boniorn. fuit ex causa ob reuolutiones Regni, & ne Siculi grauarentur plus, potiusquè fuit ex gratia, & videmus hodie quod Illustrissimi Proreges, & M.R C. destinat Syndicatores vt syndicent adhuc officiales sedium præteritarum. ¶ Sicut nec curret ipsa instantia, quando per Viceregem esset mandatum quòd non currat ipsa quindena, prout fuit obseruatum* Ann. 1552. & fecit etiam V. I. D. Anton de Ballis, dum erat syndicator in terra Castri Regalis Ann. 1553. qui fuit creatus illinc ad tempora Magister Rationalis, vt referunt Nostrates in d. cap. 363. & ita post hæc inueni scripsisse Anton. Ball. inferius citandum. Iddemque procedit in Fisco, nam si infra ipsam quindenam non fundauit suam intentionem, Fisci inquisitio vel accusatio nullius est momenti, vt subdam modo, & sic ea accusatio quæ est proposita infra quindenam, eademmet sequi debet, itaut si v.g. accusasti de iniqua sententia, & est elapsa quindena, nō potes redarguere ex nouis actis de imperitia, exquo est quid diuersum, nam sententia inqua dicitur per dolum omissa imperitia ex Angel. in l. 1. ff. de iniur. & inst. de oblig. quæ ex quasi malef Boniorn. in d. cap. 363. & 364. & ibi alij Adnotantes, probationes enim post sententiam factæ non arguunt iniquitatem iudicis, nec eum possunt conuincere, sed de se potest conqueri ille, qui non probauit cap. cum olim de priuileg. l. argentarijs §. cum autem ff. de edend. Bal. cons. 378. quidam assessor libr. 3 & in l. 2. colu. 1. C. de probat. & per Dec. in cap. quoniam contra in 1. notab. de probat. non obstante clausula, quæ propter sui generalitatem solet opponi in accusationibus, ibi, & de alijs, sicut de ea recordor scripsisse suo loco in cap. 17. Regis Iacobi sub nu. 15. tom. 1. ¶ Esto quòd ipsa accusatio esset proposita post dictam quindenam, & admissa, & consecutus processus parte non opponente, quia nihilominus processus est nullus per illa verba posita in d. cap. 363. ibi [non sia lecito, ne si possian vdir più querele] & ibi Adnotarunt nostrates Siculi ex Aret. in cap. in causis de testib. Bart. in l. 1. §. accusare ff. ad Turpill. Fælin. in cap. pastoralis de testib. Ripa in l. 1. §. sublata ff. ad Trebell. cum concordantibus q. d. quòd in criminalibus nō prodest aliquid fieri, etiam parte non opponente, sed videntur obstare quæ dixi super Ritu cap. 135. nu. 123. Tom. 4. ¶ Esto quòd essemus ad instantiam Fisci, quia post ipsam quindenam non potest inquirere, vt tetigi superius, Cumia in d. pract. syndic. cap. 5. & 17. & dicit ita vidisse practicari Intrig. Senior in d. cap. 363. sicquè post Angel. & Bart. in l. querelam C. de falsis, Anchar. cons. 190. nu. 3. Nellus de bannitis fol. 259. & tangunt Siculi loco citato, qui subdunt, vt sit cautus officialis, & elapso termino protestetur, stante quòd post terminum non debet Fisci admitti petito ex Baldo in l. si is C. ad Turpill. & in l. si tutelis ff. de tut. & ration. distrah. Paul. de Castro cons. 431. vol. 2. Ant. de Ballis in suo trac. tit de

tit.de synd.offic.lib.6.quæst.1.nu.2.& 3. Thom.Ferrariens.cautel.14.col.fin.Boniorn.in l.2. & ibi gloss. ff ad l. iul. repetund.Paris de Put.vers. an si potestas fol. 9.¶ Item nec criminaliter, neque ciuiliter commeniri potest, vt post Soccin.in in tract.de instant.in 3.princip.artic.fallent 7.& Bal.dicunt Nostrates vbi supra ¶ Nec pars quærelans debet audiri Bal. in d.§.proficisci col.3. & omnes Siculi in d. capit.363. ibi, non si posia vdire piu querela, nedum in loco, in quo ipse offitialis exercuit officium; sed nec etiam in patria propria, Calderin. in cap. pen. de iudic.quem sequitur Socc.in d. tract. de instant.in 6.principiali art.fallent. 7. ¶ Est verum quòd si infra dictam quindenam non sunt posita omnia substantialia possunt mox addi, & emendari arg. l.edita C. de edend. vbi Bart. & alij, & cum similibus adductis per Nostrates locis citatis ¶ Verum est etiam quod esto quòd qnindena sit elapsa,possunt aliqua peti, & fieri, sicut petere condemnationem expensarum, danna, & interesse ex offitio, quæ esto quod sint quo ad iudicem pæna, peti tamen possunt incidenter post d.15.dies, gloss.in l.quærelam C. de falsis, Calcan.cons.28.nu.36.non obstante quod non fuerint ab initio expressa, Boniorn.& alij vbi supra, & sunt conformia eorum, quæ scripsi ad c. Ritus 119. nu.21.tom.4. vbi loquor de expensarum reseruatione facienda, siue facta per iu-
112 dicem ¶ Hancquem quindenam † solent Domini Syndicatores quando est instantia pro Fisco minuere ad eorum arbitrium, nam licet dilationes abbreuientur, tamen subauditur, dummodo ius partis nob absorbeatur præfigendo tam breues itaur non posset v.g.pars probare, Soccin. in d. tract. de instant. art.26.Bald.in cap.fin.de inre iur.col.4 Paris de Put.in verbo instantia, Affl.in constit.litè num. 15. & 16. & in alijs constit. citatis per Ferdin. Boniorn. & alios Apostillantes in d. cap. 363. non puto sic quoties procederetur ad instantiam partium. Est verum quòd quando ob causam absentiæ, ant alias ex iusto impedimento non potuerint quærelantes comparere, nam tunc possunt andiri, etiam elapsa dicta quindena, siue coram syndicatore, si ibi inueniretur, siue coram ordinarijs, si v.g. syndicator discessisset, vt tetigi superius in vers.quarto dico, Paris de Put.in tract. syndic.§.deinde, verbo, eleganter col.4. fol.12.Iason cons.35.col.2.lib.1.v.g. absens, qui ignorauit bannum, admictitur postea veniens, ni fallor sentitur in nouella Pragmatica Illustrissimi Ducis Feriæ olim in hoc Regno Proregis, & sentiunt Nostrates allegant Bart in l.3.ff.de ann.legat.dummodo quærelantes iurent se esse impeditos vt loquitur Intrigl.singul.120. Cumia in d. pract. syndic. loco citato nu.20. melius dixissent si realiter aliter constiterit de dicto impedimento, vide quæ dixi in consuet.Panor.d. c. 53. n.20.vbi pono requisita in hoc iuramen-
113 to dando: Dũmodo etiam † non sit lapsus semestris, infra quem terminum ad altius finito offitio, & sic à die depositionis debeant syndicari Salic.in l diem functo in fine de offic. Assess.alias eo elapso non posint molestari, nec conueniri vt in d. cap.363.& 364.ibiquè omnes nostrates, & sentijt Surd.cons.561.nu.21.vol.4.vbi quòd finito termino syndicatus non auditur quis ex iuribus per eum adductis, Cumia d.cap.17.nu.19.cum seq.vbi latissimè Aret.in cap.in causis de testib. Bald. in anth. Clericis C. de Episc. & Cler. Et consequenter nec possunt amplius decidi processus, tamquam perempta instantia, nec valetet sententia. Vant. de nullit.defect.iud.ordin.nu.120. cum seq. Caualcan.decis.11.nu.19 p.2.quia expirata est iurisdictio, Fælin. Sandeus in cap. venerabilis, col.5.de iudic.Iacobin. post alios in l.properandum C. de iudic. Dec.in cap.de causis de offit.deleg. esto quòd v.g.vltima dies incideret inferias facto partis, vel iudicis, nam, vt aiunt Doctores, non potest expediri die feriata, Fælin.in cap.pen.de iudic.Soccin.Senior in tract.de instant.art.26. l. sed etsi per Prætorem §.si feriæ repentinæ ff. ex quib.caus.maior.Ferdin. Boniorn. in Allegatione 10 lib.1.allodialium l.veteres ff.de itin.act priuat.l.2.ff.si quis caution. subdit tamen ipse Boniorn.in d cap.361. ex Paride de Puteo in versic.feriæ, quod in causa syndicatus non seruantur feriæ, etiam in honorem Dei, & sentitur in d. nouella Pragmatica Ducis Feriæ, per quam quo ad terminos potest fieri renuntiatio quocunque die feriato. Sequor materiam, & dico, esto quòd pars, & testes essent accusati de falso, quia infra semestre, bimestre, & d.quindenam, & sic infra dictam instantiam debet decidi processus, & super vtraque simul, & semel pronunciari, nec puto supersedendũ in causa syndicatus ex his, quæ scripsi latè infra in repet. cap.79 Regis Caroli ampl.11.tom. 8. vnde est quòd licet lapsus termini, & sic præscriptio non tollat

ipso

ipso iure naturalem obligationem, tamē hoc subauditur in ciuilibus, vt declaro infra eod. in cap. 57. in 18. intellectu, & quæ ibi latius dico in materia, in criminalibus vero præscriptio temporis perimit ipso iure omne ius. ratio est, nam in criminalibus exceptio præscriptionis est exceptio intentionis, & facti ex Bald. in l. si pœnæ in fine ff. de condit. indeb. Marsil. cons. 46. nu. 29. vbi multa notabilia vide ad intellectum præsentis materiæ, & quæ ponit Roman. in l. 1. §. occisorum ff. ad Syllan. De iure vero communi libelli accusatorij, vbi per nostra statuta deberent porrigi infra quindenā
114 † erat infra 30. dies. sic post Bald. in d. l. obseruare §. proficisci versic. tertio quæro ff. de offic. proconsul. & legati, Afflict. vbi supra nu. 3. ¶ Instantia autem infra quantum tempus debeant expediri processus, dic infra duos menses sic dictant d. capitula 363. & 364. l. terminato C. de fructib. & lit. expens. l. transacta cum seq. de verb. & ter. sign. Boniorn. loco citato, qui dicit ita seruari quando processus fit in M.R.C. & fuit * seruatum in causa de Sanchetta accusati per Comitem Augustæ, & in causa Petri Sollima, & Nicolai de Gente accusati per Petrum de Augustino, & obtinuisse * dicit per VV. II. DD. de Syracusis, & de Gābacurta, à quibus fuerunt instantiæ declaratæ peremptæ per d. cap. 363. & 364. ibi, infra sei mesi, & ibi, infra sex menses teneatur superior prouidere, & ibi, infra doi mesi, Io. Bolognett. cons. 28. cum concordantibus citatis per Anton. Ball. d. q. 2. nu. 10. & an currat à die litis contestatæ, vide quæ dixi in d. cap. 198. Regis Caroli limit. 1. & ita voluit Io. Aloy. de Septimo, qui censuit semestre currere post d. dies 15. ex Alberic. & alijs; legales hoc
115 est quisque mensis † 30. dierum vt est verior, & communior * opinio, de qua per Cumiam in d. cap. 17. num. 27. cum seq. Alex. cōs. 114. nu. 12. 13. lib. 5. Dec. & Cagnol. in l. vbi lex ff. de reg. iur. Alciat. in l. cum bissextus ff de reg. iuris, & hoc quando simpliciter proferatur, secus si exprimatur nomen proprium mensis, quia tunc est verum quod enumerari deberent secundum currunt, tanquam mēses emergentes, vt per Alex. qui docet de magis ** com. opin. in l. de diuisione ff. solut. matr. Dec. in d. l. vbi lex, & secundum hanc denominationem fuit olim aliàs obseruatum * in prosecutione per Fiscum facta contra Rigaņatum vbi lis fuit contestata 3. Decembris iij. Indic. 1529 & acta fuerunt recensita 5. Februarij, vnde dixit Boniorn. locis citatis quòd non fuit benè iudicatum, quia mensis nō denominatur nomine proprio, sed absolutè de duobus mensibus, nec etiam à certa die assignantur, ergo de 30. diebus ex DD. supra citatis, & per Io. Ant. Bosell. ad statut. Parmæ fol. 118. quicquid alij Adnotantes hic velint, vel nisi simus in causa appellationis, quia est 31. dierū, vt per Caualcan. decis. 6. nu. 12. part. 1. quod tamen cogitandum relinquo in hoc particulari; Item dictum tempus instantiæ enumerari debet à die scilicet finiti officij, vel semestris inclusa dicta quindena, adeo vt non sufficiat esse conclusum, vt ait ipse Cumia in d. cap. 17. num. 24. non obstante Ritu cap. 184. quia non procedit in his terminis, nisi per M R.C. terminentur processus vt sentit Bonior. locis citatis, potest v. g. esse exemplum si ipsa existens in loco syndicaret. Beneuerum quòd subauditur parte petente, & procurante vt ait Intrigl. sing. 129. arg. eorum, quæ scripsi in cap. 26. Regis Iacobi nu. 29. tom. 1. quia aliàs non astringitur syndicator dum superest de instantia semestris totius syndicatus, vt inferius dicam, & hinc est quòd non obstan-
116 te † quòd isti duo menses essent elapsi & & nihilominus syndicator protulerit sententiam, valet vt ait ipse Cumia nu. 27. cum seq. vbi adducit rationem, & antequam voluit Boniorn. loco citato, qui ait quòd si processus fiant per syndicatores & terminentur per M. R. C. sufficit concludi infra bimestre, & semestre sic refert quotidie seruari, ex eod. Bald. in d. §. proficisci quæst. 3. sicut iddem esset quando diceretur, Iudex terminet, quia tempus præfigeretur Iudici, & posset expedire post bimestre ex Roman. cons. 415. quæ tamen declarantur procedere si constiterit de iustitia per confessionem v. g. partis, & tempus esset impositum, vel præfixum instantiæ, & ita intelligo supradictos Doctores, & Cumiam, sed quando terminus est præfixus præscriptioni, vt in dictis c. 363. & 364. tunc esto quòd constaret de delicto per confessionem partis, non potest sententia proferri post tempus, vt sentiunt ibidem Nostrates ex Bald. & Felino in c. pen. de iudic. Roma. in d. l. 1. §. occisorum nu. 10. ff. ad Syllan. Bald. in l. genero ff. de his, qui not. infam. Hyppol. de Marsil. d. cons. 46. nu. 12. cum plurib. seq. & sic concludo quòd licet possit syndicator post bimestre decidere processus, subaudio, dummodo non sit lap-

sum semestre, & sic inueni etiam dixisse Ant. Balium in suo tract. de indic. tit. de synd. offic. quæst. 2. & 3. alias si processus sententiarentur post bimestre, & post semestre non esset dubium quòd esset nulla sententia, & ita possunt saluari Cumia & sequaces, vel dummodo non simus in M.R.C. compilante, & expediente dictos processus, in qua ob eius præeminentiam sufficit infra tempus concludi, esto quòd postea decidantur d. Ritu cap. 184. & ita intelligo Additionem ad Bartol. in l. diuisione in littera E. ff. soluto matr. ¶ Contrarium erat de iure com-
117 muni † & constitutionum vt supra citatarum, nam infra quinquaginta dies debebant expediri inclusa illa quindena, quæ etiam erat 30. dierum, vt tetigi paulo superius, sic ait Afflict. in d. constit. volumus d. nu. 3. & ibi Io. Ant. Barius ex Paride de Puteo, & allegat quædam alia capitula Regni Neapolis, & per text. in d. l. vnica C. vt omn. iudi. §. necessitatem, & in l. 2. C. de Assessor. vbi quòd infra d. 30. dies debebant præponi libelli accusatorij, & infra alios dies 20. expediri, ex Bald. loco citato arg. l. 2. ff. ad l. Iul. repet. in Regno Neapolis erat per 40. dies tantum, vt ex eod. Parid. de Put. & ex alijs capitulis Regni Neapolis subdit idem Afflict.

118 Extendo igitur primo † vt in tantum debeant stare omnes officiales in syndicatu, vt procedat etiam quòd habuerint literas Regis, ne stent in d. syndicatu, etiam cū clausula non obstante, esto quòd adfuisset Indultum generale, quia illud nō facit præiudicium quin officiales syndicari debeant ad instantiam partiū pro eorum interesse, ciuiliter tamē quasi dicatur quòd debeant syndicari, vt habes infra in materia indulti in cap. 7. Regis nostri Philippi III. prope principium tom. 9. per cap. 489. Regis Alph. tom. 5. sicut nec statutum hoc posset facere, sed esset iniustū Bonforn. hic ex Affl. in constit. minorib. de iur. Balij, nam pro reliquis, in quibus remansissent penes eos de bonis Communitatis, tunc debet syndicari, vt posui supra in cap. 47. Regis Iacobi prope principium tom. 1. & quæ dixi infra in cap. 55. Regis Incliti Ioannis post principium, de tutore, cui remissum esset compotum, nam ad restitutionem reliquorum semper tenebitur, vt ibidem posui tom. 6. Vel v. g. potes
119 ponere exemplum de eo officiali † qui minut permisit bona patrimonialia, arg. eorum, quæ dicuntur in constit. officialis circa. de officialib. Respub. vbi qui definit, & permisit perire bona publica, vt puta occultatione, vt subdam inferius nu. 29. tenetur de proprio Fisco, maximè circa baractarias, & illicitas extorsiones, de quibus inferius in 3. extensione, etenim de his non potest fieri remissio, nec gratia per Principem, est verū quòd scrupulosa syndicatio potest remitti, sicut demonstro inferius limit. 1.

120 Extendo secundo † vt possint syndicari officiales de omni defectu Iustitiæ commissæ, vel omissæ, & sic si emit officium mediante pecunia, potest syndicari, ex quo commisit delictum, vide quæ posui supra in primo requisito declaratione 6. à nu. 31. vsque ad nu. 37. & ita * practicauit Bonforn. in Capitaneo S. Philippi, & Saccæ, vt ipse refert in d. cap. 364. vbi dicit hoc sapere baractariam, de qua dicam modo in seq. extensione per §. si quis autem præter hoc, Auth. vt Iudic. sine quoque suffrag.

121 Extendo siue amplio tertio † maximè si fieret syndicatio de extorsionibus, quia est de quatuor casibus notatis in d. cap. 39. Regis Ferdinandi (non obstante quauis gratia per Principem ne syndicetur quis vt dixi supra extensione prima) Bald. in l. si seruus vers. sed ne scrupulosa ff. de legat. 1. Affl. in d. constit. Regni volumus nu. 5. quos sequitur Carauit. ad d. l. si seruus, & tetigi in d. capit. 32. Regis Alph. num. 6. tom. 5. immo quoties iudex
122 habet administrationem iurisdictionis, & delinquit in iurisdictionem circa personas, dicitur committere baractariam in officio, & consequenter statim potest priuari ipsa iurisdictione ita per l. iudices C. de dignit. lib. 12. Cyn. & Bald. in l. 2. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Iacobin. de S. Georgio de feudis fol. 21. sub num. 3 (arg. eorum, quæ de baractaria scripsi in capitulis 125. num. 40. cum seq. tom. 4. Parid. de Put. & Amod. locis citatis) sicut emere officia pecunia mediante sapit etiam hoc, vt tetigi in præced. extensione, quia tunc est commutatio iustitiæ ipsius cum pecunia Amod. num. 103. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 75. & hoc est etiam de iure, vt potest Iudex ex officio procedere v. g. quando potens opprimit impotentem, puta extorquendo, vt scripsi supra in cap. 57. Regis Iacobi ampl. 1. tom. 1. (quamuis quandoq; istud extorquere capiatur pro iustè exigere, vt habes supra in cap. 5. Regis Petri prope medium, ibi irremissibiliter volumus extorqueri, inter capitula Regis Fede-

rici

rici tom. 2. vbi est mandatum per Regem illi officiali vt extorqueat pœnas) & quæ dico latius inferius extensione 6. ideoq;
123 istud extorquere † accepto in his terminis, & similibus, idest exigendo illicitas exactiones, à quibus omnis officialis debet se abstinere, solummodo exigendo à litigantibus ius antiquum, & consuetum sicut dispositum est infra eod. per constit. siue pragm. 5. eiusdem Regis Martini c. 36. remissiuè, quòd cap. 36. siue pragmatica est in indiuiduo confirmata per Regem Alphonsum infra in pragmatica posita post cap. 291. tom. 5. vbi Rex ipse Alphonsus circa querelas, quoad debitas solutiones exactas, & iniustas exactiones mãdat sub pœna priuationis officij, notæ infamiæ, & vnc. 50. Fisco applicãdarum; vt obseruetur ordinatio, declaratio, & decisio per hunc Regem Martinum facta super iuribus, & solutionibus, ac receptionibus debitis, & debendis super officio, labore, exercitio, vt præeminentija officialium. cum illis tamen additionibus, correctionibus, & diminutionibus, quæ post d. cap. 291. subsecuntur. Sicuti
124 etiam extorsionem † committere diceretur qui iurisdictionem alterius vsurparet, capiendo sibi iura alteri competentia Bald. in l. repeti C. de Episc. & cleric. Affl. decis. 130. Vant. & alij per Cumiam de Syndic. cap. 8. nu. 23. & 24.

125 Extenditur quarto † si commisit defectum, idest manus violentas extendendo in subditum vt per constit. eas, de iniur. Cur. illatis, sentit idem Affl. in d. constit. volumus d. nu. 5. prout condemnaui Parrãnæ* Capitaneum ad certam pœnam pecuniariam, qui intulit manus cuidam eique fregit caput, in Syndicatu Ann. 1612. tamquam Syndicator repartimenti Mazariæ, in quo repartimento etiam ad similem pœnam condennaui Capitaneum ipsius Mazariæ pro consimili causa, propter nimias sæuitias, & excessus pro quibus potest quis syndicari, Paris, & Amod. locis citatis. Nisi verberatio v. g. esset in rixantem, & non desistentem à tumultu. quo casu non potest syndicari talis officialis vt per Intrigl. sing. 81. ex d. cap. 39. Regis Ferdin. & eorum, quæ scripsi in commentar. Consuet. Panormi cap. 60. nu. 4. & in capit. Regni 45. Regis Iacobi n. 1 tom. 1. & sentierunt Parid. de Put. & Amod. locis prænotatis. Siculi Nostrates in d. cap. 364. immo aliter officia-
126 lis † qui non se interposuit, nec impediuit rixantes inter se, fuit priuatus officio ex Bald. Parid. de Put. & Rip. citatis in d. consuet. quibus addo secus esse in priuatis personis, nam etiam si aliquis occidat aliquem te præsente, eumque non adiuuares, cum posses, non teneris, nisi aliàs esses sceleris conscius, Bart. & Additio adeum in l. 1. §. 1. ff. ad senatusc. Syllan. dubito tamen de hac Additione, quia qui prohibere potuit, & non prohibuit, videtur committere iniuriam, dixi supra in cap. 108. Regis Federici Ampl. 18. tom. 2.

Extenditur quinto ad occultãtem do-
127 losè † ac fraudulenter prouentus spectantes ad Regem, tetigi superius n. 119. & supra in cap. 81. Regis eiusdem Federici versic. sic etiam d. tom. 2. & ita syndicantur illi officiales, qui occupauerunt bona patrimonialia, vt est dispositum per d. cap. 39. Regis Ferdi. quod concordat cum constit. Regni, officiales, tit. 56.
128 de officialib. Reipub. vbi officiales † Reip. qui tempore administrationis pecunias publicas subtraxerunt, vel in proprios vsus conuerterunt, vt scripsi supra in c. 216. Regis Federici in 3. præcepto, tom. 2. vltra quòd obnoxij sunt pœnæ peculatus, capite etiam puniantur, nisi Rex indulserit, vnde notat ibi Ysernia esse auctam pœnam peculatus, quæ licet sit deportatio l. 3. ff. de peculat. l. 1. C. eod. per illam constit. est pœna capitis Paris de Puteo de syndic. in cap. syndicantur etiã officiales, quæ actio publica est, & sopitur quinquennio & inchoatur etiam contra hæredes, vt per Ysern. ibidem, Bursatt. cons. 355. num. 19. lib. 3. & possumus adaptare ad officiales illos, qui non tenent integram familiam, pro qua cum toto hoc accipiunt stipendium dixi supra in cap. 68. Regis eiusdem Federici ampl. 1. d. tom. 2.

Extendo sexto quando aliquid rece-
129 pit per concussionem † tam in officio quàm extra l. 1. ff. de concuss. Afflict. in d. constit. volumus d. nu. 6. & in constit. Magister Iustitiarius tit. 42. libr. 1. nam est prohibitum quid accipi, non obstante quòd mox vellent restituere, siue dare, vt tango inferius limit. 6. nam non licet quia præsumitur facta concussio, sicut dixi de militibus habentibus posatam supra in cap. 19. Regis Iacobi nu. 10. tom. 1. & sentit Cumia in d. cap. 8. syndicatus nu. 8. vbi post Odoffredd. Put. & alios dicit quòd concussio aliquando fit per pecuniam, & dicitur extorsio, vt si dicat, carcerabo, vel grauabo te, ex quo semper præsumitur inferri ob officiali ipsa concussio, maximè si esset facta per car-

certum, metum violentium, vel minas, & nu. 9. vol. 1. Gramm. consil. nu. 14. & per ea, quæ tetigi supra in capit. 59. eiusdem Regis Iacobi nu. 49. d. tom. 1. sicut de oppressionibus, vt per d. constit. Magister Iustitiarius tit. 42. Paris de Put. in tract. synd. cap. de excess. sub Consiliat. & latius in cap. iudices, & in cap. syndicantur sol. 14. & seq. & quæ tetigi superius extensione 3.

130 Et iddem dicitur de corruptionibus, siue subornationibus, nam sunt de quatuor casibus in d. cap. 39. Regis Ferdin. quia officialis corruptus in Iustitia peior est diabolo & vltra quòd ipse puniri potest, & castigari; sic & litigantes, qui quæsierunt eum corrumpere, ex quo succumbent in causa (& est de casibus, in quibus quis cadit à causa, vt demonstro infra in c. 79. Regis Caroli in principio & cap. 80. eiusdem tom. 8. vbi actores subornantes cadunt à iure, & Rei habentur pro confessis, & conuictis, ac condemnatis, & Iudex cōdemnatur perpetua infamia; nec posit amplius concurrere ad offitia) Grammat. cons. 35. Paris de Put. verb. potestas cum similibus, ita etiam est textus in constit. Regni, Capitaneorum prope finem, ibi litigator tit. 43. de offic. Capitaneorum lib. 1. & dixi infra in cap. 2. Regis Alph. vers. noto etiam, tom. 4. immo bonus offitialis semper reuelat, & corrumpentem, ac corruptelam, quæ in se tentatur, & sic est ordinatum per dictam constit. in fine; vt reueletur corrumpens ipse, sicque audiui aliquos offitiales in hoc Regno obseruasse hactenus, estque vnus de casibus in quibus delicta debent reuelari, vt dixisse memini in c. 33 eiusdem Reg. Alph. num. 2. tom. 4.

131 Et puniendus est etiam † offitialis faciens dictas concussiones in quadruplo, vt ait Io. Petr. Surd cons. 561. nu. 18. 19. vol. 4. per cap. quoniam in fine dist. 18. gloss. in Clement. 2. vbi Cardin. de hæretic. Bart. Specul. & Paris de Put. ab ipso Surd. citati, namque hoc casu dicitur corruptus, & amittit ipso facto offitia, redditurque inhabilis ad omnia offitia Regia tenenda d. capit. 45. Regis Ioann. cum similib. vt supra adductis, & simile statutum est in statu Florentino, de quo testatur Petr. Caball. in eius resolutionibus criminalibus casu 166. nu. 6 cum seq. vbi ait hoc crimen corruptelæ reputari inter magnas causas, & quasi in multis assimilatur crimini læsæ Maiestatis ex eod. Gramm. d. cons. 35. nu. 11. sitque infamis, vt ipse subdit, immo in tantum debet offitialis habere zelus extra hanc corruptionē, vt caueat omnino sibi etiam accipere debita sibi ante offitium vel durāte offitio maturata, & exacta; nisi essent clara v. g. ex contractibus, aut quid similibus, Purpurat. cons. 396. nu. 44. lib. 1. Crauett. Corn. Bald. & alij, de quib. per Ballum d. quæst. 4. num. 8. ¶

132 Quid autem sit subornatio † habes iam per ipsum Cumiam cap. 8. in d. sua pract. syndic. vbi est id, quod sine vi accipitur per officialem à soluēte spontè vltra pandectas, Bald. Paris. Affl. & alij, de quib. per eundem Ballum d. quæst. 4. num. 5. & propterea alibi dixi, & d. eam etiam infra eod. in cap. 51. in 9. obseruantia quòd debent habere officiales manus mundas per l. illicitas ff. de offic. Præsid. Dnegn. regul. 303. Decian. capit. 35. nu. 27. libr. 8. March. decis. 425. n. 7.

133 Extenditur septimo † vt etiam possit syndicari in casu iustitiæ denegatæ, ac retardatæ posui in d. cap. 7 Regis Federici vers. adeo vero cum ibi concordantibus tom. 2. & addam in d. cap. 45. Regis Ioannis tom. 6.

134 Extenditur octauo † vt syndicari possit officialis quādo malè iudicauit Affl. in d. consti. volumus d. n. 6. per tex. in l. ex maleficijs § si Iudex ff. de action. & oblig. & in auth. nouo iure C. de pæn. iudic. s. qui malè iudicauit, & instit. de oblig. quæ ex quasi delicto v. g. contra leges, constitutiones, & capitula Regni, quia dicitur committere defectum, & perperam egisse subdit ipse Affl. d. loco citato per text. in l. si seruus quem ff. de liber. caus. & per ea, quæ scripsi supra in cap. 26. Regis Federici d. tom. 2. Istudque malè iudicare non solum subaudio ex dolo, vt per Affl. in cap. 1. §. iudices n. 28. de pac. iur. firm. sed etiam propter magnam negligentiam, Paris, & Amod. locis citatis, vbi quòd tunc castigatur pæna ordinaria, secus vero per ignorantiam, nam sufficit pæna extraordinaria, vt ipsi volunt, & in dubio sic præsumitur ¶ Est verum quòd si à tali sententia fuisset appellatum, & postea inter partes factum pactum de non reclamando vel aliter se concordauerint consensus purgat vitium sententiæ, intantum et Iudex sit liberatus, & excusari potest à syndicatu, ita post Affl. in cap. 1. de controu. int. dom. & empt. nu. 9. cum plur. ib. seq. Abb. in cap. pastoralis §. quia vero de offit. deleg. Parid. de Put. & alios concludunt Nostrates in d. c. 363. sicque aliàs fuit absolutus *Blascus Lanza accusatus per Thomam Romano malè condemnatum in causa spolij de recenti Baroniæ

roniæ Montis Albani, quia tamen se concordauit post sententiam cum filio, cui fuerat condemnatus, & vide Calçan. cõs. 22. nu. 78. & faciunt quæ posui in d. cap. 23. Regis Alph. nu. 12.

135 Extenditur nono † vt etiam possit officialis syndicari quando non obediuit mandatis Regijs perperam, & fraudulenter hoc committens ex his, quæ latè habes supra in cap. 25. sub versic. ita legitur, & in cap. 116. sub. versi. in primis, Regis Federici tom. 2. cum ibi notatis, vbi est materia contemnentium ipsa Regia mandata, Amæd. de syndic. fol. 2. Parid. de Put. & Nostrates locis citatis, & tunc esset iurisdictionem superioris impedire, & contra eam committere Paul. de Castro, & Salycet. in l. si appellatione C. de appell.

136 Extenditur decimo † vt syndicari possit omnis officialis, qui aliquid commiserit perperam ex dolo, & lata culpa, ad decipiendum aliquas partes, suggerendo mendacium, vel similia verba nugatoria, aut versutè dando aliquid intelligere, quid pro quod propter calliditatem ipsius Iudicis, volentis alteri parti complacere, quia non licet ex tactis inferius extensione sequenti, quibus, in casu condemnationis, tenetur ad restitutionem damnorum, & interesse, de omni culpa, etiam leui, Affl. in d. constit. volumus sub nu. 7. & 11. quia poterit puniri arbitrio syndicatoris, prout dictauerit eius conscientia vide Menoch. cons. 246. num. 61. cum seq Boss. de offit. corrupt. num. 26. Bart. in l. si iudex ff. de var. & exer. cognit.

137 Extenditur vndecimo † vt possit syndicari ille officialis, qui vel pretio, amore, odio, amicitia, vel donis Iustitiam sit præuaricatus, vt tetigi modo extensione præcedenti, & dixi latius supra in d cap. 7. Regis federici tom. 2. Iul. Clar. in pract. crim. quæst. 73. vers. Iudex, Loazes instit. de iustit. & iur. num. 21. Grammat. Gabriel. & Marsil. qui locuntur, de eo officiali, qui cæpit pecuniam post sententiam, quos sequitur Ballus d. quæst. 4. n. 10. & propterea caueant quid accipere nec per se, nec per suppositos, neque per vxores, vt in d. cap. 7. dixi, addo Bald. cons. 335. lib. 5. Duegn. reg. 203. Decian. cap. 11. nu. 27. lib. 8. Marc. decis. 428. nu. 7. post Angel in §. sciant, Auth. vt iudic. sin. quoq suffrag.

Extenditur duodecimo hoc cap. dum
138 loquitur de officialibus † intelligi nedum de præsentibus sed etiam multò magis de præteritis, & de amotis, nam, & si legatur quòd quando agimus de officialibus subaudiatur de præsentibus, & non de amoto, qui fuit cognitor, & Iudex, quasi quòd modo tempore accusationis non sit Iudex, quia si non habet amplius nomen Iudicis, & nomine careat, carebit etiam consequenter effectu l. à nullo C. de ferijs, sicut dicimus de milite, qui tandiu conueniendus sub Capitaneo, & Duce militum, quandiu est miles, nam si veteranus efficitur, non conuenitur amplius coram magistro militum (scripsi supra in cap. 105. Regis Federici, versic. declara tom. 2.) sicut dicimus quòd præsentes affinitates consideramus, non præteritas: quemadmodum si legetur libertas, non continentur ij, qui fuerunt restituti natalibus, & de alijs exemplis positis per Andr. de Ysernia in d. constit. Regni Magister Iustitiarius, tit. 42. lib. 1. nihilominus iam subdit ipse in hoc nostro proposito, quòd etiam habet locum
139 in officiali † amoto, quia talis homo quando erat Iudex concutiendo, vel alit. delinquendo, vt vidimus, factus est de foro ipsius Magistri Iustitiarij, & M. R. C. vnde esto quòd desinat esse officialis, non per hoc desinit esse de foro illius, quasi fuisse semel sufficiat per l. qui autem §. illud ff. si quis cautionib. l. 1. §. fin ff. de seru. corrupt. nec quia desijt esse iudex forus debet decrescere, nam licet verum sit, dicit ipse Ysern. quòd certis modis desinat esse iurisdicio, attamen iste non est de illis, & sic in summa tam si officiales sint in offitio, quàm non † semper possunt in syndicatu accusari l. iubemus C. ad l. iul. repet. & in d. l. 1. C. vt omn. iud. tam ciuiles, quam crimin. subdens ipse Dominus de Ysernia quòd ita fuit alias iudicatum in facto contingente, quia iudex dicitur etiam post depositam administrationem, & vocabulum retinet dignitatem, siue compendium dignitatis per l. C. de primicerijs lib. 12. l. 1. C. vbi de ratiocin. cum concordantibus, argumento eorum quæ dixi de Abbate titulari supra in cap. 93. Regis Iacobi num 52. tom. 1. & seruiunt ad ea, quæ dixi de iniuria facta offitiali præterito, qui stat in syndicatu infra in d. cap. 22. Regis Alph. n. 17. tom. 4.

141 Extendo decimotertio † vt possit etiã syndicari officialis, qui carcerauit aliquem indebitè, vide quæ scripsi in c. 55. Regis Iacobi nu. 19. cum seq. tom. 1. quia non est regulariter incipiendum à captura, nisi ex causa, vt ibidem dixi, v. g. ob fugæ suspicionem Bal. in l. consentaneum

C. quom.

C. quom. & quand. iud. Salyc. in l. absentem C. de accusat. Angel. in tract. de malefic. in verbo Iudex commisit, Bart. in l. sacrilegij C. ad l. iul. peculat. Affl. in constit. Baiulus in fine tit. 64. de fure capto, libr. 1.

142 Extendo decimoquarto † vt etiã possint syndicari officiales, qui substituerunt in officio absq; licentia Principis, & maximè Capitanei, de quib. dicam infra eod. in cap. 5 t. in S. obseruantia.

Venio ad limitationes, per quas videbimus, in quibus casibus non possit fie-

143 ri syndicatio, & primo † in scrupulosa syndicatione, quæ potest remitti tam ex statuto, quàm ex gratia, siue litteris Principis, sic dixi superius in 1. extensione per d. l. si seruus ff. de legat. 1. vbi Angel. & Bal. & in l. pacta nouissima C. de pact. Catald. Parid. de Put. Grammat. & alij, de quib. per Ballum d. quæst. 4. nũ. 4. Paul. de Castro in l. mancipia C. de serui. fugit. Bart. in l. si quis rationes ff. de liber. legat & in l. nec quicquam §. de plano ff. de offi. pro consul. Alex. cons. 45. & 47. vol. 1. & cons. 102. & cons. 169. vol. 2. Affl. in d. constit. volumus nu. 4 & 6. vbi quòd scrupulosa inquisitio dicitur illa, quæ fit in syndicatu de negligentia officialis, ideoque non est admittenda, Boniorn hic ex Grammat. consil. criminal. 54. nu. 3. & 4.

144 numquam enim Iudex † per negligentiam perdit iurisdictionem, nisi per sententiam ex gloss. in §. si vero Auth. vt differ. iudic & in Auth. de mand. princip. § si tibi quoque, & in l. fin. C. de tempor. appell. Ysern. in l. imperialem §. præterea inter duos de prohib feudi alien. per Federic. & per c. pastoralis de offic. ordin. Bald. & Carauit. citati supra in 3. exten-

145 sione. Et hinc est quòd pro modico † errore non debent syndicari officiales, vt post Bald. in l. si prædium C. de ædil. act. & in l. quamuis ff. de condit. & dem. & in l. 1. C. de iureiur. & in l. pro hæreditarijs C. de action. hæredit. & in l. si quis in aliquo C. de testib. ait Matth. de Affl. in d. constit. constitutionum num. 7. tit. 70. de tricesima libr. 1. arg. eorum, quæ scripsi infra in capit. 52. Regis incliti Ioannis vers. ratio, tom. 6. vbi quòd de minimis non curat Prætor post Corsett. Senior. Io.

146 Bolognett. & aliòs, quos ibi cito: Sicut † nec de modica læsione non dari restitutionem in integrum ait idem Affl. loco citato per l. scio ff. de integr. restit. glo. in cap. 1. eod. tit. in 6. & quæ ad propositum dixi circa syndicatum in d. cap. 22. Regis Alph. nu. 7. vbi quòd pro minima re non est quia syndicandus.

147 Secundo limito † vt syndicari debeant de gestis in officio tantum veluti offitiales, & non possint syndicari de his, quæ fecerunt priuato nomine, & extra officium d. cap. 363. Regis Alph. vbi Adnotantes, & plures notulas posuit Boniorn. in d. l. vnic. C. vt omn. iudic. d. constit. volumus.

148 Tertio limito † vt non procedat syndicatio, nisi quoad iudices M. R. C. & S. R. C. & alios inferiores, secus quoad Proregem, Magistrum Iustitiarium, Admiratum, Cancellarium, Camerarium, Prothonotarium, Magistrum portulanum, Thesaurarium, Conseruatorem, Magistros Rationales, & Magistrum Secretum, & alios officiales pecuniam Regis administrantes, seu eius locumtenentes, quia isti non possunt syndicari, sed inquisitio reseruatur Regiæ Maiestati, vel eius Proregi, quando sibi placuerit d. cap. 363. cum seq. & cap. 367. eiusdem Regis Alphon. Cumia in d. pract. syndic. d. capit. 17. num. 11. & sic loquimur de officialibus annalibus, vel biennalibus, Ferdin. Boniorn. in Alleg. pro Fisco cum Petro Antonio Zappulla, & Iacobo Collo, qui affirmat d. capit. 363. & 364. cum similib. loqui de officialibus annalibus, & ita fuisse interpetratum, & obtinuisse * etiam pro Fisco contra Franciscum Flamingo Ann. 1541. & pro Magistro Notario ad vitam Syracusarum, sicut etiam obseruaui multoties dum essem syndicator Agrigenti, & in Ciuitate Mazariæ erat Magister Notarius ad vitam, nec illos syndicaui: Est verum quòd istis talibus potest suspendi administratio, non priuari, & hoc per M. R. C. non per syndicatores, sicut aliàs vidi suspensum ab officio Magistrũ Notariũ Corleonis Ann. 1609. de ordine Dom. Viti Sicomo F. P. & armorum Capitanei, tum quia hæc capitula loquuntur in d. cap. 363. & seq. ibi, finito offitio, quæ verba non congruunt Offitiali perpetuo Bart. in l. de pupillo §. si quis ff. de noui oper. nunc nec offitiali ad beneplacitum, qui æquiparatur perpetuo vt dixi supra eod. in capit. 1. num. 32. vbi posui concordantia quicquid postea concluserint Nostrates super d. cap. 364. qui volunt illud habere locum tam in offitialibus perpetuis quã ab beneplacitum, vt finito eorum offitio syndicari debeant infra semestre, quia hoc non potest stare, nam si est perpetuum officium, quomodo finit, & per consequens concludo solum loqui de temporalibus.

ralibus, nisi dicas quòd in perpetuis ex tunc currere incipiat hoc semestre, a die quo sua Maiestas, eiusq; Prorex in Regno elegerit syndicatorem, qui declarauerit mentem Principis, & promulgauerit bannum, & curret quindena, prout in alijs Ballus d. quæst. 3. vbi refert sic fuisse obseruatū in multis occasionibus, & personis ex Bologneet. d. cōs. 28. n. 42. cū simi lib. tum quia in dictis c. 363. & 364. adest illa aduersatiua, ibi, l'altri officiali, arg. §. fuerat instit. de action. quicquid ibid. adnotauerit de Paternione, vel quisquis sit, qui voluit etiam procedere in F.P. & Procuratoribus Fiscalibus, ratione quia dicunt ipsi de vno casu excepto ad alium casum similem, vel parem habentem rationem fiat extensio per l. 1. vbi gloss. & DD. C. de condit. indeb. cum similib. per eos, qui inferunt quid ad arbitros, Arbitratores, & delegatos ex Abbat. in c. 2. de offit deleg. ¶. Est verum quòd idem Cumia in d. cap. 17. num. 9. eum seq. ait
149 † quod licet officialis non possit syndicari, nisi finito officio, tamen quando partes instarent, solent syndicari etiam durante officio, & transeunt Nostrates hic: illud quidem est etiam verum quod vt plurimum Illustrissimi Viceregès reseruant tempore syndicatus, & si capiantur siquidem accusationes, non vt procedatur, sed vt differatur durante officio per l. pars literarum, vbi apostilla de iudic. Bart. in l. hos accusare ff. de accusat. & per Boniorn. & alios in d. capit. 364. Amod. de syndic. fol. 4. col. 2. & 3 pulcher modus loquendi, arg. Bullæ, & Regiæ Pragmaticæ, per quam in prima instantia non deferuntur, sed differuntur exceptiones in causa oppositoria vt ibidem latius demonstro ampl. 25. tom. 5. sicque volui loqui infra in cap. 136. Regis Caroli limit. 3. tom. 8. sicut hoc iddem faciunt quando partes accusant ante quindenam, quia expectatur postea tempus inquirendi, esto quòd ipse in d. accusatione admissus fuerit, Nostrates sicuti loco citato per doctrinam Bartolī, in l. qui ante calendas ff. de verb. oblig. & in l. hos accusare in fine C. de accusat. Bald. in l. fin. C. qui admitti l. si finita ff. de tutel. & ration. distr. l. si adulterium §. fin. ff. de adult. est verum quod si veniat pœna priuationis officij, potest per ipsam M.R.C. cognosci, ex quo si expectatur finis, frustra fieret amotio Bald. de pac. constant. versic. credentia in fine, Alberic. de Rosat. in l. Senatus ff. de offic. Præsid. quia tunc agitur, vt feratur sententia declaratoria, maximè si res esset euidenter mala, & cōtra Rempub. ex quo potest syndicari durante officio, vide quæ dixi in Consuet. Panor. cap. vlt. num. 24. vt puta si v. g. deliquisset in officio, quia tunc ipsó iure infamatur, & dignitate priuatur vt per Bald. in auth. habita col. 6. C. ne fil. pro patr. posui in Consuet. Panor. cap. 83. num. 10. post multos, quos ibi cito, & addo Io. Ant. Bosell. ad stat. Parmæ tit. qualis debeat esse potestas fol. 3. col. 2. maximè si per Principem esset dispensatum, vt caperetur, carceretur, ponantur custodes, capiantur informationes, & procedatur contra eum, quem sciebat iudicem, vel officialem, vt refert Boniorn. sic aliàs * accidisse in M.R.C. per l. quidē consulebat ff. de re iudic. Bald. & Salic. in l. mancipia C. de seru. fugit. Parid. de Put. in verbo, durante officio fol meo 45. col. 1. Io. de Platea in l. nemo carcerem col. 5. C. de exact. tribut. lib. 10. Dec. cons. 153 Accuratè nu. 8. Bar. in l. tutor. ff. de adm. tutor. qui concludunt quod propter enormia in officio commissa potest remoueri non propter leues, & minores culpas, quia tunc expectatur tempus syndicatus, Grammat. Io. Ant. de Nigris, Carauit. Ann. Vinc. de Franchis, Franc. Marc. cum similib. per Ballum d. quæst. 3. de syndic. offic. nu. 8. & sic de gestis in officio syndicari possunt, idem quæst. 4. loco citato.

Quarto limita non dici iudicem cor-
150 ruptum † neque posse syndicari, si v. g. contraxerit, non ea contractione prohibita, de qua scripsi, ac legitur in Pragmatica vnica, tit. officiales Regij ne fideiubeant, tom. 1 pragmaticarum, vbi adduxi concordantia, sed v. g. quando contraxerit durante officio ad contractum indemnitatis, vt puta cum eam recipiunt officiales a fideiussoribus liberando aliquem carceratum, vel quando dant tutorem diuitibus pupillis, aut quando expedirent aliquod mandatum molestum, & periculosum, prout vidi obseruare * aliquos Iudices meos collegas pluries, & semel ego feci dum fui Iudex Regiæ Curiæ Prætoris Ann. 1608. nam fui seruatus indemnis a quodā Doctore, quem tamen non requisiui, sed ipse vltro apportauit mihi copiam indemnitatis, me absente factam, & ita ait Alberic. in l. 1. C. de Magistrat. conuen. vbi
151 Bald. qui subdit † non videtur iudicem corrumpere, qui promittit eum seruare indemnem per l. vxori §. fugitiuum ff. de furtis, idem Bald. in l. 1. col. 2. C. de pœn. iud. qui malè iudic. & in l. si pro ea col.

colum. 4. C. mend. vbi quid operetur ista promissio de seruando eum indemnem & in l. eum qui C. si cert. pet. Bart. in l. si à reo §. quod vulgo ff. de fideiuss. Affl. in l. 1. C. de conu. fisci debit. lib. 10. & in constit. Regni communiter sub num. 2. tit. 87. de proh. Curial. commer. libr. 1. & tetigi in d. Pragm. limit. 3. & latè circa seruationem indemnitatis scripsi in consuet. Panor. cap. 22. ampl. 4. per tot. addo Surd. cons. 4. in fine libr. 1. vbi quòd pro-
152 missor † indemnitatis non possit conueniri, nisi facta excussione (consulo tamen, vt iudices se abstineant à talibus actibus, & egrè tuli tales seruationes indemnitatis, quia fuit mihi facta absenti, & dicta mandata potius expediuntur quandoque ob importunitatem litigantium, quàm aliàs) & per ipsum Surd. cõs. 150. col. 1. eod. lib. 1. vbi quòd promissor indemnitatis continet promissionẽ defẽsionis, & obligatur ad sortem, & ad vsuras ex Bart. Alex. Bald. Paris. Salicet. & alijs, ac tenetur de casu fortuito, si damnum fuerit illatum, aut aliter res euicta col. 2. talisque promissio est indiuidua, & consequenter insolidum venit resarcienda, vt ibi per eum col. 1. & seq. & à num. 85. cum plurib. seq. Est verum quòd talis promissor non videtur obligatus ad id, quod principalis debebat ratione solidi tamquam vnus ex reis debendi, sic post Alciat. cons. 102. num. 26. determinat idem Surd. cons. 271. num. 64. libr. 2. & idem scripserat in d. cons. 150. nu. 34. & seq. libr. 1. vbi quod si quis promiserat duos indemnes seruare, & pro eis fictus soluere, intelligitur de virili, non insolidum, sed requiritur quòd expressè sit promissum num. 36. & d. cons. 271. num. 63. cum seq. vbi quòd obligatio solidi numquam intelligitur, nisi expressum sit per l. si fũdus §. si duo ff. de pignor. gloss. in l. 1. §. si apud duos ff. depos.

153 Sexto limita, & declara † quòd si offitialis accusatus non animo confitendi delictum offerat ante litem contestatam pecuniam in condennatione deducendam liberabitur ab istantia iudicij, & processus confectione, si vero post litem contestatam à condennatione, & infamia, dummodo delictum non sit atrox vide Intrigl. singul. 96. vbi de communi * addo Bocr. decis. 206. num. 4. quæ limitatio mihi videtur periculosa, & in facto non ita fortè seruarem, & tetigi superius num. 129.

154 His dictis quæro an si à sententia † lata in syndicatu contra offitialem sit appellatum, suspendatur executio, in Regno Neapolis est Pragmat. quod non ex Marant. de ordin. iudic. tit. de appell. nu. 393. vide quæ tetigi in Ritu cap. 169. n. 24. tom. 4. & in hoc Regno suspendit, beneuerum quod infra mensem debet fieri reformatio coram, M. R. C. aliàs fit executio ex ordinationibus Regijs executoriatis Ann. 1612. quæ fuerunt directæ Syndicatoribus.

Quæro secundo quid si accusator, qui
155 se quærelauit † contra aliquem offitialem, & nihil probauit vtputa quia erat iniusta quærela, dic quod potest è conuerso offitialis ille, qui fuerat antea ab eo accusatus accusari, & quærelari de ista iniuria coram iudice ordinario Angel. in l. iniuriarum §. si quis libellos ff. de iniur. Bart. in l. fin. ff. ad senatuscons. turpill. l. illud ff. de appellat. Paris de Puteo de syndic. super verbo iniuria, quos refert, & sequitur Afflict. in d. constit. volumus num. 12. 13. tit. 93. quanto temp. miles lib. 1. & quæ dixi infra in cap. 72. Regis Ferdin. in 2. notab. tom. 7. & nouissimè tempore Excellentiæ Ducis Feriæ olim in hoc Regno Proregis fuerunt factæ ordinationes in vim pragmat. super modo procedendi in syndicatu, vt nõ inquirantur officiales nisi in quatuor casibus supradictis, & ꝙ prius fũdetur intẽtio fisci, & in omnibus certioretur Pro-
156 rex, & quod Syndicatores † non possint inde loco recedere nisi finito syndicatu, est verum quod si sunt extra territorium, animo redeundi, dicũtur esse in territorio Boniorn. hic ex Affl. in d. tit. quo tempor. miles num. 13. & ita seruari solet nam faciunt actum cum animo redeundi immo Syndicator duarum vel trium ciuitatum, siue terrarum potest negotia vnius tractare in altera earum ex Innoc. in capit. nouit de offic. deleg. Alex. in l. fin. col. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Afflict. decis. 192. sub num. 3. reliqua posui in d. capit. 22. & 363. & 364. Regis Alphonsi, Tom. 4. & 5. & in d. cap. 39. Regis Catholici Ferdinandi tom. 7. & pono finem huic commento ad laudem S. Blasij, cuius festum hodie celebramus.

Marius Muta.

CA-

CAPITVLA HVMILLIMAE PETITIONIS REVERENTER FACTA CORAM SERENISSIMO NOSTRO

DOMINO REGE MARTINO

Per omnes, & singulas vniuersitates Regni Siciliæ pariter, & concorditer in Parlamento Syracusano.

De Coronatione Regis Martini. Cap. VIII.

PRIMO sua dignetur excelsa Maiestas ordinare de sua fœlici coronatione, pro honore Regio, Regni firmamento, & consolatione subiectorum, vt omnes recognoscant eum in dominum legitimum, & naturalem, itaquòd ipse sit solus dominus, qui cum Dei adiutorio imperet, & regnet, & neminem habeat in socium, nec aliquis præsumat, nisi solus ipse, cæterique humiles sint, & subiecti, itaquòd arrogantia vnius non inferat alijs violentiam, quoniam multi gladij in eadem vagina commodè stare non possunt.

Sua Regia Maiestas ratificat, & acceptat bonam intentionem eorum, respondens, quòd per eius magnam necessitatem non posset commodè facere coronationem eandem ad præsens, sed si dictæ vniuersitates cognoscunt quòd populus sit habilis ad adiuuandum dictam regiam Maiestatem secundum antiquam consuetudinem Regni in coronatione sua, ipsa Regia Maiestas faciet eandem coronationem cum eorum consilio.

SVMMARIVM.

Coronatio Regum semper est legitima, esto quòd nunc in vno, mox in alio loco facta sit, nu. 1. idem de Imperatore, nu. 2. & quomodo debeat esse corona, nu. 3.

Reges an astringantur certo loco coronari, ibid.

Papa coronatio licet propriè sit Romæ, si tamen alibi facta sit, valet, ibid.

Imperator licet Romæ propriè coronandus sit, potest tamen alibi coronam accipere, & quomodo, nu 2. & 4.

Regum Corona debet esse aurea cum gemmis, & lapidibus preciosis, nu. 3.

Imperator triplicem coronam accipit in sua coronatione, ferream, argenteam, & auream, nu. 4.

Coronatio Imperatoris, & Papæ quòd fiat, prodest. & quando, nu. 5.

Imperatoris electio siue Papæ facta v. g. per metum, purgatur postea ipse metus in coronatione, ibid.

Reges accipiendo coronam in certo Regni consequuntur plenitudinem potestatis, num. 6.

Reges accipiendo coronam in aliqua parte, dicuntur ibidem constituere primam sedem Regalem, nu. 7.

Neapolis Vrbs dicitur Regni caput, sicut Panhormus in Sicilia, ibid.

Rex solus debet in Regno dominari, & inferas

feras ad plura, nu. 8. cum seq. & n. 10. 16. limita nu. 24. 29.

Vicarius vnus generalis in terris, nu. 9.
Fructus terræ an possit bis in anno recolligi, ibid.

Vicarij in Regno habent communicatam potestatem à Rege, nu. 10. 11. 12.
Proreges habent à Rege potestatem communicatam, ibid.
Locumtenentes in Regno habent potestatem à Rege communicatam, ibid.
Præsidentes habent in Regno potestatem à Rege collatam, ibid.

Prorex veluti Vicarius, & Locumtenens generalis potest omnia facere, quæ potest Rex, nu. 11. 12. 13. 14. 15.
Prorex vtitur plenitudine potestatis cũ clausula ex certa scientia, & est vna, eademque persona cum Rege, & dicitur Legatus eius de latere, & equiparatur Proconsuli, ibid.

Proreges in eorum patentibus habent clausulam, alter Nos, & multas alias prærogatiuas, ibid. & nu. 19. 20.

Vicerex potest omnia facere, quæ potest Rex si personaliter adesset, nu. 13.
Viceroges an possint donare prout Rex, ibid.

Proreges possunt assentire omnibus alienationibus feudorum, nu. 14.

Prorex potest facere clausulam, non obstãte tali lege, nu. 15.

Potestates duo si essent electi, vnus primo, alter secundo, non possint ambo iurisdictionem exercere, sed vnus, vel nisi alter perijsset, aut non acceptasset, nu. 16.

Prorex habet iurisdictionem ordinariam, non delegatam, nu. 17. ac etiam dispositiuam, iudiciariam, & executiuã, n. 19.

Prorex magnis nominibus vocatur, & quot, & ideo Prorex vocatur, quasi Præfectus Regni, nu. 18.
Prorex vocatur etiam Locumtenens, idest, veluti præfectus prætorio, ibid.
Prorex idea vocatur etiam Capitaneus generalis, tamquam Magister militum, ibid.

Prorex potest condere iura, pragmaticas, dispensationes facere, gratias concedere, & habet amplissimam potestatẽ, n. 19. 20.

Prorex habet collaterale consiliũ, quo vtitur in exercenda potestate sua amplissima, nu. 20.

Prorex repræsentat personam Regis, n. 21.
Vicerector gaudet eadem prærogatiua, qua rector quando est deputatus ab eodẽ domino, ibid & nu seq.

Rector studij si est impeditus non potest substituere Vicerectorem, nu. 22.

Proregi datur titulus Excellentiæ sicut Præfecto Prætorio, cui æquiparatur, & quid eius Vicario, & Locumtenenti nondum confirmato à Rege, nu. 23.

Rex, eius filius primogenitus, & Regina possunt omnes gubernare, num. 24. & quare, nu. seqq.

Regis filius primogenitus dicitur in vita patris quasi Rex, & habet eandem dignitatem inseparabilem, nu. 25. abusiuè, & impropriè, nu. 26. & seq.

Ducis filius, Marchionis, Comitis, & similium, dicitur in vita patris quasi Dux, quasi Marchio, quasi Comes impropriè, nu. 27.

Regina fruitur eisdẽ priuilegijs sicut Rex, & vocatur Augusta, nu. 28.

Prorex antequam intret Regnum dum est in itinere non capta possessione dicitur habere iurisdictionem voluntariam, non contentiosam, nu. 29. & seq. & quare, num. 31.

Regnum, siue prouincia non debet carere Rectore, nu. 30.

Proreges, & alij officiales maiorem dignitatem habentes acquirũt ipsam dignitatẽ à die electionis, nu. 31. & insignijs proregum vtuntur, nu. 32.
Officiales an & quando adhuc non acquisita possessione possint iurisdictionẽ exercere, & insignia portare, ibid.

Rex potest petere adiutorium, & charitatiuum subsidium in coronatione per eum facienda, nu. 33. 34.

Archidiaconus habet certa regalia in suo iucundo aduentu, nu. 34.



ORONATIONEM Regum tetigi in commentar. Consuet. S.P.Q.P. cap. xj. nu. 6. vbi de Regibus Iacobo, & Petro memini, prout etiam de ipso Rege Iacobo habes supra in procemio capitulorum ipsius à nu. 65. cum seq. & post cap. 47. Tom. 1. ibi, Panhormi tempore fœlicis nostræ coronationis, & sic nil refert
1 si in vno † vel alio loco sit facta ipsa coronatio, quæ semper erit legitima, vt post Inn. in cap. venerabilem de elect. Domin. de S. Gemin. in cap. legimus dist. 93 qui locuntur de coronatione S. P. cuius proprius locus, & si fit Roma ex Gyn. in l. bene à Zenone C. de quadr. præscript. & ibi Alberic. cap. Adrianus 2. dist. 63. Bald. in cap. 1. de pact. iuram. firmat. & posui in d. prooem. Regis Iacobi nu. 80. tamen

si alibi

si alibi facta fuerit, valebit, sicut de co-
2 ronatione etiam Imperatoris † qui licet
Romæ ibidem sit coronandus, potest ta-
men coronam alibi accipere, vbi magis
expedit, & congruit, præsertim existente
causa, ex quo in summa locus non est de
substantia, vt post eundem Bald. Card.
Gugliel. Host. Goffred. Petr. de Anchar.
Laurent. & alios tenuit August. Berous
cons. 1. col. 1. & seq. lib. 1. Alberic. de Ro-
sat. in suo dictionario, verbo, corona, &
consequẽter coronari hic, vel ibi, est quid
facti, & potest etiam ad bene esse fieri, &
ita realiter vltra hæc scripsi in d. procem.
Regis Iacobi, n. 85. vbi sentij de Regibus,
dummodo locus sit Cathedralis Archie-
piscopatus, vel Episcopatus; & dum dixi
3 hic, coronationis, intelligo, aureæ † cum
gemmis illis, & lapidibus præciosis affi-
xis, seu inscultis, qua solent Reges, Du-
cesque coronari, vt post Marin. Freccia
in. tract. de subfeudis tit. quis dicatur
Dux nu. 44. 45. lib. 2. Parid. de Put. & Lan-
cellott. ait Ludouic. Rhodolfin. in tract.
de absolut. princip. potest. cap. 2. num. 7.
4 ac de Imperatore † legitur quòd triplicẽ
coronam recipit, ferream primo, argen-
team secundo, & tertio auream, vt per
eundem Alberic. loco citato gloss. & DD.
in Clement. 1. de iure iur. vbi Cardin.
Et prodest aliquatenus dicta coronatio
(licet realiter non sit necessaria per ea,
quæ latè dicit Berous d. cons. 1.) maximè
in Imperatoribus, & S. Pont. quorum
electiones fiunt, quia si v. g. allegaretur
5 † metus in electione, purgatur postea in
coronatione, vt dixit Bald. in consilio
schismatis, quam sententiam probaue-
runt Oldrad. Alex. Paris. Chassan. Natt.
& Rolland. allegati per Menocch. cons. 1.
nu. 196. Bertrand. cons. 262. nu. 23. vol. 7.
de quibus nouissimè per Io. Petr. Surd.
cons. 513. nu. 16. vol. 4. ¶ Hinc ex ista co-
6 ronatione † quam accipiunt Reges in
Regnis eorum, consequuntur plenitudi-
nem potestatis, quam habent ex hoc Prin
cipes vt dico infra in cap. 30. versic. limi-
tar præterea, & ita post Luc de Penna in l.
2. sub n. 4. versic. itẽ quia C. de auri coro-
nat. lib. 2. Petr. Antibol. in tract. de mune-
rib. part. 3. principali, n. 31. ait Ludouic.
Rodolphin. in d. tract. de absoluta prin-
cip. potest. d. cap. 2. nu. 4. ¶ Hinc etiã dici-
7 tur prima Sedes Regalis † hæc Vrbs Pa-
normi, & Regni caput, vt scripsi in d. con-
suet. supra citata, nu. 2. & 5. sicut Neapo-
lis dicitur etiã Regni caput, vt ait Matth.
de Affl. in constit. regni, communiter sub
nu. 2. tit. 87. de prohib. curial. commerc.
lib. 1. & ex allegatis per Fælin. in cap. cum
non liceat in princ. extr. de præscript. in
qua coronatione potest petere adiutoriũ,
vt subdam inferius, nu. 33.

DE DVOBVS breuissimè tãgã, Primò
8 quòd Rex † solus in Regno debet domi-
nari, neminem in socium habendo, & cæ-
teri sint sibi subiecti, ratione quia multi
gladij in vagina eadem commodè stare
non possunt, ita in hoc textu, ibi, itaquè
ipse sit solus, de qua materia latissimè
scripsi infra in cap. 21. Regis Alph tom. 4.
& in cap. 398. eiusdem Regis tom. 5. &
quæ ait Affl. in constit. Regni, occupatis
nu. 6. tit. 92. de numero officialium lib. 1.
vbi quòd in qualibet Prouincia vnus Præ
ses esse debet, vnus Magister Camera-
rius, vnus Iustitiarius, vt subdam infe-
rius, nu. 16. vnus Iudex, vnus Magister
actorum (licet hoc non seruetur in Ma-
gistris notarijs, & Iudicibus) sic in mari
vnus Gubernator, vna Metropolis, & in
patrocinijs caussarum, vnus idoneus sit
Aduocatus, & nõ plures (arg. eorum quæ
dixi infra in cap. 51. in 7. obseruantia, &
in cap. 81. ampl. 5. Regis Caroli tom. 8.)
quia à natura nullus desiderat habere
consortem per cap. quod autem 23. q. 7.
sicut vnus dominus, & magister, vnum
templum, vnum baptisma, vnum ministe-
9 rium, vnus † Vicarius generalis in ter-
ris Maynard. de priuil. Eccles. cap. 4. nu.
19. ex Host. Auffr. & alijs cum nu. ibid.
sequentibus, vnus fructus percipitur in
anno, licet diuersis temporibus percipia-
tur, & refert ipse Affl. quoddam ridicu-
lum, & quidem deridendum, quòd certa
gens petijt à S. Pontif. vt bis in anno re-
colligerent fructus, & S. Pont. respondit,
faciatis annum durare 24. menses, & fiat,
& ipsi eo magis gratias retulerunt, gens
crassa quidem, nisi saluemus, quòd in ali-
quibus terræ partibus bis realiter fructus
colliguntur vt apud Hystoricos veridicos,
& modernos legi potest. Igitur vt redeam
ad propositum, vnus debet esse Princeps,
vt posui supra in cap. si aliquem, quod est
cap. 33. Regis Iacobi in 2. prærogatiua
sub versic. & hinc videmus tom. 1.

Ampliatum fuit supradicta iura pro-
10 cedere in Vicarijs † Proregibus, & Lo-
cumtenentibus, siue Præsidẽtibus Regni,
qui habent communicatam potestatem à
* Rege ex com. * opinione, de qua per Ca-
strens. cons. 34. lib. 2. Natt. cõs. 608. Osasc.
decis. 101. & ita post Bron. Lancellott.
Soccin. Sen. Iacobin. de S. Georgio, Iason.
Corrad. & alios testatur Thesaur. Pedã-
mont. in præfat. decisionum sub nu. 14.

Bald.& Io.Bapt.de S. Seuerino in l.imperium quæst.14.ff. de iurisdic. omn. iudic. Angel.in l.si certarum ff.de testam.milit. cum similibus,quæ dixi infra in d.cap.21. Regis Alph.n.4. & seq.Cuman.conf.162. Iason conf.136.nu.4.vol.4.Dominus Don Marius de Gregorio F.P.in hocRegno Siciliæ in cõsilio tũc impresso,quod scripsit pro constitutione Præsidẽtis facta per Excellentiã DucisMaquedæ iu personã Illustrissimi Marchionis Elcis eius filij,n.26. vbi subdit, Vicarium,& Locumtenentem
11 generalẽ † qualis est Prorex, posse omnia facere,quæ potest Rex,& ideo eius decreta valere, & posse vti plenitudine potestatis cum clausula ex certa scientia ex iurib. ab eo allegatis, & præcisè per Restaur.Castald.de Imperat. quæst.106.nu. 1.& 4. Fab.de Anna conf.14.nu.19. idem Don Marius latè n.150. per totũ nu.153. post aliquos DD. quos ipse allegat,quicquid dixerint nõnulli qui voluerũt posse omnia expedire præter vltimum supplicium, & membri abscisionem, cum sit vna, eademq; persona repræsentans cum Rege,vt demõstro inferius n. 21. eiusquè officium sit magnum, adeout possit dici legatus Regis de latere, vt per Frecc. in tit. quis dic. Dux, Io. Franc. de Pont. in tract. de potest.Proregis tit.de assensibus Regijs §.6.nu.5.& ibi etiam ait nu.2.3.4. quod æquiparatur Proconsuli ex Capic. in cap.imperialẽ fol. suo 32. & Camerario fol.78.Purpurat.in l.1. nu.209. ff. de off.eius. Alex in rubr.ff.de offic.eius,qui vic.alter.ger.adeout nec per mortem Regis expiret eius potestas vt demonstro latius infra in cap. 1. Regis Ferdinandi in primo notab rom.7.& in cap.4. Regis Caroli,tit.quòd Vicerex cõtinuet tom.8. cuius etiam authoritas sit circa Principi reseruata tam de consuetudine, quàm ex forma priuilegij cõcessi in personas Viceregũ, in quibus adsunt illa verba (alter
12 nos † de quibus dixi in d. cap. 21. Regis Alphõsi,& addo post Paul.de Castr.Alex. Frecc. & Andr. de Ysern. Io. Franc. de Ponte in d. tract. de potest. Proregis tit. de prouision.fieri solitis,num.2.fol.3. vbi multa affert circa potestatem Proregis, quæ est amplissima,(vt subdam inferius, nu.19.20. item alia verba, ibi,ac loco, & vice, & nomine nostris, & in persona nostra præsis,quæq; nos ipsi facere,exequi, adimplere, & mandare possemus, si in prædicto nostro vlterioris Siciliæ Regno personaliter adessemus, etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, aut specialissimum cum libera, & generali administratione, & amplissima facultate, & alios quoscunque actus nostræ Regiæ dignitati reseruatos) de quibus omnibus clausulis meminit ipse de Gregorio vbi supra, qui pulchrè à nu. 33.cum seq. affert iura, & DD. modernos in vnaquaque dictarum clausularum particula, ad quem me refero, & subdit ex Baldo, quòd reuocare in dubium huiusmodi potestatem sit reuangare mũdum, vnde ipse ait nolle esse de his, & adderẽ quòd esset ponere sedem in Aquilone, vt ex eodem Baldo posui in consuet.Panormi in declaratione num.8. fol.242. addo prædictis V.I.D. Carolum de Grassis in suo tract. de except. except.1.nu.44.cum
13 plurib. seq.. vbi loquendo de Viceregẽ † concludit quòd potest omnia facere, quæ posset Rex ipse personaliter, etiam si essent specialia, eo quia potiatur ijsdem priuilegijs, & prærogatiuis, quibus Rex ipse vtitur, & allegat multos, & licet ipse inferat quòd possit donare, & exercere liberalitatem ex Bald. conf.313.lib.3.cũ concordantib. non puto in hoc regno esse verum per ea, quæ scripsi in d. cap. 21. Regis Alph. & repugnat pragmatica cõtrariũ disponens,addo Io.Franc.de Ponte conf.1.num.2. & 3. cum seq. vbi ait quòd
14 Illustrissimi Proreges † tamquam Vicarij Regum, illorumque Vicemgerentes possent assentire quibusuis alienationib.feudorum (loquor de iure communi feudorum) ex Andr.in cap.imperialem,nu.12. de prohib. feudi alien. per Federic. vbi Affl.& Camer.& communiter * scribẽtes, cap.ex frequentib.de instit. gloss. in cap. fin. de offic. vicar. in 6. postquam Vicarius est eadem persona cum Rege, cuius vicesgerit,non ex potestate limitata, sed ex vi officij: vnde non puto benedixisse Gugliel.de Perno cõf.14. in feudalib.col. 4.post Bald. in l.rescripta n.7.C. de pre-
15 cib.imper. offerend. quòd Prorex † & sic Vicarius Principis nõ potest facere clausulam, non obstante tali lege, quia dicũt ipsi, quòd Vicarius Principis est infra meros iustitiæ terminos constitutus,nam stantibus supradictis clausulis teneo contrarium, quòd immo possit, & vide supra in proœmio capitulorum Regis Iacobi sub versic.ex causa tom.1.nu.36.&in cap. 418.limit.2. Regis Alph.tom.5.vbi pono aliqua in materia huius clausulæ.

Infero primo, quòd si v.g. duo essent
16 electi † potestates, non per viam imperaudi, quia esse non potest, vt hic, siue Iustitiarij,vt tetigi superius, nu.8. vnus primo, alter secundò, non possint ambo exercere.

exercere, sed vnus, & isto acceptante alterius electio corruit, deficit, & euanescit, istud est quod ait Bart. in l. cum sub hac ff. de condit. & demonstr. Bald. Dyn. & Cyn. in l. post aditã C. de impub. & alijs substit. nisi ob mortem v. g. primus non potuisset venire, aut per non acceptationem l. titio ff. eod. tit. de cond. & dem. & per l. tutoribus ff. de test. tut. (ex traditis supra in cap. 7. versic. & de primò, vbi loquor de acceptatione officiorũ nu. 1. cũ seq.) quia iurisdictio realiter maximè primi gradus, non patitur habere concomitantiam, vt superius vidimus in d. nu. 8.

Prædictorum omniũ ea potest esse ratio,
17 quia Prorex † siue Vicarius habet iurisdictionẽ ordinariã non delegatã, prout ex Marant. part. 4. dist. 5. dixit idem Carolus de Grassis except. 1. nu. 50. & 51. & tango in d. cap. 4. Regis Caroli in vers. ratio est, quod est illud, quod ait Ioan. Franc. de Leonardis in praxi officialium Regni Neapolis, cap. 1. num. 11. vbi dicit habere indiscretam dignitatem, magnisque
18 nominetur nominibus † scilicet Prorex, Locumtenens, & Capitaneus generalis (arg. eorum etiam quæ abducam infra in cap. 66. in 1. & 2. notab. & in cap. 68.) Prorex nempe tamquam Præfectus Regni, Locumtenens veluti Præfectus prætorio, & denique Capitaneus generalis tamquam Magister militum, vt ipse adducit iura, & DD. in his omnibus, concludens habere iurisdictionem dispositi-
19 uam † nempe condendi iura, & faciendi pragmaticas, atque ordinariam, iudiciariam, & executiuã, gratiosam dispensandi (vt dixi de dispẽsatione in d. proœmio Regis Iacobi sub versic. ex causa tom. 1.) & gratias concedendi per tradita ab Affl. in constit. Regni sub rubr. de iudic. vbi Andr. de Ysern. & de Leonardis loco citato, & prout in d. cap. 66. habes, maximè subdit ipse, quia Proregi datum
20 est collaterale concilium † quo vti debet in exercenda amplissima potestate, vt tetigi superius, nu. 12. ex Carauit. ab eo allegato, & ex his, quæ demonstro infra eod. cap. 24. & nu. 15. & 16. subdit ipse de Leonardis quòd Prorex, siue Vicerex re-
21 presentat † personam Regis, arg. quod dicimus de vicerectore, qui gaudet eadem prærogatiua, & præeminentia, qua gaudet ipse Rector, quando scilicet est deputatus ab eodem domino, cũ ab eodẽ fonte tunc procederent vt dicit Bart. in l. filiusfamilias ff. de legat. 1. & ita latè post Angel. Andr. Barbat. Dec. Abb. Aret. & alios dicit Boer. decis. 151. sub n. 4. ideoq; dixi, quando est deputatus ab eodem domino, nã de rigore iuris, & de forma statutorũ
22 nõ potest Rector † studij substituere Vicerectorem, vt posui super Reformatione Studiorum Clarissimæ Ciuitatis Cataniæ tit. Quando il Rettore fosse absente, & ita ait Roman. singul. 362. Ruyn. cons. 148. nu. 2. lib. 4. Ias. in l. 1. nu. 74. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdicio, Felin. in cap. 5. nu. 4. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. cum concordantibus per Iacob. Menocch. cons. 17. nu. 8. lib. 1. qui concludunt quòd Vicerector Gymnasij esse non potest si Rector Rectoris munere fungi impeditur, addo quæ scripsi in consuet. Pan. cap. 64. n. 5. & istud est, quod pulchrè sentit Io. Franc. de Ponte in d. tract. de potest. Proregis d. tit. de assensibus regijs §. 6. nu. 14. & sicut olim Præfecto Præto-
23 rio dicebatur Excellentia vestra † ita Domino Proregi dicitur Excellentia vestra ex gloss. in l. 1. C. de erogat. milit. lib. 12. cum similibus per eundem de Leonardis adductis (arg. eorum quæ dixi de hoc Præfecto prætorio in cap. 18. Regis Alphonsi, nu. 3. tom. 4. & per eundem de Aponte locò supra citato.) & ita in puncto declarat Io. Franc. de Ponte in d. §. 6. nu. 14. vbi adducit illam differentiã, quæ fuit obseruata in persona dicti. Domini Don Francisci de Castro Locumtenenti, cui antequam veniret commissio confirmata à Rege, non fuit datus titulus Excellentiæ, sed titulus Illustrissimi viuente patre ex Bart. in l. filius ff. ex legat. 1. Cardin. Alex. Purpurat. & alijs, & quicquid sit iam hic titulus Illustriss. datur hodie Proregibus, quemadmodum dabatur olim Consulibus, ex gloss. communiter approbata in rubr. ff. de off. consul. & per ipsum de Aponte, num. 29. 30. 31. 32. addo Don Mariũ de Gregorio in d. cõsil. pro Marchione Elcis, num. 58. vbi dixit quòd Prorex nedũ æquiparatur Præfecto prætorio, verum etiam maior est authoritate dicti Præfecti prætorio ex Chassan. & Marcoantonio Surgente de Neapoli. Illustr. cap. 22. & in d. cap. 66. & 68. infr. eod. tango.

Limita quæ dixi superius, nisi simus,
24 & versemur in Rege † filio primogenito, & Regina, quia possunt omnes gubernare sic habes infra eod. in proœmio huiusmet Regis ante cap. 32. vbi Rex Martinus, Regina Maria, & Martinus primogenitus omnes tres consedebant, gubernabant, & regebant, ibi, solio omnes tres, & aliqua cumulo infra in cap. 1. Regis Catho-

Catholici, & gloriosissimi Ferdinandi II.
in 1. notab. tom. 7. ratio est clarissima,
quia si loquimur de filio Regis primoge-
25 nito iam † dicitur quasi Rex, etiam in vi-
ta patris, vt posui in commentar. cõsuet.
Panormi cap. 47. num. 126. & 127. addo
Gregor. de Hermigildo in cap. vlt. 24. q.
1. Ysern. in proœm. constit. Regni fol. 4.
col. 1. & per ea, quę tetigi in d. cap. si aliquẽ
in 2. prærogatiua limit. 7. tom. 1. Luc. de
Penn. in rubric. C. de aur. coronar. & in
rubr. de comit. consist. Iacob. de S Georg.
in tract. de feudis verbo, Comites, cap.
Adrianus, vbi gloss. dist. 63. habeatque
etiam quandam dignitatem inseparabi-
lem, vt post Bald. in l. ex hoc iure ff. de
instit. & iure, conclusit Emanuel à Costa
in quæst. de successione patrui, & nepotis
fol. 199. & seq. Molin. de primogen. Hy-
span. cap. 6. num. 15. lib. 3. abusiuè tamen
26 † & impropriè, vt ibi subdit num. 16. &
seq. & ego locutus fui in d. consuet. vbi
quòd non possit realiter ipse Rex consti-
tuere filium in Regem quoad guberniũ,
& licet dicatur in d. proœmio ibi, guber-
nabant, subaudi impropriè, nam aliter
esset contra ea, quæ citaui in d. consuet.
d. nu. 127. & per ea, quæ ad propositum
scripsi infra in cap. 3. Regis Incliti Ioan-
27 nis prope principium tom. 6. sicut † hac
eadem ratione filius Ducis, Comitis,
Marchionis, & similium in feudalibus,
dicitur etiam in vita patris, quasi Dux
quasi Marchio, quasi Comes, &c. vt in d.
consuet. posui d. n. 126. gloss. in cap. finali,
& ibi Archid. 23. q. 1. Bald. in l. in suis in
fine ff. de liber. & posthum. & ibi Castrẽs.
cap. 1. & ibi Cardinal. Alexandr. de feud.
March. Corsett. in tract. de potest. Regia
28 q. 25. Si vero loquimur de ipsa Regina †
& Augusta, fruitur ijsdem priuilegijs si-
cut Rex, & Augustus, vt scripsi in alia
consuet. Panormi cap. 36. num. 60. addo
Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de legat. 1. & in l. quod
principi propè medium ff. de delegat. ij.
cuius nomen, Augusta, video sumptũ ab
Hystorijs, eo quia vxor Adriani Impera-
toris vocata fuit Augusta vide Platin. in
vita Papæ Alex. I. vel dicas ab illo Cęsare
Augusto, de quo alibi scripsi, & per ea quæ
supplco infra in d. cap. 66. in 1. not, Bald. &
Additiones ad eũ in proœmio Digestorũ.
Limito præterea, & est secunda limi-
29 tatio † non procedere, quando vnus v. g.
potestas, loquor de suprema dignitate, ha
beret iurisdictionẽ voluntariam, ex con-
sensu partiũ, & alius contentiosam, pono
exemplũ in Prorege, & similibus Princi-
pibus, excelsas dignitates habẽtibus, qui
statim ac sunt expediti à Curia, & electi
per potestates, & arripiunt iter Prouin-
ciam versus, & sic ad Regnum sibi desti-
natum, habẽt iurisdictionem ipsam volun
tariam, non autem contentiosam, quæ re-
manet in Prorege præsente in Regno,
ratione quia aliter implicaret iurisdi-
ctioni antecessoris tunc præsentis, & di-
ctam cõtentiosam iurisdictionem haben-
tis, cuius iurisdictio non cessat (ne Re-
30 gnum, † sine Prouincia Rectore careat §.
illud Auth. de administr. l. meminisse, vbi
gloss. ff. de Offic. Proconsul. & legat. & per
ea, quæ tango infra in d. cap. 4. Regis Ca-
roli versic. casu quo infr. tom. 8. cum simi-
libus ibi citatis) Bald. & Gugl. de Cu-
neo in l. omnes ff. eod. Bartol. Alex. Ia-
cob. de S. Georgio, Curt. & alij, de quibus
per Io. Franc. de Ponte in d. tit. de assensi-
bus regijs, nu. 25. 26. & seq. & ex his, quæ
dico infra in d. cap. 51. versic. primo obser-
31 uabunt, & ratio est etiam, quia † in Pro-
rege, & similibus majorem dignitatem
habentibus, dignitas est translata, & ac-
quisita à die electionis, Bart. in l. 1. §.
diuus, nu. 13. ff. de var. & extraordin. cri-
min. l. fin. C. de Consulib. lib. 11. Lucas de
Penn. in l. 1. C. de primip. Io. de Platea,
& gloss. in l. fin. C. de Decur. lib. 10. & est
communis * opinio vt refert Aponte sub
nu. 23. & nu. 28. l. ex omnibus ff. de offic.
Præsid. Guid. Pancirola in tract. de hon.
32 vtraq; dignitate cap. 100. vbi ait † quod
in his personis v. g. Proconsulibus, Pa-
tritijs, Proregibus, &c. statim ac egressi
sunt vrbem, & sunt in itinere, & reuersi
donec vrbis portã ingrediuntur, insignijs
Proconsularijs vtuntur, ac voluntariam
exercebant iurisdictionem, quod alijs in-
ferioribus Magistratibus non concede-
batur, vt ibi per DD. & Aponte, & per ea
quæ in simili dico infra in cap. 37. ampl.
2. vbi pono an, & à quo tempore officia-
lis consequatur salarium.

SECVNDO habes quòd in coronatio-
ne prædicta per Regem facienda potest
33 Rex † si haberet necessitatem, eamque
commodè facere non posset, petere adiu-
torium, & charitatiuum subsidium, sic in
hoc texto, in decretata ibi, sua Regia Ma-
iestas, faciunt adducta supra in d. tom. 1.
à cap. 2. vsque ad cap. 7. in quibus tracto
latissimè materiam charitatiui subsidij,
& adiutorij, & præsertim in cap. 5. vbi
tetigi de Regibus, quando in eorum iu-
cundo aduentu obuiam faciunt vassalli,
arg. eorum, quæ tradit Oldrad. cons.
129. in quæstione, &c. de quo per Ioan.
Petr. Surd. cons. 205. num. 23. lib. 2.

vbi

34 vbi † ait à simili quòd in locatione fructus Archidiaconatus, non veniunt ea, quæ Ecclesia erat solita præstare Archidiacono in iucundo eius aduentu.

M. Muta.

De ordinatione Domus Regiæ. Cap. IX.

Item quòd de suo iusto, & legitimo patrimonio prouideat, & ordinet domum suam, & dominæ Reginæ, cui constituat debitum patrimonium, de quo possit honorificè viuere. Sua Regia Maiestas respondet, quòd facta declaratione terrarum, & locorum Demanij, ordinata eius domo, post cum consilio illarum duodecim personarum, prout in responsione primi capituli aliorum capitulorum, ordinabit, & prouidebit domum dictæ Dominæ Reginæ, sic quòd possit viuere honorificè, & faciet etiam declarari suum debitum patrimonium. Post prædicta præfata Regia Maiestas ordinauit, & declarauit super contentis in dicto capitulo cum concordanti consilio dictarum duodecim personarum, sic, & prout in responsionibus aliorum capitulorum particulariter continetur.

Vide supra in cap. 1. propè principium, vbi taxata sunt pro domo Regia mille floreni, & concordat cum cap. 3. supr. eod. de vtroque ibidem dixi, & nostris temporibus, & satis ante sunt augmentati ad maiorem summam.

Quòd solus Rex, & non alius vtatur mero, & mixto Imperio. Cap. X.

Item suæ placeat Maiestati quòd ipse solus, & sui Officiales principales exerceant merum Imperium, & vtantur suis iurisdicionibus, & præeminentijs, scilicet, sanguinis, appellationum, & aliorum honorum, nec permictāt quòd ab aliquo vsurpentur, nec vsurpata teneantur; & quòd à sententijs Baronum appelletur ad Magnam Curiam, cui singuli obedire debeant, sicut est de iure. Placet Regiæ Maiestati.

S V M M A R I V M.

Merum, & mixtum imperium ad Regem spectat regulariter, & ad eius officiales mediatè, nu. 1. & potest vendi, nu. 5.

Merum, & mixtum imperium est de regalijs, nec venit in generali concessione, n. 2.

Aduocatorum prolixitas in allegando reprehenditur, ibid.

Barones non habent merum, & mixtum imperium de iure, sed ex priuilegio speciali, nu. 3. 4. nu. 8. cum plurib. seq.

Iurisdictiones conferuntur per Principes non sunt in commercio nostro, nu. 4.

Dignitates non sunt in commercio nostro sed à Principe nobis largiuntur, ibid.

Merum,

Merum, & mixtum imperium potest alijs vendi per Principem, & communicari, & quomodo, & an in perpetuum, nu. 5. & potest donari, nu. 7.

Barones habent eorum territoria, in quibus delicta puniunt, nu 6.

Territorium dicitur à terrendo, & est iurisdictio, vel castrum cum iurisdictione, & territorio, ibid.

Territorij Iudex cognoscit delicta, quæ ibi committuntur, ibid.

Mons Regalis in hoc Regno habet merum, & mixtum imperium à Rege Guglielmo, dum ibi erexit Archiepiscopatum, num. 7.

Suspectus si allegaretur Archiepiscopus Montis Regalis, non erit superior Papa, sed Rex quo ad iurisdictionem, ibid.

Barones habendo merum, & mixtum imperium non dicuntur vsurpare iurisdictionem, sed habent ipsam iurisdictionem ciuilem, & criminalem in eorum terris, & sunt iudices ordinarij non delegati, nu 8. & quare, nu seq.

Fiscus vassallorum Baronum succedit loco Fisci Regij cui est subrogatus, nu. 9.

Barones cum mero, & mixto imperio creant Fiscalem vel ærarium, ibid.

Barones cum mero, & mixto imperio habent ius confiscandi, nu. 10. & sic commoda pœnarum, & mulctas, nu. 12. & seq. declara, nu. 85.

Barones astringuntur obseruare, & obseruari facere Pragmaticas Regias. nu. 11.

Pœnarum commoda dicuntur fructus iurisdictionis, nu. 12.

Barones cum mero, & mixto imperio in eorum terris creant eorum officiales, & Capitaneos, & an perpetuos, nu. 13. 44. 71. fallit nu. 89.

Barones inuestiti de mero, & mixto imperio habent caussas appellationum primas, & secundas, nu 14. priuatiuè, nu. 16.

Monarcha est Rex in regnis suis, secus in Baronibus in eorum terris, nu. 15.

Barones habentes merum, & mixtum imperium possunt exercere iustitiam inter suos vassallos in terris demanij, nu. 17. & nu 32. 34. & hoc cum licentia Vice-regis, nu. 33. nec se intromictit offitialis regius, num. 18. nec Rex ipse, nisi aliter sibi visum fuerit, num. 19. 27. 28. 29. vel ex negligentia eorum, num. 87. vel ob publicam vtilitatem, num. 88. 89. & an possint ibidē sententiare vassallos, nu. 35.

L. extra territorium limitatur non procedere in Baronibus mero, & mixto imperio inuestitis, ibid. nec in Prælatis excommunicantibus extra eorum territorium, num. 33.

Offitiales regij non se intromictunt in caussis Baronum, nu. 18. fallit num. 19. cum seq. & nu. 27.

Rex concedens merum, & mixtum imperium Baronibus potest se intromictere in eorum caussis, si cumulatiuè, non priuatiuè concessio fuit, num 19 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. & quibus casibus possit etiam se intromictere, n. 27. 28. 29. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93.

Inquisitor si in aliqua Prouincia vel Diœcesi deputetur, an possit Episcopus procedere contra hæreticos, nu. 20.

Clausula abdicatiua est similis clausulæ clericali, ibid.

Testator si mandat hæredi vt portet nomen, & arma cum clausula prohibitiua non potest hæres alia assumere, secus si cumulatiuè, nu 21. & seq.

Iurisdicio aliquando conceditur cumulatiuè, non priuatiuè, nu. 22. 23. aliquando taxatiuè, nu 24. 25. 26.

Prætor, & Iudices quandoque possunt cognoscere causas esto quòd alijs sint deputatæ, ibid.

Prænentioni locus est etiam in ciuilibus, sicut in criminalibus, nu 23.

Iurisdicio concessa taxatiuè cum clausula, tu solus, & nemo alius, excludit Iudices habentes parem, non maiorem, vel ordinariam iurisdictionem, nu 24 25. 26.

Clausula. tu solus, & nemo alius, facit vt excludatur Iudex parē dignitatē habens, non superiorem, vel ordinariam, ibid.

Barones si habent merum, & mixtum imperium non potest dominus dare tutorem pupillis in eorum terris, nec consultorem iudici deputato per ipsos Barones vassallos, nu. 26. sed ipsi Barones dant tutores, num. 53.

Consultor non potest dari per Regem Iudici deputato per Barones eorum vassallis si habent merum, & mixtum imperium, ibid.

Rex potest se intromictere in caussis Baronum habentium merum, & mixtum imperium, quando Baro vassallus non posset facere ea, quæ facit ipse Rex vel Princeps, nu. 27. 28. 29.

Princeps siue Rex potest dirigere literas dispensatiuas, & de potestate particularē vassallo Baronis, nu. 28. 29.

Literas dispensatiuas, vel de potestate non astringitur Princeps concedere, sed quando vult, & quibus vult, nu. 29. 30.

Modus procedendi ex abrupto est originaliter ipsius Principis, non alterius, n. 30.

Bartolus non habuit sibi similem, cuius au-

thoritas

ctionem cum mero, & mixto imperio, num. 63. & an sint nobilia, num. 64. & quando, & an vocentur minima, vel præstent seruitium, nu. 65.

Feuda si habent castra, vel fortilitia dicuntur nobilia, nu 65.66.

Nobilitas contrahitur per infeudationem, num. 66.

Barones cum mero, & mixto imperio concedere possunt remissiones causarum, & quando, nu. 67.

Barones si habuerunt per Principem concessa aliqua castra cum certo territorio, & in illis Princeps concessisset merum, & mixtum imperium, si postea auget territorium, videtur concessisse in d. augmento iurisdictionem, nu 68. cum seq.

Augmentum consistens in eadem re est ipsius rei, nu 69.

Legatarius an consequatur augmentum rei legatæ, & quando, ibid.

Barones cum mero, & mixto imperio possunt imponere assisias in rebus venalibus, & quibus, nu 70.

Barones inuestiti de mero, & mixto imperio habent cognitionem ponderum, & mensurarum, nu 71.

Barones possunt destinare delegatos, nu. 72.

Merum imperium habens præfertur habenti mixtum imperium, nu. 73.

Meri & mixti imperij exercitium non venit in legato vsusfructus castri, sed sola ciuilis iurisdictio, nu 74.

Vassalli non debent per Barones citari à remotis, & longinquis partibus, num. 75. cum seq.

Angaria, & perangaria quam habent Barones in vassallos, subauditur regulariter intra pertinentias feudi, nu. 76.

Offitialis non debet esse onerosus suis subditis, nu. 77.

Carcerati non debent longo tempore detineri in carceribus, ibid.

Barones habentes plures terras, quomodo, & vbi debeãt administrare iustitiam an in omnibus terris, nu. 78.

Tribunal si est erectum in vno diuersorum locorum, illuc debent venire omnes subditi pro iustitia, ibid.

Barones si faciunt iniustitiam vassallis, potest Princeps auferre eis merum, & mixtum imperium, nu. 79. cum seq.

Priuilegium perditur per abusum ipsius, num. 80.

Feudum dicitur à fide, ibid.

Barones possunt compelli per Principem, vt expediant causas infra certum tempus, ibid.

Barones cum mero, & mixto imperio non possunt leges condere, num. 81. cum seq.

Leges condere solius est Principis, num. 82. & interpetrari. Et sunt de regalijs, nu. 84. cum seq.

Lex, constitutio, siue statutum, licet debeat esse generalis, potest in Princeps facere vt sit particularis, & quando, n. 83. 85.

Confiscatio non potest fieri per Barones merum, & mixtum imperium habentes quando confiscatio induceretur ex aliqua dispositione, nu 85.

Leges de nouo factæ debent inseri in volumine statutorum, nu. 86.

Baro si est negligens potest dominus se intromictere, non obstante concessione meri, & mixti imperij, nu. 87.

Salanitri factionem potest Princeps alijs prohibere, si vult, nu 88.

Princeps potest constituere offitialem pro causis viduarum in terris Baronũ, n. 89.

Barones non possunt se congregare inconsulto Principe, nec mictere ad Regem pro eorum negotijs, remissiuè, ibid.

Barones cum mero, & mixto imperio, & si habeant iura vtilia, tamen apud Principem remanet ius vassallagij, ius in pactum deductum, & consuetum, nu. 90. cum seq.

Vassallus vassalli mei non est meus vassallus fallit in Principe, nu 91.

Princeps habet generalem iurisdictionẽ, & est dominus personarum, ibid.

Rex si habet bellum cum aliquo, & Baro cum alio, vassalli mediati potius tenentur adiuuare ipsum Regem, quàm dominum, num 92.

Visitator potest destinari per Regem in Regno etiam in terris Baronum habentium merum, & mixtum imperium, n 93 94.

Visitator generalis ex magna causa habet potestatem magnam, ibid.

Iniunctio, siue præceptũ potest fieri ob moræ periculum, ibid.

Visitator specialis si est per Regem destinatus non poterit generalis Visitator, nec Prorex se intromictere, nu. 94.

Delegata iurisdicto præiudicat ordinaria, ibid.

Generi per speciem quo casu derogetur, ibid.

Barones cum mero, & mixto imperio non possunt [illegible] vt tollantur à furcis corpora suspensorum, nu 95.

Furcas condemnati debent saltim ibi commorari per diem, nisi de licentia superioris, aliter fiat, nec possunt per parentes nec alios tolli, & an possint denegari dari parentibus, ibid.

Barones cum mero, & mixto imperio non cognoscunt

cognoscunt de falsa moneta, nec haresis, nec lesa Maiestatis, nec plagij crimine, nisi aliter priuilegia disponerent, nu. 97.
Indultum concedere non possunt Barones inuestiti cum mero, & mixto imperio, num. 98.
Merum, & mixtum imperium non acquiritur nisi per concessiones, & registra, non per prascriptionem, nu. 99.
Iurisdictio acquiritur per registra, vel per alias scripturas non ex prascriptione, ibid.
Barones cum mero, & mixto imperio non possunt constituere vicarios, nec armorũ Capitaneos, nu. 100.
Barones cum mero, & mixto imperio non possunt deportare vassallos, nec relegare ad insulas, nec ad perpetuos carceres condemnare, nisi specialiter sit eis concessum, nu. 101. 102.
Barones non possunt facere pragmaticas, num. 103.
Pragmaticas facere ad Principem spectat, ibid.
Barones non possunt guidatica concedere, nec ciuilia, nec criminalia, nu. 105.



NON est conformis contextui hæc rubrica, quæ dicit quòd solusRex habet merũ, & mixtũ imperium, & tamẽ in textu dicitur ꝙ sui officiales principales habent, reuera † tamen est quòd
1 solius Regis est vt hic, & ad eius principales offitiales spectat exercere, & vti eorũ iurisdictionibus, ac præminẽtijs, scilicet sanguinis, appellationũ, & aliorũ honorum vt habes in hoc textu, & infr. eod. cap. 47. ibi merum imperium, quod à nobis à Diuina potentia est collatum gratiosè vsque ad nostrum beneplacitum retroactis temporibus, in terris, & locis eorum duxerimus concedendum, constituendo eosdem in causis criminalibus Iustitiarios, & offitiales nostros, &c. de qua materia aliqua dixi in cap. 34. Regis Alph tom. 4. & infra in cap. 126. & capit. 127 Regis Ferdin tom. 7. & propterea dixit Mõtalt. in eius Adnotationib ad cap. Rit. 141. ex Affl. in procem. constit. Regni, quòd sola M.R.C. habet merum imperium, merito subditur hic, ibi, cui singuli obedire debeant, sicut est de iure; & intelligo mediatè, nam aliter immediatè non habet merum imperium ipsa M.R.C. sed mediatè sic à Rege, cuius est vt dixit idem Affl. in prælud. consтit. Regni quæst. 6. sub nu. 7. per cap. 1. quæ sint regal. quãdo
2 dicat † quòd sit de regalijs (vt tetigi infra in cap. 456. Regis Alph §. 20. tom. 5. & per ipsum Affl. ibidem, & quæst. 24. sub nu. 9. & in consтit. Regni, ea, quæ ad decus, vbi etiam Andr. de Ysern. Cæsar de Perinis V. I. D. in d. constit. qui post ipsum Ysern. & Affl. in cap. 1. §. si quis alium, de pac. tenen. ait quòd merum, ac mixtum imperium sunt de regalijs, & nunquam veniunt in generalibus concessionibus, Paris de Put. in tract. Syndic. tit. de excess. Baron. erga subditos, Dec. cons. 122. Si Comes, Luc. de Penn. in l. 1. C. de priuileg. scholar. lib. 12. Boer. decis. 50. Oldrad. cons. 252. Alex. cons. 30 col. 3. vol 3. Andr. in cap. 1. §. si inter duos, de prohib. feudi alien. per Federic. & in cap. 1. de capit. qui Cur. vendid. Roman. cons. 271. Vis tota, Bald cons 327. vol. 1. Corr. in Memorialib. in verbo, iurisdicio super aliquo castro, Loffredus cons. 24. col. 1. & 2) & ita post Io. Andr. Speculat. Hostiẽs. Bald. Alberic. de Rosat. Barbat & Alex. ait ipse Affl. loco citato, qui subdit nu. 8. quòd fuit derisus quidam Doctor Peritus veniens de studio Bononiensi, qui ex suo prolixo sermone aduocans (& in hoc reprehendit prolixitatem Aduocatorũ, vt posui in consuet. Pan cap. 68, nu. 16.) tene-
3 bat † quòd Barones in terris eorum habent merum, & mixtum imperium de iure, etiam quòd priuilegia sua expressè hoc non dicant, nam non vidit dictam constitutionem, ea, quæ ad decus, quasi dicat ipse Affl. quòd licet de iure communi, fortè aliud esset, tamen de vi, ac iure constitutionum Regni est ridiculum disputare de hoc, sed est necesse inspicere concessionem dicti meri, & mixti imperij per priuilegium, non per verba aliter generalia, sed specialia, & in hanc sententiam concurrit Ludouic. Sacca Resp. 3. num. 105. cum seq. vbi confutat illorum
4 opinionem † qui tenuerunt dignitates, & iurisdictiones hodie esse ex generali consuetudine in commercio nostro, etenim hodie per Principes dantur, conceduntur, largiuntur ex Bellug. Affl. Ysern. & alijs, prout in partibus vltramontanis,
5 in quibus etiam venditur dictum † merũ imperium, dixit Alberic. in l. fin. C. de iurisd. omn. iudic. (quem citaui ad aliud propositum supra in cap. volentes. quod est cap. 28. Regis Federici in 2. restrict. tom. 2.) addo Surd. cons. 210. nu. 23. & 24. lib. 2. vbi post Sanseuer. & Rolland. ait quòd merum imperium potest per Prin-

cipem alteri cõmunicati,assumendo eum in partem sollicitudinis, salua semper imperiali maioritate,honore,& alijs,sunt pulchra verba,& per ea,quæ dicit Matth. de Affl.in prælud.constit. Regni d. quæst. 24.sub d.n.9.vbi quòd in regimine Regis Alphonsi fuit concessum merum, & mixtum imperium Baronibus, & sic tempore Regum Aragoniæ, vt per eund. Afflict.in constir.occupatis nu.3.tit.92. de numero officialium, ibique subdit quòd non placet sibi concessio meri imperij in perpetuum pro se, & suis hæredibus, quamuis modernis nostris temporibus,& satis ante hoc placeat,quia Reges ita solent concedere. Et puto ex dictis per ipsum Affl. talem concessionem oriri ex d. capit.34. Regis eiusdem Alph.vbi scripsi tom. 4 & sic successiuè per alios Reges,prout in d. cap.126.Regis Ferdin.& in cap.20.Regis Caroli tom. 8, & ex multis alijs, & licet ex decretatis aliquorum capitulorum appareat Reges non concessisse, attamen hodie communiter quasi omnes habent, quæ concessio fundatur non ab re, sed cum maxima consideratione,quia scimus

6 Barones † habere eorum territoria,quorum ratione delicta debent puniri, in loco,in quo committuntur(vt plura dicam infra in cap.51.in 6.obseruantia, cum ibi allegatis) & sic iudex territorij,quod dicitur à terrendo l.pupillus §.territorium (de quo memini supra in cap. 45. Regis cobi num. 100.tom. 1.vbi dedi definitionem) ff de verb. signif. Afflict. in prælud. constit.Regni quæst.6.nu.6. debet de hoc cognoscere, etenim, vt declarat Andr.de Ysern. in capit. 1. §. præterea de prohib. alien per Federic.territorium exponitur idest iurisdicio,vel castrũ cũ iurisditione, & territorio ¶ Sicut etiam eo modo,quo

7 prout potest vedi,sic & donari † hæc meri imperij facultas, vt ex pdictis habes per dicta capitula Regni citata,& ita in proposito fecit Rex Guglielmus, qui dum erexit in Archiepiscopatum Ciuitatem Montis Regalis, donando Archiepiscopo Ciuitatem, & terras illi suppositas, & si ab initio non contulerit merum imperium, tamen post dictam donationem ipse Archiepiscopus creat iustitiarium cum mero, & mixto imperio, sic post Capic. decis.137.nu.14.& 15.ait Cardinal Tuschus conclus.368.tom.5.in littera, Mons Regalis, subdens quòd hanc iurisdictionem, ex quo habet à Rege, si v.g.allegaretur suspectus Archiepiscopus, non erit superior Papa, sed Rex quo ad iurisdictionem (faciunt quæ sunt dicta de Monte Regali supra in cap.39.Regis Iacobi nu. 154.tom. 1.) & per ea, quæ dixi supra in cap.1.Regis Federici,sub vers.tertia promissio, tom.2.& ex his, quæ in materia suspectionis dicam infra in cap. 113. Regis Ferdinandi ampl.2.tom.7.

8 SI IGITVR dicti Barones habent † ex dicta concessione eis indulta,vel aliàs elargita, & transfusa mixtum, & merum imperium,oritur primo quòd non dicuntur vllo modo illã vsurpare,vt hic aliter faciendo, sed dicuntur habere iurisdictionem ciuilem, ac criminalem in terris, & castris,de quibus ipsi Barones sunt infeudati, ordinariè, quia sunt iudices ordinarij, non delegati Matth. de Affl.in prælud.constit.d.quæst 6.nu.6.post Andr. de Ysern. & per §. si vero Auth. de quæstor. post Bart. & Alex. per eundem de

9 Affl.allegatos, nec mirum, quia Fiscus † vassallorum Baronum (qui possunt eum creare, immo cogere aliquem de vassallis ad exercendum officium ærarij, vt per Capic.decis.118.Io.Ant.de Nigris in cap. grauamina, nu. 59. Paris de Put. de sind. in tit. de excessib. Baron.) succedit loco fisci Regij in isto casu, & est ei subrogatus, vt tangam modo, & post Natt. cons.346.nu.2. Amed. de Ponte, & alios ait Surd.cons.152,nu,3.lib.2. Brun. cons. 103.num.4.11.12.vbi post Georg.Amed. Azon. Cardinal. & alios dicit quòd satis est quòd dominus videat delinquentem puniri, Rolland. & nonnulli per eundem Surd.cons.210,nu.27.lib.2. Natt.d.cons. 346.per tot.qui tenet quòd confiscatio in criminalibus est Baronum, non Domini immediati, vt subdam modo. ¶ Secundo

10 oritur quòd habent ius confiscandi † ac si essent Regius Fiscus,vt tetigi nunc, & dixi in cap. 35. Regis Iacobi,nu.44.cũ seq. & in cap.36.eiusdem, tom.1.& in d.cap. 126.Regis Ferdinandi versic.consequenter, tom.7.si confiscatio procederet occasione Pragmaticarum contrauentionis, ita Scipio Rouitus in pragmat.5.nu.2.de admin. vniuers. quicquid dicit Foller.qui sentijt esse locum præuentioni M. R. C. allegat Vinc.de Franchis eundem Foller, sibi cõtrariũ, Io.Petr. Surd.locis per eum citatis, & Pancirol. & Menoch. ea est ra-

11 tio, quia ipsi Barones † iam astringuntur ad obseruari faciendum dictas pragmaticas idem Rouitus.n.23.ex Crauete, cons. 238.& Freccia de subfeudis,Authorit. 18. lib. 2. Immo stante quòd eis est concessa talis iurisdictio, maximè quando esset cum omnimoda iurisdictione, vt loquitur Surd. d. cons. 152, num.7.lib.2.

ex

ex Natt. Nenizan. & alijs, omnes fructus,
qui nascuntur sunt eorum, & sic cōmoda
12 pœnarum, & mulctarum, † licet sint de re-
galijs, sunt fructus ipsius iurisdictionis,
Bart. in l. fin. ff. solut. matr. Bald. in l. 1. C.
de fructib. & lit. expens. & in l. 1. quæst.
43. nu. 35. ff. de rer. diuis. & ita post Andr.
de Ysern. Frecciam, Afflict. & alios testatur
Ballus in suo erudito tract. de quæst. parti
cul. q. 2. nu. 1. fol. meo 145. cum ea tamen
subauditione, de qua subdam infra in 5.
declaratione, nu. 85. Azo. in summ. C. de
pœn. Iacobin. de S. Georgio de feudis in
verbo, Marchio, in quæst. dubitatur etiã
nu. 2. fol. 16. col. 2. Bart. Bald. Angel. Ro-
man. Alex. Soccin. Corn. Dec. Tiraquell.
Capic. Rolland. citati per Surd. cons. 53.
col. 1. vol. 1. & iterum cons. 83. nu. 10. 11.
eod. lib. 1. Natt. Ant. Sola, & idem Surd.
d. cons. 152. nu. 1. & 2. lib. 2. & iterum cons.
227. nu. 6. eod. vol 2. & creatio officialium
13 † ad eosdem spectaret Innoc. in cap. cæ-
terum vbi Abb. & alij de iudic. & pono
inferius, num. 44. & licet Surd. cons 261.
col. 2. teneat quòd possint perpetuo illos
creare, vel continuare, hoc non puto ve-
rum ex his, quæ dixi supr. eod. in cap. 1.
sub versic. in omnibus propè principium,
vbi quòd officiales mutari debent, quòd
nisi tale merum, & mixtum imperium
haberent, non possent facere ex traditis
supra in cap. 57. Regis Federici versic.
subaudi tamen, tom. 2. ¶ Tertio oritur
14 quòd & si appellatio † in 2. iudicio ab eis
regulariter fieri debeat ad M. R. C. vt
hic disponitur, ibi, & quòd a sententijs
Baronum appelletur ad M. C. & infra
eod. in d. capit. 47. prope principium, ibi
reseruatis nobis, & officialibus nostris,
appellationibus in causis, in quibus pos-
set secundum iura communia appellari,
vbi suppleo quam pœnam incidant Ba-
rones, & Comites denegantes regulari-
ter appellationes, & ibi est propria mate-
ria denegantium appellationem, non ob-
stante quod à Rege non appelletur, nam
esto quòd Baro antea concessisset alteri
Baroniã, etenim non videtur concedere,
prout Rex ipse habuit, ex quo Baro non
15 est Monarcha in Baronia † sicut est Rex
Monarcha in Regno vltra ea, quæ posui
in procem Capitulorum Regni Regis Ia-
cobi nu. 104. tom. 1. & in commentarijs
Consuet. Panormi cap. 66. num. 26. voluit
etiam ita post Andr. de Ysern. Matth. de
Afflict. in prælud. constit. Regni quæst. 21.
nu. 5. tamen, si habeant ex d. concessione
16 primum † & secundum iudicium, debeat
priuatiuè ad eosdem Barones appellari
per ea, quæ post Vinc. de Franchis tetigi
in d. cap. 34 Regis Alph n. 10. & cap. 491.
eiusdem tom. 3. Bart. in l. 1. § solent ff.
quand. appell. sit Bald. in l. eos C. de ap-
pell. Ias. cons. 161. vol. 2. Vinc. de Ann. Al-
leg. 52. Decian. resp. 35. nu. 8. lib. 2. Paris.
cons. 8. lib. 1. cum concordantib. & istud
est etiam, quod scripsit Matth. de Afflict.
in prælud constit. Regni d. quæst. 24. sub
d. nu. 9. vbi quod tempore Regis prædicti
Alphonsi fuit concessum merum, & mix-
tũ imperiũ ipsis Baronibus, & Comitibus,
priuatiuè ad M. R. C. intantum vt ipse re-
tulerit quòd tempore Gallorum quidam
Aduocatus Magnus Fiscalis dicebat, &
tentare volebat, posse per successorem in
Regno saltim reuocari istas concessiones
ex quo sunt de demanio (arg. eorum, quæ
dixi supra in d. cap. 1. sub d versic. in om-
nibus, prope finem) quia per dictum me-
rum, & mixtum imperium priuatiuè con-
cessum, Barones ipsi sint sicut Reges in
terris eorum, maxime illi, qui habent se-
cundas caussas, & Rex ibi non habet, nisi
iurisdictionem in habitu, non autem in
actu, arg. earum illationum, quas feci su-
pra in cap. 1. Regis Federici in versic. ter-
tia promissio, tom. 2. & faciunt quicquid
volunt, beneuerum quòd de ista quæ-
stione sentit ipse post Bald. quòd nunquã
fuit facta pax inter sapientes, & supple
infra in d. cap. 47. versic. intelligo, & in-
ferius declar. 10 num. 96. ¶ Quarto for-
17 tius oritur, quia possunt tales Barones †
& Comites etiam ius dicere, inter homi-
nes suos, idest vassallos in terris Dema-
nij Domini Regis, nulla requisita licen-
tia ipsius Regis, vel officialis Regij dicti
loci Demanij, & subdam inferius, nu. 32.
34. ita mirabiliter dixit Affl. in constit.
Regni, de quæstionibus, tit. de ordinan.
iudic. lib. 1. fol. meo 186. col. 4. num. 1. qui
subdit esse magnam limitationem ad l.
extra territorium ff. de iurisd. omn. iudic.
vbi adnotaui, immo reuocare vassallos
ad eorum tribunal, vt ponam inferius,
& faciunt ea, quæ subdit Surd. loco alle-
gato, nu. 41. vbi de Papa, & Imperatore,
qui possunt citare in terris imperij, & in-
feudatis eorum vassallos sine licentia
vassallorum ex Natt. Aret. & alijs, quod
patet, quia vt ipse Affl. subdit, non se in-
18 tromittit † Officialis Regius in dicta li-
te, nisi sit requisitus à Barone, vel à parte
litigante, Abb. Soccin. Rolland. Decis.
Pedam. Marin. Freccia, de quib. per Surd.
d. cons. 152. num. 5. & 6. vbi ait quòd non
potest Princeps, postquam fecit similes
cõcessiones, exercere ibi iurisdictionem,
quia

quia renunciantibus iura sua non datur
regressus sicut subdam inferius idd[~e] esse
de cedentibus eorum iura idem Surd.
conſ. 227. lib. 2. Niſi aliter ipſi Principi
19 viſum fuerit † nam tunc non obſtantibus
conceſſionibus cum mero, & mixto impe-
rio, nihil poteſt ipſi Principi replicari,
ſed ei omnino parendũ eſt ita ipſe Surd.
d.conſ. 152.num. 16. & ſeq. ex rationibus
per ipſum adductis, & præſertim quia Do
minus concurrit cum vaſſallo (arg. eorũ
quæ dico infra eod. in cap. 62. propè fi-
nem,) & hoc quoties iuriſdictio eſſet con-
ceſſa accumulatiuè, nõ priuatiuè, vt ipſe
ſentit ſub nu. 17. ex Anton. Sola, Vaſq.
Natta, & alijs, Grammat. poſt ſuas de-
ciſiones, nu. 6. & ſeq. idem Surd d.conſ.
210.nu.7.ex Abb. Pariſ. Curt. Iun. Brun.
& multis, capit. ex tranſmiſſa, & cap. ex
tenore de for.compet. & num. 56. vbi hoc
declarat quomodo intelligatur, l. 1. C. de
Offit. Præf. vrb. ibiq; Bart. Bald. Roman.
Abb. Anan. & alij per eundem Surd. conſ.
20 245. nu. fin. lib. 2. qui ſubdit † quòd ſi in
aliqua prouincia, vel Diœceſi deputetur
Inquiſitor, non tamen prohibetur Epiſ-
copus procedere, & cognoſcere contra
hæreticos ex Anan. ibi per eum relato,
& per ea, quæ tango infra in cap. 79. Re-
gis Caroli ampl. 6. tom. 8. vbi quòd clau-
ſula, ſiue abdicatiua, de qua etiam ſcripſi
ſupra in capit. 39. Regis Iacobi, nu. 113.
tom. 1. eſt ſimilis cauſæ clericali, & non
poteſt per aliũ cognoſci, nec fieri cumula-
tio, quemadmodum dicimus de inſtitu-
tione maioratus, vel de ordinatione te-
21 ſtatoris † diſponentis, & inſtituentis hæ-
redem quòd portet nomen, & arma iuxta
ea, quæ ſcripſi ſupra in cap. ſi aliquem,
quod eſt 33. Regis Iacobi, nu. 83. tom. 1.
nam ſi habet clauſulam prohibitiuam,
vt ſola ipſius inſignia, & arma, ac cogno-
men deferantur, aliud non poteſt aſſumi,
ſecus ſi eſſet cumulatiuè, nã poſſunt alia
aſſumi, & quælibet ſtabunt de per ſe, vt
poſt Molin. de primogen. Hyſpan cap. 14.
nu. 26. lib. 2. ait Io. Franc. de Ponte conſ. 4.
nu. 1. qui dicit quòd iſto caſu poſſet fieri
vnio, & additio, ſiue augmentum cum
plurib. nu. ſeq. ibidem, Berous conſ. 22.
22 num. 24. vol. 1. vbi quod iuriſdictio † ali-
quando conceditur cumulatiuè, non pri-
uatiuè, Brun. conſ. 47. num. 2. Grammat.
vot. 28. n. 4. Paris. Rip. Rolland. Menocch.
cum alijs per Surd. allegati conſ. 56. nu.
19. lib. 1. vbi infert ex Ripa, quòd ſi fue-
runt ſtatuti, & deputati certi Iudices ſu-
per cauſſis cloacarum, poterit nihilomi-
nus Prætor, vel eius Iudices eaſdem cau-
ſas cognoſcere, ex quo, vt prædixi, iuriſ-
dictio non eſt conceſſa abdicatiuè, ſiue
priuatiuè, vt in ſimili loquor infra in cap.
91. Regis Ferdinandi verſic. aduerte ta-
men, vbi de Magiſtris artis lanæ, eorum-
que officio ſit mentio tom. 7. ſed cumula-
tiua, & concurſiua, vt qui primo præue-
23 nit † faciat iuſtitiam (ſicut in criminali-
bus vt de ipſa præuentione poſui ſupra in
cap. 68. Regis Federici, n. 18. cũ ſeq. tom. 2.
quia qui præuenit potior eſt Oldrad. con
ſil. 36. Guid. Pap. & Additiones ad eum
deciſ. 63. l. ſi quis poſtea ff. de iudic. Bald.
in l. pluribus ff. de legat. 1. Afflict. deciſ.
219. in foro, nu. 3. & in capit. Ric. 127.
ſub nu. 4. tom. 4.) Dec. Cagnol. Boſſ. & alij
ab ipſo Surdo citati, & num. 20. 21. vbi
ſubdit fortius quòd immo quando iuriſ-
24 dictio † eſſet commiſſa taxatiuè, v. g. tu
ſolus, & nemo alius, vt modo tetigi pau-
lo ſuperius, quòd tunc excludit ſolum Iu-
dices habentes parem iuriſdictionem,
alijque non poterunt ſe intromictere, ſed
non excludit habentes maiorem, vel or-
dinariam iuriſdictionem, vt ipſe Surd.
ſubdit nu. 22. per text. in l. viros C. de of-
fic. diuerſ. iudic. lib. 12. Dec. Bald. Bart.
Angel. Aretin. Grammat. Rolland & Me-
nocch. ab eo allegati; Eſt verum quòd pu-
to hoc procedere quoties non adeſſet alia
25 clauſula, ibi ſubiungendo † & nemo alius,
quia tunc non puto poſſe alios, etiam ma-
iores cognoſcere, & conſequenter dico
quòd Princeps in terminis, de quibus lo-
quor, non debet ſe intromictere in pri-
mis cauſſis ſubditorum Baronum Bald.
in l. 1. quæſt. 43. ff. de rer. diuiſ. Curt. Iun.
conſ. 2. Natt. conſ. 408. Roll. conſ. 21. lib. 4.
26 vnde eſt quòd Dominus † nõ poteſt dare
tutorem in terra Baronis pupillo, vt ſub-
dam inferius, ex quo nullum actum iu-
riſdictionalem poteſt dominus in eorum
præiudicium facere, & conſequenter nec
poteſt dare Conſultorem (arg. eorum,
quæ de Conſultoribus ſcribo infra in cap.
51. Regis Alph. tom. 5. & melius in cap.
57. Regis Incliti Ioannis in 4. intelle-
ctu tom. 6.) iudici deputato per vaſſallum
in loco Curt. Iun. conſ. 2. Boſſ. Rolland.
Natta, de quibus per eundem Surd. d.
conſ. 210. nu. 3. cũ ſeq. abducaſſe enim di-
citur à ſe ipſe Princeps vtilitatem omnẽ,
& poteſtatem, quam habet, nu. 5. cum ſeq.
ſicut de cedente, & renuntiante ius ſuũ,
vt tetigi ſuperius, & vide eundem cum
plurib. n. ſeq. vſque ad n. 21. Eſt etiã verum
quòd quoties Princeps facit ea, quæ non
poſſet aliter vaſſallus facere, iſto caſu po-
27 teſt † ſe intromictere, vel ſi Barones eſſent
negligentes,

negligentes, vt subdam inferius, nu. 87. tunc non posset, quando Baro posset vt per eundem num. 36. & seq. & hoc sentit Bart. & Menocch. ad eum in l. tam collatores C. de re milit. lib. 12. Brun. cons. 47. nu. 10. versic. postremo, Roman. singul. a 1.
28 vbi voluit quòd potest Rex, vel Princeps † dirigere litteras dispensatinas, & de potestate, quas sic vocamus in Regno, alicui personæ particulari terræ Baronis, in qua vassallus torquendus est, non obstăte quòd Baro ipse habeat suũ Iudicem, quia non dicitur ex hoc facere præiudicium Baroni, qui non poterat torquere dispensatiuo modo, nec eius Iudex ordinarius, & pareat mihi Dominus Ballus in suo tract. de literis dispensatiuis Præmisso 8. lib. 3. nam Princeps in his casibus potius confidit de vna, quàm de alia persona, & satis est, ne præiudicium faciat Baroni, vt dirigat vni ex loco litteras potestatis,
29 ex quo Princeps † non astringitur concedere has literas dispensatiuas, sed quãdo vult, & quibus vult (vt tango in cap. 58. Regis Caroli præsertim in versic. hanc eandem tom. 8.) & consequenter sufficit quòd ille, cui diriguntur, sit de iurisdictione, & potestate dicti Baronis, vt sentit Bart. loco citato, qua de causa non dicitur ex hoc Princeps se intromictere in iurisdictione Baronum, quia hæc iuris-
30 dictio, siue modus procedendi † ex abrupto est originaliter ipsius Principis, nõ alterius, quam solet concedere alijs Iustitiarijs Baronum, vt in d. vers. hanc eandem adduxi in d. cap. 58. vbi est propria materia, & dixi esse de regalijs, nec obstat dicere quòd Bar. nihil allegat, quia vltra quod ipse mouetur authoritate d. l. tam collatores, tamen dico quòd sufficit mihi, & omnibus dicere Dominũ Bartolũ
31 † non habuisse sibi similem, vt dicit Bald. relatus per Affl. decis. 383. eiusque authoritas maxima est, & quanta sit, scripsit Viuius in suis communib. opinionibus in littera, Iudex in iudicando, vbi etiam subdit quòd hodie in Hyspania opinio Bartoli præfertur cæterorum sententijs, nec est postponenda eius Authoritas authoritati Dominorum DD. de Rota, & ex his, quæ posui in cap. Ritus 96. num. 14.
32 tom. 4. itaque concludo quòd Barones † Regni, & Prælati possunt reddere ius, & ferre sententiam inter eorum vassallos in hoc Regno, & in hac Vrbe Panormi absq; licentia Domini Regis per dictam constitutionem, sicut simile esse Neapoli ait ipse Affl. ibidem (& sic dixi de ipsis Prælatis in commentar. consuet. Panor. cap. 3. nu. 27. & in repet. cap. sacro de sent. excomm. lect. 16. versic. fallit tamen, vbi
33 quòd excommunicans † existens extra suam Diœcesim potest excommunicare subditum suum existentem de sua Diœcesi non obstante quòd ipse excommunicans sit extra suum territorium tenebit sententia contra text. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. Borgas. in tract. de irregular. & dispens. tit. de sent. excomm. §. vbi Prælatus, quæst. 1. & sic in terris Papæ, & Im-
34 peratoris quilibet Iudex potest citare † suum subditum etiam realiter ex Bald. & Abb. in cap. meminimus de Appell. & notatur in cap. fin. de for compet. & dicit ipse Affl. in d. constit. Regni, de quæstionibus tit. de ordin. iudic. quòd est manutenendum illud, quod ibi disponitur, ex quo vidit dictam constitutionem fuisse ignoratam à certis Auditoribus Regiæ Curiæ, sic videtur dicere Io. Faber in l. 1. C. ne quis in sua causa iud. quòd dominus cognoscit inter se, & agricolas suos, & nota hæc omnia, nam sunt pulchra, & possunt procedere etiam in criminalibus, quia non video diuersam rationem; punire autem hic, dubito, ex quo Affl. loquitur de sententia ferenda; hinc Dominus Carol. de Tapia Regius Consiliarius, & doctissimus Doctor in Adnotationibus suis ad iura Regni Neapolis super dicta constitutione, de quæstionib. in tit. suo, de iurisdictione omn. iudic. fol. 34. lib. 3. tenet contra ipsum Affl. quia dicit ipse, li-
35 cet Rex non adimat † iurisdictionem Baroni respectu personæ vassalli, tamen respectu loci, adimit, qui locus cum sit Demanialis negat Rex illius exercitium in terra sua, idquè, subdit ipse, hoc comprobari praxi, nam dom M. R. C. remictit causas ad Barones, vt eligant Iudices in Vrbe, si ipsi Barones volunt a semetipsis hoc facere, sit præuia licentia illustrissimi Domini Proregis, cuius assensus expectatur ratione residentiæ ipsius Principis, ex quo huiusmodi effectum ipsius residentia operatur, vt subdit ipse Tapia ex traditis in constit. honorem, de offic. Magistr. Iustit. & eorũ, quæ posui in commentar. S. P. Q. P. cap. 3. num. 68. vnde an v. g. possit suos vassallos Baro fustigare hic, & similiter aliam iustitiam criminalem facere, vt puta furcis suspendere, videtur quòd non, quia essent remictendi ad locum delictorum (per ea, quæ late dico infra in d. cap. 51. in d. 6. obseruantia) hæc omnia posita in hac quarta illatione habui in facto, annis præteritis tamquam Consultor Domini Principis

Castellionis

Castellionis in quibusdam eius vassallis, præsertim in quodam de Chiouo, quos torquere debebamus, & postea supersedimus. ¶ Quinto infertur etiam dicit ipse Matth. de Affl. in prælud. constit. Regni quæst. 6. nu. 7. quòd ex supradicta concessione meri, & mixti imperij, possunt
36 ipsi Barones † regni in eorum terris ob dictam ordinariam iurisdictionem, quam habent in ciuilibus facere statuta licita, & honesta, ac perpetua in eorum territorijs, cap. 2. de maiorit. & obed. Io. Bologn. in repet. l. omnes populi, nu. 65. ff. de iust. & iur. per cap. 2. de constit. in 6. cum similib. per eum citatis, idem Bolognett. in rubr. 1. & l. 1. ff. quod quisque iur. n. 32. Io. Ant. de Nigris in d. cap. grauamina, nu. 48. Bertazol. conf. 485. esto quod augerent pœnas pro maiori obseruatione legis superioris Decian. cap. 33. nu 5. lib. 5. Purpurat. conf. 525. lib. 2. vide tamen quæ dixi inferius, num. 54. & per ea, quæ scripsi in cap. 53. Regis Federici, nu. 29. tom. 1. addo Affl. in constit. pœnam, nu. 9. & ro. rubr. 97. de pœna contumaciæ lib. 1. qui ponit posse regulariter per Iudices pœnam augeri ex enormi, & inconsueto delicto, & excedere ordinariam pœnam, & intelligo non contra ius, nec præter ius, nec contra leges superioris, vt subdam num. 40. ex Andr. de Ysern.
37 Bart. & Innoc. sicut nec Episcopus † potest statuere contra ius commune, Host. in cap. fin. de offic. Archipresbyt. Surd. d. conf. 152. num. 54. lib. 2. Beeius conf. 4. nu. 1. Bald. Decius, & multi per eundem Surd. conf. 272. num. 6 & 7. eod. lib. 2. Cranett. Rolland. Decian. Purpur. Alciat. Bertazol. & alij per Ballum d. q. 2. nu. 74. 75. 76. 77. 78. 79. Decisio Pedamont. 16. adeo ut mouerit vnam quæstionem ipse Affl. sed non determinauerit in d. quæst. 6. &
38 est verũ Barones possint facere statuta † quòd nec in pascuis eorum, nec vassallorum animalia Clericorum sumerent pascua absq; pœna ex Luc. de Penn. in l. 2. C. de nau. non excus. lib. 11. & in l. 1. C. de pasc. publ. & tango infra in cap. 15. versic. ligare; & consequenter possunt promulgare banna, nam vassalli in locis, de quibus sunt inuestiti habent vtilia iura cum effectu (ea tamen cum intelligentia, vt subdã inferius declarat. 8.) & ita post Bal. Martin. Laudens. Cardinal. Alex. ait idem Surd. conf. 210. in princ. lib. 2. qui infert
39 quòd potest Baro ordinare † ne quis de sua iurisdictione extrahat bladum, & alia ad victum necessaria ex Signorol. conf. 108. col. vlt. Rolland. conf. 3. nu. 17. vol. 2.

& sic possunt statuere particularem legem vt per ipsum Surd. loco citato, n. 37. & d. conf. 152. nu. 4. & ro. & melius. n. 40. 41. 42. lib. 2. vbi post multos concludit quòd non possunt facere siquidem statuta contra dictum ius commune, tetigi superius, nu. 36.
40 † idem Surd. conf. 161. eol. 2. eod. lib. 2. & d. conf. 210. nu. 8. & 9. & seq. post Affl. Bart. Alex. Soccin. Dec. Rolland. Natt. & alios, idem Surd. nu. 37. & seq.
41 vbi latè, sicuti nec venationem † prohibere possunt, nec piscationem, nec compellere homines ire adeorum furnum, & molendinum, nec ad seminandum in eorum terris, & similiter, vt per Io. Vinc. de Anna in repet. robr. & cap. 1. de vass. decrep. ætat. num. 65. nisi in casibus vt ibi per eum, & singul. 461. Bertazol. conf. 419 Rimin. conf. 68. Niger, & alij de quibus per Ballum d q. 2. n. 60. & per Rollan. conf. 22. nu. 6. & seq. vol. 2. idem Surd. d. conf. 210. num. 39. nec minus expellere mercatores forenses ab eorum territorijs, quia vassalli sunt inuestiti, & iudices ordinarij constituti, & suscipiunt onus iuris dicendi, ac æquitatis statuendæ, neque possunt ius conuertere; Est verum quòd si talia faciunt ex causa publicæ vtilitatis, possunt, sed hæc non pono pro constanti, quia video nihilominus quòd hodie Barones hæc omnia faciũt fortasse ex priuilegio, vel seruitute Pedamont. d. decis. 16. Purpur. conf. 86. nec puto procedere quæ in hoc particulari senteijt Surd. (vt in hoc discursu diffusè loquor in sua materia infra in capit. 31. Regis incliti Ioannis limi. 2. tom. 5.) vel nisi loqua-
41 mur in habentibus † feuda maxima, quia tunc possunt etiam leges condere vt de Regno Neapolitano, & Siciliæ testatur ipse Io. Bolognett. loco citato nu. 66. ratione quia concessis tam magnis feudis videtur demonstrata magna confidentia vt dico de hoc melius inferius declaration. 5. nu. 81. vbi quòd leges non possunt facere ¶ Sexto oritur, & additur, quia possunt ex dicta concessione iurisdictio-
42 nis meri † ac mixti imperij committere causas summariè, & de plano sola facti veritate inspecta cognoscendas (prout in Regno habemus Pragmat. in 2. vol. Pragmat. factam per Dominum nostrum Philippum II. Regem felicis recordationis Ann. 1576. fol. 173. & simile statutũ quasi viget in tota Italia per ea, quæ posui tam in consuet. Panor. quàm in capit. Rit. 99. nu. 18. tom. 4.) sic idem de Affl. voluit in dictis præludijs Constit. Regni quæst. 9. sub nu. 13. & in constit. Authoritatem, iurisdictionis

3.tit.76.de summar. cognit.lib.1. vbi ait quòd tunc potius dicitur executio iurisdictionis ordinariȩ quàm delegatio (arg. eorum quæ pono infra in cap. 39. Regis Incliti Ioannis propè princip. tom.6.) quasi quòd iste modus est iuridicus, & apud omnes mundi partes vt plurimum viget, & fuit inuentus dictus modus procedendi primo ab Vrbano, vt ait Oldrad. quæst. 223. Corn.cons.181.nu.9.vol.3. & consequenter facit ea, quæ sunt iuris, & hoc quando specificè Princeps concesserit Baroni, ex quo regulariter ad ipsum Principem spectat dixi in declaratione consue.Panor.26.n.57.fol.248 aliàs in generali concessione nõ venit, vt post Bald. Præposit.Affl. & Fælin.ait idem Surd. d.
43 cons.210 sub num.58.lib.2. sicut nec † ex hoc dicti Barones possent commictere causas statim vigore actus generalis, ille enim actus fuit concessus per Excellentiam Illustrissimi Proregis Comitis Albæ M.R.C. & Iudicibus nostris Curiæ Prætoris, reliqui omnes Magistratus habent necesse habere commissionem semper de nouo, & ita posui infra pro limitatione in 17. declaratione, num. 104. de quo actu generali latius loquor infra in cap. 24. Regis eiusdem Ioannis limit. t. d. tom.6. ¶ Septimo oritur quòd creare
44 possunt Officiales, † & Capitaneos, & Iudices ordinarios, vt tetigi superius, n.13. Anna singul.460. in eorum terris, & per eos exerceri faciendo merum, & mixtum imperium, & quamuis prima facie videretur prohibitum per constit. Regni, ea, quæ ad decus, tit. 49. quòd nullus prælatus lib. 1, tamen iam declarat ibi Andr. de Ysern. intelligi sine iussu Principis, ergo si ipsi Barones, Comites &c. haberent concessionem dicti meri, mixtiquè imperij, vt dixi supra in principio huius commenti, tunc possent exercere omnia, & sic scripsit Zasius in l. imperium ff. de iurisd.omn.indic.fol.106.& delegant hoc merum imperium, & facere non virtute delegationis, sed ex concessione sibi facta, & concessa à lege viua idest Principe in priuilegijs eorum Bolognett.in rub.ff. de offit.eius,nu.66.67. item etiã destinãs delegatos videbimus inferius, nu.72. sed an posset Princeps pro causis viduarum creare in eorum terris officialem, ponam infra nu.89. ¶ Octauo fit, vt adeo valeat
45 hæc meri, & mixti imperij concessio, † vt nec possit per ipsum Principem reuocari, quando scilicet in præmium pro bono seruitio, quod Baro fecerit, cui contulerit hunc honorem iurisdictionis criminalis in terris suis per priuilegiũ ita Andr. de Ysern. ind. constit. ea, quæ ad decus per cap.porrò extr.de priuileg.sicuti aliã rem datam per Principem non posset sine causa auferre l.1.C.si rem, quam vendid. emp.lib.10.l.fin.C. de loc.fun.cur.lib.11. sic nec posset honorem iurisdictionis in præmium seruitiorum collatũ reuocare sine causa, & maximè si pecunia mediante, vt subdam inferius, secus si aliter v. g. si concesserit simpliciter faciendo illum iudicem ad hoc, vt puta ad vniuersitatem causarum, quia posset reuocare quando vellet l. iudicium soluitur ff. de iudic. Ysern. loco citato. Anell. de Bottis ibidẽ, qui allegat Gugliel. de Perno nostrum Consiculum cons.16.in fine, Capic. decis. 121. col. 2. in fine, Grammat. decis. 46. Loffredd.cons.21.col. pen. quia ex causa posset in vtroque casu reuocare, v. g. si malè vtebatur iurisdictione affligendo vassallos (vt dixi supra in cap. 62. Regis Federici, propè princ. tom.2. prout post Io.Ant.de Nigris, Riminald.Ann.Foller. Felin. Bald. Abb. Præpus. Grammat. & Petr.de Gregorio tradit Ballus d.q.2.nu. 72.Io.Franc de Ponte in tract. de potest. Proreg.tit.de elect.officialium, §.1.nu.12. cum seq.post Frecc.Lanar.Cardin.Curt. & alios vbi nu.18.subdit quòd causæ isto casu abdicantur ab eis, & saltim pro illa vice remanent in M.R.C. ob bonum publicum, vel saltim deputatur tunc certus Iudex per ipsam M. R. C. ex Freccia author. 35. & istud est quod posuit idem a Ponte num.54.55.56.57.58.59.& seq. nempe quia potest destinare visitatorem vt declaro inferius nu. 93. cum seq.) vel non faciendo iustitiam, aut aliter vt dicam infra declar.4.nu.79. & quando non adesset causa, & dictum merum, & mixtum imperium esset concessum ad beneplacitum, non intelligeretur reuocatum per generalia verba, ratione quia, ex quo specialiter ab initio fuit concessum tali nobili Baroni, specialiter debet reuocari, vt subdit Andr. de Yser. loco præcitato, nam quæ difficulter conceduntur, sicut sunt priuilegia, quæ sunt priuatæ leges, cap.priuilegium dist.3. l. semel C. de re milit.lib.12.& nihil est tam naturale, quam vnumquodque solui eo vinculo, quo ligatur, l.nihil ff.de reg. iur. vel saltim in verbis generalibus deberet poni verbum comprehendens specialia, l. si seruus §.inquit ff.ad l.aquil. Andr. Ysern. locò citato, vide Capic. decis. 116. decis. 123.nu.4. Dec.cons.104. idem Capic.decis.136, Soccin.cons.87.in 3.dubio. in no-

tiis, Affl. decif. 127. Fuis dubitatum nisi si
46 vbi dicit quòd priuilegium † concessum
pecunia mediante, nō potest vendi iuxta
dictio vt dixi in d.capit. 34. Regis Alpha
du. 5. & prout subnectam inferius nu. 49.
50. vel ob seruitia, reuocari non potest, &
Apostill. ibidem, & Vrsill. ad eum (per ea
quæ dixi supra in cap. 26. Regis Federici
post princip. tom. 2. vbi quòd capitula
Regni concessa ob pretium, & donatiuum
non possunt reuocari.) idem Affl. decis.
128. 181. 392. in 2. dubio, Iacobin. in l.
conuentionum ff. de pactis ¶ Nono adiungo quia ex dicta concessione meri, &
47 mixti imperij possunt dicti Barones †
compositionem facere ab vniuersitatibus
de inquisitionibus generalibus, vt ait
Matth. de Affl. in constit. Regni, Iustitiarij n. 6. tit. qualit. Iusti. lib. 1. Rubeus consi.
50. idem Surd. d. cons. 2 10. sub num. 58. &
æquipollet cum collectatione, vt subdam
inferius, ibi, decimonono, n. 59. & etiā cōponere pro delictis priuatas personas vt
videbimus inferius vers. vigesimo &c. nu.
60. quoties adesset specifica concessio,
cum ea tamen intelligentia, de qua scribam inferius in 3. declaratione num. 75.
¶ Decimo plus etiam dicimus quòd ex
48 dicta concessione possunt dicti Barones †
succedere bonis vacantibus suorum vassallorum, dummodo ex priuilegio Regis
motu proprio concesso hoc haberent, vt
tetigi remissiuè infra in d. cap. 91. Regis
Ferdin. versic. quid si, tom. 7. & ibi feci
multas illationes, Bald. in l. 1. C. de hæred. Decur. nisi consuetudo aliter se haberet vt per eum, & Guid. Papæ decis.
312. Hominum, in fine, subaudiendo de
bonis feudalibus, vel alijs bonis, quæ haberent ab ipso Domino Barone, & ab eo
tenerent, vel quando ipse Baro haberet
ex priuilegio regia motu proprio concesso, quòd succederet, quia tunc ipse & non
fiscus Regius succedit, etiam quoad alia
allodialia, Affl. in constit. Dohanæ Secreti nu. 6. & 10. per l. 1. & l. si vacantia C. de
Bon. vacant. libr. 10. constit. si quando, de
Hominib. Baron. Andr. & idem Afflict. in
cap. 1. §. si quis hominem in 10. notab. de
pac. tenend. & in cap. 1. quæ sint regalia,
in verbo, bona vacantia, & ita videtur
expresse ad aures intelligere Dom. Surd.
cons. 138. vol. 1. vbi facit mentionem de
quadam consuetudine loci Corij, per
quam disponitur in fortiori casu, quòd
aliquo decedente sine filijs ab intestato,
& sine communione, idest societate, succedant Domini loci in vniuersis bonis
existentibus extra receptum loci, etiam
si illi, qui decesserūt fuissent pupilli, & alij
intestati decessissent, idem Surd. cons. 240.
lib. 2. vbi meminit de quadam conuentione sic inita inter comites cum hominibus
Camini, qui intestati decedentes, dabant
tertiam partem Dominis Camini ¶ Vndecimo sequitur quòd si dicti Barones †
49 haberent concessionem meri, & mixti
imperij, possunt iidem ius ingabellare
alijs, vt quotidie videmus, nam vt plurimum Barones, & alij Comites, Duces, &c.
ingabellant eorum status, & territoria,
ac feuda, eaque affictant affictatoribus,
valent enim hi contractus, vt est capitulum Regni Regis Alphonsi 445. vbi tetigi
in versic. sextus modus infra tom. 5. & ita
ait Ballus d. q. 2. num. 94. & quæ dixi in
commentarijs Consuet. Panorm. cap. 55.
50 nu. 2. & ratio est quia iam iurisdicio † venit appellatione bonorum mobilium, &
immobilium vt per Cumiam de Syndic.
cap. 9. num. 20. & scimus bona talia posse
affictari, sicut pignorari vt in d. cap. 34.
Regis Alphonsi d. nu. 5. ¶ Duodecimo fit
quòd possunt ex tali concessione Baro-
51 nes † reuocare ad ipsorū tribunal eorum
vassallos, non obstante quauis renuntiatione, nec prorogatione, nam possunt facere, ne litigent coram alio iudice quàm
suo, quem deputarunt ipsi Barones vt dicam infra in cap. 32. Regis Incliti Ioannis declar. 10. tom. 6. ex quo habent iurisdictionem priuatiuam Io. Fran. de Ponte
d. §. 1. n. 24. 22. 41. ex Capic. decis. 9. limit.
2. Franch. decis. 411. Belluc. in specul.
Princip. rubr. 13. nu. 6. Ann. cons. 107 quia
ipsi Barones sunt iudices ordinarij suorum vassallorum iure Freccia authorit.
13. nam non obstante quauis prorogatione iurisdictionis coram alio iudice prorogato porrigendo petitionem coram illo iudice prorogato, vendicant illos ad
se, vt post Franch. de Accurs. Affl. decis.
195. Marant. in suo aureo Speculo part.
6. dist. 12. nu. 26. Io. Petr. Surd. cons. 47. sub
nu. 36. libr. 1. & d. cons. 210. libr. 2. nu. 10.
vbi quòd possunt ipsi Barones facere in
hoc decretum, & legem, ne vassalli litigent coram alio iudice quàm deputato
ab ipsis Baronibus ex Innoc. in cap. exterum de iudic. Butr. Roman. Soccin. decis.
Pedamont. & alijs, Ann. singul. 62. Petr. de
Gregor. de concess. feud. part. 8. quæst. 16.
per tot. Freccia authorit. 9. & 10. etiam
non obstante condemnatione facta possunt ad se auocare vassallos, idem Surd.
cons. 227. eod. libr. 2. & declarari facere
quod iudicium ad se spectet, siue sit ciuile
siue criminale, & interloqui quòd remi-

ȓantur,

.ziis

ctantur, vt obseruamus, argum. eorum
quæ dixi de syndico reuocante, pro qua-
uis iniuria, eiues Panormitanos in Con-
suet.79.nu.25.iuncto cap.fin.ibidem, qui-
bus addo Guid.Pap.decis.464. Modernos
Dominos Neapolitanos ad rub. ff. de in-
iur. secus est tamẽ pro grauaminibus ita
post Nigr.in cap.grauamina nu.60.tradit
Ballus in tit.de quæst.partic quæst. 2.nu.
52 59.¶ Decimotertio oritur † quia possunt
statuere, & facere banna circa delationes
armorum, vide quæ dico infra eod. in
capit.51.in 2.obseruantia, versic. arma
molita. ¶ Decimoquarto etiam fit quòd
ipsi Barones dant tutores pupillis in eo-
53 rum terris, † & Princeps non debet in
hoc se intromittere, vt tetigi superius
num. 27.& voluit post Io.Fabr.Curt.Iun.
Bero.Alex.Curt.Senior, Socc.Iun.Gram-
mat.Rolland.& alios idem Surd. d.cons.
210. nu. 2. & 4. ¶ Quintodecimo possunt
54 facere banna pænalia promulgari † ne
quis ingrediatur in eorũ fundos, & loca
etiã vassallorum, vt de quolibet priuato
hoc iddem scripsi infr.in d.cap. 31. Regis
Incliti Ioannis limit.2.tom.6.& quæ tan-
go infra eod.in cap.15. prope princip. &
hoc cum illa pæna eis beneuisa ex causa
secundum Oldrad.cons.15.Alexand.in l.
1. ff. si quis iusdic. & modo augendo,
nunc minuendo iuxta terminos l. fin. C.
de mod.mulct. Aponte loco citato d.§.1.
nu.42.43.ex Cagnolo & ita declaro quæ
posui superius nu.36. 37. ¶ Sextodecimo
55 possunt ordinare Barones † eorum vassal-
los circa excubias, & custodias faciendas
tẽporibus opportunis, & necessarijs, ma-
ximè hoc Anno 1614.(nã aliàs esset anga-
ria, & perãgaria vt ait Iacob.à S.Georgio
in tract.de homag.infine Menocch. cons.
28.nu.28.lib.1.) vt volui supra in cap.17.
Regis Federici infine, tom.2.¶ Decimo-
56 septimo possunt dicti Barones † eorum
subditis prohibere sub pæna ne in alium
locum transferant habitationem, vt dixi
circa nouas communantias in capit. 38.
Regis Iacobi tom. 1. Bart. in l. fin. ff. de
decret. ab ordin. faciend. Roman. Abb.
quos sequitur post Soccin. Iun. cons. 76.
nu.34.vol.3.& cons.76.nu.16. & seq. vol.
4.vbi quòd possunt reuocari illi, qui iam
recesserunt ad pristinam habitationem,
Surd.d.cons.210.nu.14.libr.2.arg.militũ
57 † qui non possunt vagari absque licentia
Principis, vel Capitanei habentis pote-
statem illam concedendi, sed stare in lo-
co deputato, & reperti alibi, vendicãtur,
acriterq; puniũtur in l. tribuni, & l. nemo
vbi Bart.C.de re milit.lib.12.cum cõcor-
dantibus positis supra in cap. 53. Rēgis
Federici nu.6.tom. 2. & per tradita à Io.
Franc. Ponte in tract. de potest. Proregis
tit.de militibus, ipsorumq. Capitaneis
sub rubr. de diuersis prouisionibus fol.
meo 507. etiam quandoque pæna capitis
per officiũ Sp.Auditoris, qui manu regia,
& velo eleuato ꝓcedat vt subdit ipse n.6.
¶ Decimo octauo possunt facere statuta
58 † vel banna nequis audeat recipere fo-
rensem, nisi eum ostendat offitiali dicam
infra eod.in cap.18.in 3 fallentia. ¶ De-
59 cimonono possunt collectare † homines
suos, Rub. d.cons.50. nu.6. Surd.loco ci-
tato nu.58. Ann.alleg.59.Natt.cons.389.
vbi quid quoad forenses ratione rei sitæ
vt per Ball.d.quęst.2 nu.81.Paulũ de Ca-
stro, & alios per eũ, & hoc de licentia prin
cipis, & simbilizat cũ cõpositione, de qua
tetigi superius, ibi, nono adiungo nu. 47.
¶ Vigesimo possunt indulgere, vt disponi-
tur infra in cap.490.Regis Alph. tom.5.
vbi quòd habentes merum, & mixtum
imperium Prælati, & Ecclesiasticæ perso-
næ, & Barones componere, vt tetigi supe-
riusversic nono adiũgo d.n.47.remittere,
& perdonare possunt, sic enim loquitur di-
ctũ capitulũ ea delicta, pro quibus veniret
imponenda pœna mutilationis membri,
& in omnibus casibus, in quibus veniret
imponenda pæna publicationis bonorum
ipsa sq; pænas commutare, & eorum com-
moditatibus applicare, etiam si in eorum
priuilegijs hoc expressè non contineatur
(exceptis criminib. læsæ Maiestatis in
personam, statum, & offitiales ipsius Ma-
iestatis, ac hæresis, ac falsæ monetæ, nisi
in eorum priuilegijs ampliorem potesta-
tem haberent vt disponitur in d.cap.490
quasi quòd hæ causæ non veniant in con-
cessione meri, & mixti imperij vt demon-
stro inferius versic.declaro vndecimo, n.
97.) non tamen intelligo de ea indulgẽ-
tia, quæ vocatur indultum, nam hoc eis
est prohibitum videbimus inferius num.
98. Anna in repet.cap.1.de vassal l.decre-
pit ætat.nu.139.& hoc ante sententiam,
& existente partis remissione vt decla-
rat Aponte in d. tit. de elect. offitiallum
nu.11.ex Franchi decis.470.& nũ.13.cum
seq. & ex Lanar.cons.3.Freccia in 9.auth.
Baron. post Bald.Cardin.Curt. & alios, &
60 restituere possunt etiã famæ †, quoties ex
pressè Princeps cõcessisset vt sentit opti-
mè Surd. & alij supra citati, aliter puto cõ
trarium, quia regulariter non possunt fa-
cere gratiam damnato, sed debet referi-
bi Principi vt ait Io.Ant. Bosell. ad stat.
Parmæ in tit.priuilegium Ottonis fol. 61

libr.1. ex Iacob. de S. Seuerino, & alijs,
& ponam inferius pro 12. declaratione.
¶ Vigesimoprimo est licitum Baronibus
61 † exigere carnagia, terragia, iura Doha-
næ (arg. eorum quæ de Dohana dicam
infra in cap. 353. cum seq. Regis Alph.
tom.5. vbi tetigi, versic. simile ius) & Ba-
iulationis in eorum territorijs, & Baro-
nijs, & gabellas, dummodo non sint de re-
galijs, nec de demanio saluis iuribus pri-
uatorum, sic habetur infra in capit. 456.
Regis Alph. vbi in principio tetigi quan-
tum ad hoc remissiuè, & iterum in cap.
459. tom.5. vbi disponitur quòd habentes
62 feuda plana † habeant iura Dohanæ, &
baiulationis, sic infra in cap. 494. eiusdem
Regis Alph dicitur quod possint dicti ba-
rones, & Prælati habētes merum, & mix-
tum imperium, nam de his verè loquitur
dictum capitulum cum sit subsecutiuū ad
præcedentia, possint percipere ius gabel-
læ tareni, & caxiæ in eorum terris, de
qua gabella tareni fit etiam mentio in
alio cap. 453. eiusdem Regis Alph. licet
regulariter dicta gabella tareni spectet
ad Regiam Curiam vt in d. capit. 494. &
iam vidimus supra in cap. 35. Regis Ia-
cobi sub versic. quatenus vero, tom. 1. de
dictis feudis planis, & quæ sint, & seria-
tim Cumia in cap. si aliquem in verbo in
capite sub nu.6. & 34. de dicto cap. Regni
459. solummodo citando rubricam, non
autem numerum capitulorum, & subau-
dit ipse Cumia quòd licet habentes ipsi
Barones, vel alij huiusmodi feuda plana
per hanc concessionem habeant annexam
iurisdictionem infra dicta territoria in
63 exigendis iuribus prædictis, attamen †
non merum, nec mixtum imperium con-
cessum intelligitur, sed solummodo sim-
plex iurisdictio ex Iason. in l. imperium
col. 6. ff. de iurisdic. omn. iudic. Aff. in
prælud. feudor. quæst.6. col.2. & nihilomi-
64 nus sentiūt præfati DD, esse dicta feuda †
etiam nobilia secundum communem
interpetrationem in Regno, non alterius
iurisdictioni subiecta quàm Regiæ Cu-
riæ, quamuis contrarium videbatur de
iure communi feudorum, nam feuda ipsa
plana, & de tabula simpliciter sunt mi-
nima vt per Frecc. de subfeud. tit. diffe-
rent. feudi quatern. lib.2. num.6. subdens
quòd talia feuda de quib. in d. cap. 459.
solent à rusticis possideri, & vt plurimum
redditum soluunt, nec militare præstant
seruitium per ea, quæ dixi in cap. 39. eius
dem Regis Iacobi in 5. intellectu d. tom.
1. & propterea subditur ibidem in 2. ca-
pite ipsius textus, vt nēpe quoties feuda
65 habeant castra † seu fortilitia dicantur
nobilia, de quibus aliqua scripsi supra in
d. cap 35. Regis Iacobi, & talis nobilitas,
vt dixit Petr. de Gregor. in tract. de con-
cess. feudi p.5. q.7. dupplicìter confertur,
primo respectu rei, quæ datur in feudum
v.g si erat burgensatica, nullamque ha-
bens dignitatem, & per Regem fit col-
latio, statim accipiens efficitur nobilis,
secundo respectu possessionis ipsius feudi
nascitur ipsius nobilitas, eo quia per in-
feudationē contrahitur, vt aiunt parado-
66 xium † idest nobilitas, vt dixi in cap. 27.
n.2. & seq. Regis Federici tom. 2. secun-
dum Andr. de Ysern. in cap. 1. col. 2. ver-
sic. in Regno Siciliæ de cōtrou. feudi apud
par. Cur. termin. per l. quidam consule-
bat ff. de re iudic. cum simil. adductis
per Cumiam in d. cap. si aliquem in ver-
bo in capite, num. 34. 35. vbi licet subdat
aliquas limitationes, nempe debere in-
telligi de feudo antiquo, & quaternato,
nihilominus illæ eius limitationes non
conueniunt huic dispositioni præsentis
capituli, de quo iam ipse facit mentionē,
sed fortasse dispositioni iuris communis,
& patet, quia in d. cap. 459. loquimur de
feudis planis, quæ vt dictum est in ipso
capit. 35. Regis Iacobi, non sunt nobilia,
& nihilominus ibi nobilitant, quoties ha-
bent solummodo aliquod fortilitium, vel
castrum, & sic absque vassallorum copio-
sorum numero, vt est de natura ipsius
feudi quaternati, vt in d. cap. 35. scripsi.
¶ Vigesimo secundo possunt dicti Baro-
67 nes † vel Prælati habentes merū, & mixtū
imperium habere reuisiones caussarum
saltim à summa vnciarum decem infra d.
cap. 493. Regis Alph. tom. 5. vbi plus sen-
titur, esto quòd solummodo mixtum im-
perium haberent quoad dictam summā,
est verum, vt ibi subditur quòd à senten-
tijs mox per eos latis in dicto iudicio re-
uisionis potest per partem grauatam ap-
pellari ad M. R. C. tam per viam reuisio-
nis quàm appellationis vt ibidem eod.
tom. 5. aliàs ergo vltra dictam summam
non possunt reuisionem concedere, quia
reuisio conceditur ex benignitate Prin-
cipis, & gratia ipsius vide post Iason, Ab-
bat. Marant. Carauit. & alios Ballum d.
q.2. sub n.3. & melius dicam infra in cap.
328. Regis Alph. ampliatione 2. d. tom. 5.
¶ Vigesimotertio oritur quòd facta su-
68 pradicta concessione meri, † & mixti im-
perij Baronibus, si Princeps concessit per
priuilegium Baroni vnum castrum cum
certo territorio, & etiam in castro, & ter-
ritorio concessit Baroni merum, & mixtū
imperium,

imperium, si postea auget illi territoriũ,
licet nihil dicat de ipso mero, & mixto im
perio, tamen extenditur, & videtur con-
cessisse in d. augmento iurisdictionẽ (arg.
quæ de Regno augmentato posui in
proœm. Rit. n. 10. cum seq. tom. 4.) Angel.
de Perusio in Auth. de æqualit. dot. §. aliũ
quoque, quem refert, & sequitur Rode-
ric. Suarez Alleg. 6. sub num 8. ea ratione,
69 quia † quoties augmẽtũ cõtingit in eadẽ
re est ipsius, cuius est res, & per hoc di-
cebat Bart. in l. cum fundus ff. de legat.
11. quòd facto legato de aliqua re, si aug-
mentum contingit in eadem re, est lega-
tarij, aliàs si separatim in alijs rebus, se-
cus, & ob id si v. g. emphiteuta legauit
rem, quam habebat ad emphiteusim, &
postea sibi peruenit plenum dominium,
non videtur tale augmentum deberi le-
gatario, quia est separatum ab vtili domi
nio à directo, Bart. in l. seruum filij, nu. 2.
& 3. ff. de legat. 1. arg. l. 3. C. de noua-
tion. & quæ dicunt DD. in l. 1. 2. & 3.
C. de iur. emphit. vbi Iason. ¶ Vigesi-
moquarto nascitur quia possunt dicti
70 Barones imponere † assisas in rebus co-
mestibilibus (vt tango remissiuè infra
in cap. 15. versic. etiam) cum ad eos spe-
ctet, ita post Io. Vinc. de Ann. singul. 60.
ait Ballus d. q. 2. num. 56. præter ea, quæ
sunt determinata per pragmaticas v. g.
frumento, leguminibus, vino, & simili-
bus. ¶ Vigesimoquinto dicti Barones cũ
mero, & mixto imperio habent cognitio-
71 nem ponderũ, † & mensurarum, quia ea
quæ de Iuratis dixi supra in cap. 116. Re-
gis Feder. n. 79. & seq. tom. 2. ad quos spe-
ctat, intelligo indifferenter de omnibus
Iuratis, & ita post Io. Vinc. de Anna sin-
gul. 388. Chassan. super Consuet. Burgun.
diæ rubr. 1. nu. 97. tradit ipse Ballus n. 57.
qui limitat præter aliquas mensuras,
quas cõstituit Regia Curia. ¶ Vigesimo-
sexto oritur quia possunt ipsi Barones cũ
72 mero, & mixto imperio destinare † dele-
gatos in eorum occurrẽtijs ratione quia
habent vices, & voces M. R. C. ita
Carauit. cap. Rit. 137. num. 6. & 12. Fol-
ler. in constit. inquisitionem de offic.
iust. Ballus d. q. 2. num. 92. 93. & ita ser-
uatur, nec mirum, quia create officia-
les iam ad eos spectat, vidimus supra nu.
13. 44.

Declaro primo, vt semper præferen-
73 dus sit ille † qui habet merum imperiũ
à mixto ita colligitur ex ordine rubricæ
cum alijs capitulis vt supra concordan-
tibus, & volunt omnes DD. cõmuniter *
& facit ad quæstionem, quòd si v. g. vnus
haberet iurisdictionem ciuilẽ, alter verò
merum imperium; & sic criminalem in
parte castri, vel in toto castro, tunc cu-
stodia castri spectat ad habentem merum
imperium priuatiuè quoad habentem iu-
risdictionem simpliciter ciuilem ita Fab.
Iordan. in d. constit. Regni, ea, quæ ad de-
cus tit. 69. quòd nullus Prælatus, lib. 1. &
latè per Luc. de Penna in l. 2. col. 9. C. de
exact. & exec. lib. 12. & per tradita supra
in cap. 6. Regis Petri tom. 2.

74 Declara secundo quòd in legato † vsus
fructus castri non venit exercitium iuris-
dictionis meri, & mixti imperij, sed tan-
tum ciuilis iurisdictio, ita refert Pisanell.
ad d. constit. ea, quæ ad decus fuisse de-
claratum * per Sacrum Consilium Nea-
poli Ann. 1524. 18. Iulij ex notatis per
Ysern. ibidem, & per illam declarationẽ
postea fuit facta decisio 185. Capic. Affl.
decis. 222. & decis. 265. nu. 101.

Declara tertio quòd licet ipsi Barones
75 possint componere † vt tetigi superius
nu. 47. ibi, nono &c. tamen intelligitur ea
subauditione, vt nempè non conuocent,
neque citẽt vassallos à remotis partibus,
& longinquis per ea, quæ late ad propo-
situm habes supra in cap. 29. Regis Fede-
rici versic. declara secundo tom. 2. aliàs
dicerentur ipsi Barones abuti eorum iu-
risdictione affligendo isto modo vassallos,
& posset auferri, vt subdam in seq. decla-
76 ratione 4. & ipsi Barones † qui haberent
priuilegium quòd eorum vassalli sint an-
garij, & perangarij, subauditur de anga-
ria, & perangaria intra pertinentias feu-
di, & non extra districtum iuxta termi-
nos l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. nisi ex-
presse Princeps ex priuilegio voluisset
quòd possint angariari etiam extra ter-
ritorium, & districtum, quòd non est præ-
sumendum in dubio, & dicit esse menti
tenendum Affl. loco citato, & in constit.
causas, nu. 8. eod. tit. vbi inuehit contra
Iustitiarios, aliosquè officiales, nam lex
77 vult quòd officialis † non debet esse one-
rosus subditis suis per l. obseruare ff. de
offic. Proconsul. & increpat etiam istos
qui tenent longo tempore carceratos (vt
etiam tetigi supra in cap. 117. eiusdem
Regis Federici versic. Intelligas tamen
d. tom. 2.) quia dicunt quòd carcer facit
prouentũ, & quòd hic labor, hic sumptus,
& eidem Affl. in constit. Magistri Came-
rarij, nu. 11. tit. 60. de præstando sacra-
78 mento, vbi ait quòd quando Baro † ha-
bet plures Ciuitates, vel terras, non de-
bet permictere quòd vnus officialis di-
ctorum locorum faciat citationes, & acta

judiciaria

iudiciaria hominum alterius loci in alio
loco, vt euitet dispendia illius, qui non est
de illo loco, sed in qualibet terra, vel ci-
uitate debet per vices, & tempora sedere
ad iustitiam administrandam in loco ip-
sorum, pront caussarum numerus exege-
rit, vbi subdit hoc fallere nisi Iudex or-
dinarius ipse ex vetustissimo tempore in
certa terra habuisset locum, & tribunal,
ad quod omnes sui subditi venerunt pro
iustitia, tunc seruabit locum, & tribunal
maiorum suorum per tex. in l. ius pluri-
bus, & in l. à procedente C. de dilation.
Angel. in d. l. ius pluribus, & in l. prætor
ff. de interrogat. action. idem Affl. in con-
stit. cum noua, num. 5. tit. 78. de instrum.
confic. & tetigi ad Pragmat. huius Regni
Siciliæ tit. de offic. iudic. M.R.C. pragm.
14. §. 9. tom. 1. in 3. notab. & recordor ali-
bi dixisse de hac erectione tribunalis in-
fra in cap. 67. §. 12. ex Thesaur. & alijs.

Declara quarto quòd licet dictis Ba-
ronibus sit concessum dictum merum, &
mixtum imperium, cauendum sit, ne fa-
79 ciant iniustitiam, † quia si ea abutantur,
vt tetigi modo in antecedenti declara-
tione 3. & iustitiam non facerent, potest
Rex dictum merum, & mixtum imperiũ
ab eis tollere, vt tetigi superius, nu. 45.
ibi, octauo &c. nam hoc est priuilegium,
quod ex causa potest tolli secundum Io.
de Imol. in cap. nouit de iudic. Innoc. in
cap. quæ in ecclesiarum de constit. Alex.
Ant. de Butrio Cardinal. & alij citati per
Affl. in cõstit. priuilegia, n. 2. & 3. de priui-
leg. eorũ lib. 1. rubr. 100. non est enim iu-
dex, si in eo non est iustitia, & consequen-
ter si Barones ea abutantur, possunt eadẽ
priuari ex Angel. in l. si dominus ff. de his,
qui sunt sui, vel alien. iur. & propter abu-
80 sum priuilegij, perditur priuilegium †
sicuti qui dat feudum intelligitur donec
sit fidelis, ob id dicitur à fide ad tradita
latissimè infra in cap. Regis Incliti Ioan-
nis vbi loquor de fidelitate tom. 6. vt se-
quitur idẽ Afflict. & sẽtit Surd. d. cõs. 152.
nu. 30. 31. ex Frecc. & Ant. Sola, vbi quòd
hinc est quòd Dominus potest præcipere
vassallo, vt causas expediat infra certum
tempus, potest enim Princeps comminari
Baronibus etiam habentibus primas, &
secundas causas ex priuilegio, vt infra
certum tempus caussas ipsas expediant
Freccia de subfeudis fol. meo 4. Gram-
mat. voto 28. Niger, & alij Domini mo-
derni Neapolitani in cap. granamina,
nu. 66. arg. eorum, quæ dixi supra in cap.
28. Regis Federici propè principiũ circa
expeditionem causarum tom. 2.

Declaro quinto quòd etsi Baronibus
quandoque sit concessum merũ, & mixtũ
imperium, non sequitur ex hoc, vt ipsi
81 possent leges condere, † sed ad Regem
spectat, & ita de Rege nostro Siciliæ,
Neapoli, & Mediolani testatur Io. Bo-
lognetr. in repet. d. l. omnes populi nu.
65. ff. de iustit. & iur. & iterum in rubr.
& l. 1. ff. quod quisque iuris num. 32. be-
neuetum quod non intelligo vt ipse sen-
tit quòd hanc potestatem habeant ex cõ-
cedente tam feuda maxima vt tetigi su-
pra nu. 41. ibi, quinto infertur, sed habent
82 ipsi Reges ex seipsis ex eorum regalijs †
quia solius est Regis legis condere dixi
in proœmio Capitulorum eiusdem Re-
gis Federici in 4. part. nu. 2. tom. 45. esto
quod Princeps, qui legem nouam conces-
sisset, præciperet ne haberet locum in ter-
ris feudatariorum, quod potest facere,
vt post Ysern. in cap. imperialem §. illud
nu. 70. ait Aponte cons. 15. nu. 1. immo si
recusaret ipse Princeps dictum decretum
nouum publicari in terris Baronum, non
ex hoc possent Barones idipsum statuere
in eorum terris sic ait Surd. d. cons. 152.
nu. 19. & 27. lib. 2. post Boss. nam licet lex
83 † debeat esse generalis vt tetigi in cap.
48. Regis Iacobi in prin. tom. 1. esto quod
adhuc esset directa vni, quia omnes li-
gant, vt de capitulis Regni dixi ibidem,
addo Acosta. cons. 6. nu. 10. potest tamen
ipse princeps negare vt sit generalis, sed
particularis in aliquib. locis, vt per ip-
sum Surd nu. 20. vbi quod solius Princi-
pis est legem condere, & interpetrari,
84 cum sit de regalijs † vt tetigi in princip.
Bart. Angel. Caccialup. Luc. de Penna,
Dec. & alij per ipsum Surd. & iterum d.
cons. 210. nu. 37. & nullis circumclusi li-
mitibus Sanseuerin. Iuuenalis, & alij per
eum sub nu. 57. & tetigi remissiuè infra in
d cap. 456. Regis Alph. §. 24. tom. 5. vnde
subdit ipse Surd. sub num. 27. quòd licet
fructus iurisdictionis spectent ad vassal-
85 lum † intelligitur quando descendunt ex
delicto commisso contra ius cõmune, sed
aliud est in his, quæ proueniunt ex deli-
cto non communi, & sic licet vnusquisq;
Fiscus possit occupare bona sibi subiecta
vt posui supra n. 10. 12. subauditur quan-
do ex communi iure bona confiscantur,
secus quando confiscatio inducitur à spe-
ciali aliqua dispositione ex Natt. Bart.
Bald. Butr. Imol. Angel. Aret. Brun. Marsi.
& alijs, & sic intelligitur de fructibus or-
dinariæ iurisdictionis, merique, ac mixti
imperij, non autem de alto dominio vt
per eundem num. 29. 30. cum seq. & tunc
con-

86 condendo leges † nouas, siue statuta debet inseri facere in volumine statutorum vt habeant effectum Bart. in l.a. ad fin. C. de pet. bon. sublat. lib. 10. & in d. l. omnes populi, col. vic. vers. secundo casu ff. de instit. & iur. & ita refert Bertacc. in suo repertorio verbo statutũ fol. meo 93. col. 2.

Declaro sexto nisi adesset negligentia
87 † dictorum Baronum, quia tunc potest Dominus se intromictere Io. Fab. Instit. de Attilitutor. in princip. ex gloss. in cap. pastoralis de offic. ordin. Surd. d. cons. 210. nu. 20. lib. 2. prout iam in alijs casibus se intromictit, quos recensuimus supra n. 18. 19. 27. 28. 29. & tangam modo in sequenti numero 88. 89. 90. 91. 92. 93.

Declaro septimo nisi adesset aliqua
88 causa ob publicam vtilitatem, quia possunt tunc Principes concedentes non obstante concessione dicti meri, & mixti imperij facere aliquid citra concessionẽ & se intromictere vltra casus quos posui supra num. 18. 19. 27. 28. ita ipse Surd. d. cons. 210. a num. 22. cum plurib. seq. vbi quod potest prohibere factionem salauitri alijs, & omnibus, vel si v.g. constitue-
89 ret officialem † in terris ipsorum Baronum pro causis viduarum Capic. decis. 27. nũ. 34. licet regulariter contra vt vidimus supra nu. 13. 44. 71. sicut in quibuscumq; congregationibus per Barones, eorumq; vassallos faciendis potest princeps impedire ne fiant eo inconsulto dicam infra in cap. 64. prope principium Regis Inclitj Ioannis tom. 6. vbi quod nec mictere possunt ambasciatorem ad Regem pro eorum negotijs.

Declara octauo quod licet in Baronem
90 † sint traslata iura vtilia, vt tetigi superius, nihilominus apud Principem remanet quoddam quasi vtile dominium ratione iuris vassallatici, quod habet in vassallum, vt puta iura seruitiorum, iuraque in pactum deducta, & consueta vt per eundem Surd. d. cons. 210. nu. 43. & consequenter penes dominum concedentem remanent plures relliquiæ, & ibi ponit aliqua exempla, & sic quamuis regulariter vassallus
91 † vassalli mei non sit meus vassallus, vt plura ponit ipse Surd. loco citato, & ego scripsi supra in capit. 39. Regis Iacobi num. 35. tom. 1. addo Menochio cons. 31. num. 38. 39. libr. 1. tamen quoad hæc dicitur vassallus, quia Princeps ipse habet generalem iurisdictionem ex Bald. Natt. Specul. Cors. Cort. Ian. Afflict. & alijs per eundem Surd. cons. 275. nu. 10. lib. 2. cum sic dominus personarum Bald. cons. 338. libr. 1.

vt per eundem Surd. d. nu. 43. cum pluri-
92 bus seq. inferens nu. 57. quod si Rex † haberet bellum cum aliquo, & Baro cum alio, vassalli, & subinfeudati potius tenẽtur adiuuare Regem, quàm Dominum ex Specul. Roman. Io. Raynald. & alijs; & sic iuuare dominum immediatum, & ibi Surd. latè ponit quæ possint fieri per Barones, & quæ non, præsertim sub nu. 58. 59. vnde quamuis supra viderimus nu. 18. 19. 27. 28. & 29. quod Princeps non potest se intromictere in terris vassallorum, non procedit in ijs, quibus vteretur princeps ipse ex suo maximo imperio circa reseruata, quia tunc habet concursum iurisdictionis quicquid dicat Boss. de pœnis nu. 27. quem reprehendit Surd. nu. 63. &
93 pono exemplum si v.g. Rex in terris Baronum destinaret Visitatorem ad visitandũ vassallos ipsorũ Baronũ, quia potest Ann. singul. 155. ad effectum vt cognoscat quomodo vassalli tractentur, & qualem iustitiam administrent, & hoc ex causa vt considerauit post Capic. & alios Aponte in d. §. 1. tit. de electo officialium num. 54. cum seq. ex Bald. d. cons. 328. vol. 1. nempe prouidendo quomodo tractentur vassalli vt scripsi supra latè num. 45. ibi, octauo sit &c. tam si esset destinatus particulariter, quàm generaliter vt post Bald. in l. si in aliquam ff. de offic. Proconsul. dixit Io. Franc. Purpurat. in d. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdictio nu. 588. vbi quod generalis visitator ex magna causa habet potestatem, quam alias non haberet, cui propter moræ periculum permictitur vt primo faciat præceptum, siue iniunctionem, postea cognoscat (& sic de alio Iudice per ea, quæ in materia præcepti posui in cap. Ric. 99. nu. 9. cum seq. tom. 4.) allegat Bald. in l. si quis ff. quemadm. test. aper. idem Bald. in l. 1. ff. de offic. Consul. & Io. Petr. Surd. consil. præd. 56. n. 8. lib. 1. qui dicunt in puncto quòd quando Prin-
94 ceps destinat specialem Visitatorem † non poterit generalis Visitator, nec Prorex se impedire, nec intricare in eius officio, nisi aliter dictus Visitator excederet ordinem sibi datum à Rege, nam possunt tunc Barones accurrere ad Illustrissimum Proregem, & ipse Regem certiorare, & quòd interim supersedeatur, vt refert D. Aponte sic alias obseruatum fuisse in Regno Neapolis dum voluit Archiepiscopus Salernitanus tamquam Visitator generalis ipsius Regni super non spectantibus ad eius officium se intromictere, ratione quia quoties vnus habet ordinariam iurisdictionem, alius verò

delegatam

delegatam, tunc delegati præiudicat ordinariæ ex eod. Bald. in cap. 1. num. 3. de offic. delegat. cap. 2. de offic. legat. idem Surd. nu. 10. & isto casu generi per speciem derogatur l. in toto ff. de regul. iur. vbi Cagnol. & Decius, Tiraquell. Berous, Natt. citati per ipsum Surd. num. 1. & vbi vna species iurisdictionis euellitur de genere, sicut particula à toto separatur, vel tamquam vna ouis extrahitur ab vniuerso ouili, vt ipse ibi ait, & num. 29. ex Fælin. in cap. pastoralis limit. 2. extr. de offic. ordinar. cum côcordantibus, vbi infert quòd si plures habeant cognitionem caussarum cuiusdam speciei, & Princeps vni committat certæ causæ expeditionẽ, nemo alius in ea se intromittit, & si vnus haberet vniuersalem iurisdictionem ad omnes causas, & alius est delegatus ad certum genus caussarum, nam si Princeps mandat vnam causam cognosci per eum, qui est ad certum genus delegatus, non poterit is, qui habet vniuersalem iurisdictionem, se in illa causa ingerere, & per ea, quæ latè in sua materia Visitatoris in Regno scribo infra in cap. 210. Regis nostri Philippi II. in notabilibus tom. 8.

Declara nono, quod per hanc concessionem meri, & mixti imperij non conti-
95 netur potestas dandi licentiam † vt tollantur à furcis cadauera corpora suspensorum, ita dixit Iacob. de S. Seuerino in tract. feudor. versic. dictiq. vassalli col. 2. quem refert, & sequitur Io. Ant. Bosellus ad Statut. Parmæ lib. 1. in d. tit. priuilegium Ottonis fol. 6. volũt dicere isti DD. quòd non debent statim tolli sed saltim per diem ibi in furcis stare, nam alias vtique possunt tolli de licentia superioris, & non aliter vt per Bellon. cons. 43. nu. 13. vbi dicit quòd corpus mortuum, in quem animaduertitur nõ potest aliter per cognatos, & amicos tolli, nec per alios, nisi cum dicta licentia per l. 1. cum seq. ff. de cadauer. punit. in cuius arbitrio est illos dare vel sepelliri facere per ministros, vnde parcat mihi Chassan. in consuet. Burgund. in tit. des confiscacions rubr. 2. §. 1. gloss. al confisque nu. 7. qui dicit quòd Iudices denegãtes tradere corpus suspensum parentibus ad sepelliendum peccant mortaliter, nam non est verum simpliciter, sed totum hoc pendet arbitrio Iustitiæ, quæ multoties solet homines suspensos in frustra secare, vt vidimus infra in cap. 31. in 7. obseruantia per totam, & prope finem.

Declara decimo, vt non habeant ap-
96 pellationes † nisi eo modo, de quo dixi

supra nu. 84. 85. 86. ibi tertio, & latius infra eod. in d. cap. 47. versic. intelligo quatenus, aliterque exercentes ipsas primas, & secundas caussas; sine alias regales iurisdictiones sunt in pœna capitis, constitutio cum satis & constitutio officij, à ponte d. §. 2. nu. 48.

Declara vndecimo, vt nec veniat con-
97 cessio † aut cognitiæ falsæ monetæ, nec hæresis, nec lesæ Maiestatis, nec criminis plagij in ipsa concessione meri, & mixti imperij, Vinc. de Franchis decis. 275. Fuit lata; Gigas in tract. de crimine lesæ Maiestatis sub rit. quis de crim. lesæ maiest. cognoscere possit Belluga in speculo Princip. tit. de iurisd. & vtroq; imperio rubr. 27. §. quia quotidiana, & ita esse statutum per capitula regni, nisi specialiter aliter priuilegia disponerent dixi superius nu. 60.

Declara duodecimo, vt non possint Barones regulariter, quibus esset datum dictum merum, & mixtum imperium, in-
98 dulgere, & sic indultum † concedere nec remissiones facere, nec restituere famam ex quo hoc ad solum Principem spectat, vt dixi infra in cap. 7. Regis nostri Philippi vers. declara primo, tom. 9. Bald. Iacobin. & Roman. in l. imperium col. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. Pedamont. decis. 101. Io. Petr. Surd. cons. 53. nu. 8. & 9. vol. 1. & cons. 199. nu. 21. lib. 2. tamquam de regalijs ex Affl. in tit. quæ sint regalia, Io. Franc. de Ponte d. tit. de elect. official. §. 1. nu. 9. & 10. vbi quod non est licitum facere ipsis Baronibus illas gratias, & concessiones, quas faciunt Proreges in visitationibus carcerum quantumcumque amplam haberent potestatem, & ob id non intelligitur concessum Baronibus ex generali concessione, quia non venit potestas indulgendi, & restituendi famam, sed, vt ea veniet, necesse est, vt in priuilegio, nedum ordinaria, sed potestatis plenitudo concedatur, Grammat. consil. ciuili 83. nu. 4 Rub. d. cons. 50. nu. 6 Surd. d. cõs. 210. sub nu. 58. lib. 2. & ita sentij supra nu. 60. ibi vigesimo &c.

Declara decimotertio, vt non aliter
99 acquiratur possessio meri, † & mixti imperij, nisi per dictas concessiones apparentes per regiſtra, vel per alias scripturas à tempore immemoriali, vt per Rodericus Suarez d. alleg. 6. sub d. num. 8. vbi loquitur generaliter de iurisdictione, & sic non valet aliqua præscriptio, vnde dixit Bartol. in l. 1. §. denique ff. de aqua pluu. arcend. quòd nulla ciuitas est in Italia, quæ præscripserit merum, ac mixtum

imperium

imperium absq; scriptura propter ignorantiam Regis, Fœlin. in cap. cum non liceat, de præscript. Scribentes in l. imperium ff de iurisd. omn. iud. Rip. in cap. cum ecclesia sutrina n.64. de caus. poss. & propr. & posui infra eod. in cap. 57. fallentia 17.

Declara decimoquarto, vt nō possint
100 dicti Barones habētes merum † & mixtum imperium facere, nec cōstituere Vicarios de iure, & si facerent, eorum processus essent nulli, vt post Zas. in d. l. imperium fol. 106. ff. de iurisd. omn. iudi. Andr. de Isern. in constit. In terris Demanij, Marant. in suo speculo distinct. 5. nu. 9. ait Io. Bolognett. in d. rubric. ff. de offic. eius n. 66. 67. ¶ Sicut nec creare armorum capitaneos nō possent quicquid sit de iure, & ita sentit de nostratibus Ballus de quæstionib. particularib. q. 2. lib. 4. n. 2. & n. 93. f. 145. qui dicit quòd in Regno non est visum Barones hoc facere, & licet Capic. & Luc. de Penn. dixerint posse Baronem habentem merum, & mixtum imperium facere in sua terra armorum Capitaneum, tamen Rex non prohibetur si vult ibi alium ponere, & tūc positus à Barone cessabit ex Io. Ant. de Nigr. Andr. & Afflit. & vide quæ tetigi in cap. 39. Regis Iacobi in 4. intellectu sub n. 143. tom. 1. sed solet Illustrissimus Prorex ipse met cōstituere Gubernatores dictorum Comitum, vel Baronū Armorum Capitaneos.

Declara decimoquinto, vt esto quòd
101 dicti Barones † habeant merum, & mixtum imperium, non ob id possint vti potestate deportandi, vel relegandi, l. 1. §. 1. de legat. 3. Affl. in constit. pœnam eorum de bannit. foriudic. rubric. 3. lib. 2. sub nu. 35. esto quòd haberent Insulas, sed debēt scribere ad Principē ex traditis supra in captu. optātes, quod est cap. 117. Regis Federici limitat. 7. in fine tom. 2. vbi quòd ad eum spectat nominare, est verum quod poterunt siquidem ipsi Barones, si in priuilegijs hoc expressè dicitur, relegare in insulam condemnando, si habent, etsi non habent, scribere principi, vt assignet, & iddem est quando ipsi
102 † vellent cōdemnare ad perpetuos carceres, nam si ex priuilegio non appareret, non possent sic condemnare ita post Bald. in l. 1. col. 2. C. qui ad libert. procl. non poss. de com. opin. testando ait Io. Bolognett. in d. l. imperium n. 76. ff. de iurisd. omn. iudic. & scripsi regulariter pro omnib. infra in cap 43. Regis Alph. n. 5. & seq. tom. 4.

Declara decimo sexto, vt non possint
103 facere † pragmaticas, esto quòd habeant merum, & mixtum imperium, nam concedere eas spectat ad Imperatorem, Regē, vel superiorē dixi in cap. 59. Regis Ioannæ versic. exceptust tamē infra Tom. 6. vbi tetigi quòd dictę pragmaticæ habēt plus virium, quàm aliæ constitutiones simpliciter factæ, stante quòd appellantur Principia Constitutiones super caussis in Concistorio ipsius vētilatis ex gloss. in l. fin. C. de diuers. rescripr. cum causæ cognitione factis vt tradit Io. Ant. Pugnator. super pragm. 4. Regni Neapolis tit. de falsis testib. fol. meo 155. n. 26. & alius Doctor Neapolitanus Io. Alph. Gennarell. super alia prag. 8. tit. de falsis fol. meo 209. n. 7. & 8. gloss. in capit. peruenit distin. 10. & ibi Archid. ac editis cū concilio procerum, & sapientum virorum l. moris §. solet ff. de pœnia, l. lege pragmatica C. de domestic. & protect. lib. 12. & per gloss. in l. iubemus C. de Sacros. eccles. l. fin. C. de diuers. rescript. Firmis n. in suo dictionario inverbo pragmaticum rescriptum C. de nou. Codice compon. §. fin. l. non aliter C. de pilar. lib. 12. Matth. Antonianus ad Guid. Papæ Decis. 17. in littera A. in verbo nota quòd pragmatica, & latius pono in dict. cap. 59. vbi videbimus quid sit dicere, pragmaticæ Sanctiones, & an sint perpetuæ, vel temporales, vel pœnales, ibi est materia ex Luc. de Penn. Afflict. & multis alijs.

Declara decimo septimo, vt non pos-
104 sint committere † causas statim vigore actus generalis, vt posui superius n. 43.

Declara decimo octauo, vt nō possint
105 guidare † nec assecurare reos, nec debitores videbimus infra in cap. 14. Regis Catholici Ferdinādi post princ. & limit. 6. tom. 7. vbi est ppria materia ¶ Sed an possint foriudicare, vide quæ suppleo in d. cap. 126. Regis Ferdin. vbi sequor alias similes illationes, & declarationes in versic. consequenter.

M. Muta.

Quòd Iustitia fiat æqua lance nullo habito respectu. Cap. X I.

ITem suæ placeat Maiestati quòd vniuersis, & singulis fiat iustitiæ complementum, tam contra Regiam Maiestatem, quàm contra quoslibet indistinctè, circumscripto omni fauore, amore, & seruitio, precibus, odio, vel mercede, sine differentia, aut delectu, acceptatione personarum. Ita quòd in iustitia facienda nulla fiat turbatio, vel prohibitio Officialibus ordinarijs, immo fiat eius actualis executio tam contra potentes, quàm contra debiles. Placet Regiæ Maiestati.

Vide supra in cap. 7. Regis Federici tom. 2. vbi multa posui, & modo addo memoranda, & notabilia scripta per Diuum Gregorium in eius moralibus cap. 11. part. 4. lib. 20. trasportata in cap. disciplina distinct. 45. vbi loquendo de administratione Iustitiæ, ait esse miscendam lenitatem cum seueritate, & in summa sit amor, sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderatè fæuiens, sit pietas, sed non plusquam expediat parcens, & recenset Io. Franc. de Ponte in tract. de potest. Proregis tit. 1. n. 34. & ideo ait Abb. in cap. ex tenore de for. compet. & in cap. nuper de donat. int. vir. & vxor. non esse ita viduis, & pupillis miserendum, vt alijs fiat iniustitia, & sic post Tiraq. Gomesium in regula Cancellariæ, Alex. & Iason. tradit Menoch. cons. 36. n. 54. lib. 1. & recordor alibi scripsisse de hoc.

Quòd filij Nobilium Siculorum recipiantur in domo Regia. Cap. X I I.

ITem suæ placeat Maiestati recipere in domo sua, & eius seruitio aliquos filios Nobilium, & proborum Siculorum, & ipsis prouidere de competenti modo viuendi, ac etiam dignetur prouidere aliquibus nobilibus, & probis, secundum quod antiqui Reges, & Principes sui prædecessores facere solebant, sic enim quæritur amor, & beneuolentia subiectorum, & Regia domus honorificatur. Placet Regiæ Maiestati.

S V M M A R I V M.

Reges Siciliæ solent in Curia eorum Regali detinere aliquos Siculos nobiles, siue laicos quàm ecclesiasticos n. 1. & seq.

Nobilitas debet probari per informationes receptas n. 2. & seq.

Nobilitas consistit in acceptatione eius, qui eam confert, ibid.

Nobilitati est fauendum, & vtile est Repub. adesse nobiles viros, n. 3.

Nobilibus est tantum relinquendum, vt possint viuere habita ratione eorum nobilitatis, nec pauperum vesci cibis, n. 4.

ÆC eadem petitio est
facta infra in cap. 71. Re-
gis Caroli tom. 8. cui pe-
titur, vt admictat in curia
1 Cæsarea † quinquaginta
de nobilibus Siculis, tam Ecclesia-
sticis, quàm laicis, & ipse decretauit,
ac respondidit, quòd iam aliquos ad-
misit de his, qui ad eandem Curiam
se contulerunt, & in futurum admi-
ctet secundum qualitatem persona-
rum: sicque in dies videmus, quòd
multi de nobilibus Siculis stant, & com-
morantur in Curia Regia, & ita etiam
in hac

in hac Regni petitione, per quam petitur Maiestati huius Regis nostri Martini, vt recipiat in domo sua aliquos filios nobilium, proborumque Siculorum prouidēdo eos de competenti viuendi modo, ratione quia, vt hic subditur; iam antiqui Reges, & Principes prædecessores facere solebant, & quòd sic quæritur amor, & beneuolentia subditorum, ac regia domus honorificatur, ipse respondidit, placet: sic in simuli potes cauere infra in cap. 386. Regis Alph. tom.5.vbi fit mētio de personis ecclesiasticis commorantibus in Curia, & quietationem percipiētibus, de quo tetigi supra in cap. 7.vers.hic. de secundo, limit.5.

Ad huius Capituli practicam solet recipi informationes † de nobilitate, &
2 moribus Siculorū antequam accedat, & negotium committitur Illustrissimo Proregi, quia si Rex acceptaret absque admissa probatione, eo ipso diceretur nobilitare, nam nobilitas consistit in acceptatione eius, qui eam confert, vt post Bart. Io. de Plat Raynald. Gugl. de Benedict. & alios tradit Tiraquell. de Nobilit.cap.6.n.27. quod comprobatur authoritate scripturæ sacræ Deutoron. capit. 1. tuli de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, tribunos, & centuriones, vt multa ipse refert in tit. Nobilitatis prærogatiuæ, & priuilegia, quia in effectu, vt ait Cicero in Orat. pro P.Sextio, omnes
3 boni sēper nobilitati † fauemus, ex quo vtile est Reip. nobiles esse homines dignos maioribus suis idem Tiraq. cap.20. num.193.

Nota ibi, de competenti modo viuen-
4 di † quòd nobilibus est tātum relinquendum, vt possint viuere habita ratione eorum nobilitatis, itaut nec cogatur solus viuere, nec pauperum vesci cibis, idē Tiraq. d. cap.20. n.142.cum seq.

M. Muta.

Quòd nullus audeat ordinare carricatorium, nec tractas exigere. Cap. X I I I.

ITem suæ placeat Maiestati ordinare, quòd nullus Baro audeat, nec præsumat in locis proprijs portum, seu carricatorium ordinare; nec alicui sit licitum præterea tractas exigere; iura enim tractarum, & exituræ extra Regnum soli Principi reseruentur, alijs inde penitus exclusis. Placet Regiæ Maiestati.

S V M M A R I V M.

Tractas concedere, & portus, siue carricatorium ordinare ad solum principem spectat num.1.
Tractæ non soluuntur per Siculos de extractionibus infra regnum, n.2.
Carricatorijs solet Princeps concedere aliquibus grana n.3.



BReuissimum est, H. d. tractas exigere † nec
1 propriū portum, seu carricatorium nemini ordinare liceat, ratione quia ad solum Principem spectāt iura tractarum, & exituræ extra Regnum omnino alijs exclusis, & ita tetigi infra in cap. 456. Regis Alph. versic.& quia §.14.vbi facio mentionē de aliquibus Regalijs tom.5.beneuerum quòd in extractione infra Regnū
2 Siculi † nō soluunt tractas sic infra eod. in cap.41. sicut iddem esset quando Rex
3 ipse concessisset † alij siue ex titulo oneroso, vel lucratiuo grana super dictis carricatorijs Regni arg. eorum, quæ dico infra cap.15.sub vers. secundum, quia tales gratias, siuè concessiones dispsuit Serenissimus Rex Alphonsus obseruari, vt habes in cap. 472. d.Tom.5.

Quòd exules pro Regia Maiestate remunerentur. *Cap. XIIII.*

ITem suæ placeat Maiestati, quòd illi, qui fuerunt exules, & damnificati pro Regia Maiestate, sint remunerati in officijs, & beneficijs. Placet Regiæ Maiestati.

Dixi supra in proæmio Capitulorum Serenissimi Regis Federici in 2. parte, tom. 2.

Quòd victualia non denegentur necessaria Siculis. *Cap. XV.*

ITem si quæ Ciuitates, & loca, vel terræ Regni indigeant frumento, vel alijs victualibus necessarijs, quòd Barones, vel vniuersitates Regni eiusdem non possint denegare eisdem locis de eorum victualibus, pecunia mediante. Placet Regiæ Maiestati, deducta prouisione loci, vel terræ, à qua petitur extractio.

S V M M A R I V M.

Charitas ordinata à se ipso incipit, n. 1, inferas, n 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. declara n. 30. fallit n. 31.

Extractio victualium non potest impediri patronis per prælatos, comites, Barones, nec per alios officiales Demanij, nisi deducto bastibile loci, & quomodo, n. 2. & seq. & n. 39. & n. 33. 34. 35. 36. 37. limita, n. 38. 39. 42. 43. 44. 45. 67. 70. 76. 77. 78. 79. 80. intellige n. 81. 82. 83. 90. 92. 93.

Statutum potest fieri siuè probibitio per vniuersitates super victualibus, & taxari iustum pretium, n. 3. cum seq. & n. 14. & ligat Clericos, n. 15. 16. 17. 18. etiam super vestimentis, & loerijs domorum n. 19. declara n. 20. cum pluribus seqq.

Victualia possunt ordinari vendi iusto pretio, ibid.

Pretium iustum potest taxari in rebus victualium, & similium, ibid.

L. nec emere C. de iur delib. limitatur in rebus venalibus victualium, n. 4. fauore monasteriorum n. 5. in lapidicinis n. 6. in frumento, n. 7. 8. amplia n. 9. 16. 22. limita n. 10. 11. 13. 29.

Vendere cōpellitur res suas quis in multis casibus, & quando non, ibid.

Monasteria possunt per vim pro eorum vsu sibi capere domus vicinas soluto pretio, & quomodo n. 5.

Lapidicinas habens in suo prędio potest compelli vendere iusto pretio, n. 6. 30.

Frumentum agri potius debet vendi domino loci, quàm alij, n. 7. 8.

Colonus dicitur partiarius, & babet societatem cum domino agri, n. 8.

Socius præfertur venditioni faciendæ per consocium, ibid.

Vassallus tenetur potius vendere domino, quàm alij, n 9.

Vendere non cogitur quis rem suam, si vellet pro vsu suo retinere, n. 10 vel si emptor distulerit emere, n. 11. aut essemus in cessionario, n. 13. vel non sufficeret sibi, n. 29.

Alienare probibitus extra familiam, si eos requisiuerit, & noluerint, poterit in alios alienare, n. 12.

Cessionarius non gaudet iure prælationis sicut dominus, qui cessit, n. 13.

Assisia, vel taxa potest ordinari per superiores, & Barones in rebus victualiū n. 14. 15. 21. 32. etiam in terris ecclesiæ n. 57.

Frumentum non potest vendi plus pretio taxato, etiam per Clericos, n. 15. præsertim tempore penuriæ, n. 16. etiam viliori pretio n. 21.

Clerici ligantur statutis secularium circa res victualium, ibid. & de non ferendo ori-

debet obtineri licentia, & confirmatia à summo Pontifice, & superiore ecclesiastico, n.54.

Principis est secularis habere curam de populis in temporalibus. & facere leges ad viuendi rationem, & conseruationem, & pro bono regimine, n. 58. 59.

Clerici in concernentibus polticam naturalem an habeant eundem rectorem principem secularem. sicut laici. n. 59.

Clericorum priuilegium nō transit adeptores bonorum ecclesiasticorum, n. 60. etiam si pacto expresso sic emerint, vt conducant ad locum vbi est soluenda gabella, n.61.

Gabella an sit soluenda per emptores laicos rerum ecclesiasticarum, ibid.

Posatas dare tenentur coloni laici, & cōductores rerum ecclesiasticarum, n.62. cum seq. & quid extra ciuitatem, n.64.

Posatas dare affert magnum onus, ibid.

Posatas non tenentur dare ecclesiasticæ persona, nec receptare stipēdiarios, ibid.

Clericorum, prelatorū, & relligiosarum personarum domus non possunt per offitiales seculares tolli habitandi causa, per vim, nec criminalia iudicia ibi exerceri, ibid.

Vniuersitates tenentur dare domum offitialibus pro iustitia ministranda, n.63.

Posatas dare nullus ciuis tenetur extra ciuitatem, n.64.

Statuta odiosa nō ligant Clericos, nec personas ecclesiasticas, directè, nec indirectè, nec eorum colonos, nec inquilinos, secus si non afferrent dannum, & quæ sint n.65.66.

Statutum si dictaret quod Clerici aliquid faciant, aliter eorum consanguinei teneantur ad tantam pœnam, non valet in eorum odium, n.66.

Extractio non potest impediri si frumentum venisset extra regnum huc, & nō esset permansurum, sed esset de transitu n.67.

Immunitate ecclesiastica non gaudēt capti à Iustitiarijs, & ducti per ecclesiam de transitu n.69.

Extractio non potest impediri si proprio vsu exportarentur res, n. 70. & quid si mutetur propositum n. 71. & an soluatur gabella n,72.

Statutum si rrohiberet emi frumentum in platea nisi pro vsu proprio, quid si quis emat, & postea vendat mutato proposito an incurrat pœnam, n.71.

Propositum principale semper attenditur n.71. 72. 73. 74. 75.

Absens causa reipublicæ, vel causa appellandi eorum S. Pontifice potest gerere propria negotia, ibid.

Nauis si veniret huc Siciliam, & mutaret propositum discedendo, & exonerarentur per vim res, debet solui dobana, num. 75.

Dobana solui debet per nauim, & vassella exonerantia res suas, non obstante propositi mutatione ibid.

Extractio victualiū de vna terra craliā huius regni impediri non potest, n.76.

Extractio impediri non potest tempore abundantiæ, n.77.

Extractio non impeditur pro rebus necessarijs Siculorum, nec tractæ soluuntur, n.78.

Tractæ non soluuntur quando fit extractio infra regnum, ibid.

Extractio non potest impediri si inferior prohibuit, & superior officialis concessit, n.79.

Extrahendi facultas non intelligitur in prima vice, & quando, n.80.

Extractio victualiū intelligitur pecunia mediante, n.81.

Extrahendi licentiam habens debet soluere gabellam, n.83.84. alias confiscantur res omnes, & animalia, & naues, & quomodo. n.86. esto quod res essent minimæ, n.87. declara n.88.89.

Gabella debet solui per eum, qui habet immunitatem de contractu vēditionis, ibid. esto quod dictum esset liberè, n.84. alias fit confiscatio n.86. 87 declara, n. 88. 89.

Liberè, verbum intelligitur arbitrio boni viri, secundum terminos iuris, & restringitur ad ea, quæ sunt ex bono, & æquo, n. 84. non obstante quod importet, absque impedimento, & contraditione n.85.

Procurator habens liberam potestatem operari debet sine fraude secundum æquitatem, n.85.

Extrahere prohibitus vinum extra locū, nec vnam phialam exportare potest, n.87.

Extrahere se negans res, sed dicens alio portare, an soluet gabellam. n.89.

Extrahendi licentiam habens, vel immunitatem non prodest quoad ea, quæ negotij causa habet, n.90. cum seq.

Statutum concedens immunitatem, vel licentiam ciui extrahendi fructus de suo loco, non extenditur ad eos, quos percipit de fundis alienis, n 91.

Panormitani ciues habendo ex priuilegio vendendi carnes, & vinum ad cannatellam absque meta, intelligitur de pro

prys

prijs rebus, non aliorum, nec conducti, aut communibus, vel aliter, ibid.
Extrahendi licentiam habens debet profiteri, denũtiare, vel petere licentiã, n.92.
Extrahendi licentiam habens potest impediri tempore necessitatis ne extrahat, n.93. nec reficitur dannum n.94.95.
Gabelloto non fit remissio ob sterilitatem vnius anni, n.95. maximè stantibus renuntiationibus, n.96.
Sterilitatis tempore an, & quando possit fieri remissio, ibid.



Vo videntur cõcessa
per Regem nostrum
ex dispositione præ-
sentis Regni Capitu-
li, in quo pulcherri-
mæ, & vtiles materię
tractantur.
PRIMVM namq; præuidet chari-
1 tatẽ ordinatã debere de se incipere † &
quatenus frumentorũ extractio cõcedit,
vt dicã in 2. capite, est, vt prius deducat
prouisio loci, vel terræ, à qua extrahitur
tale frumentũ, facit supra cap.55. Regis
Federici tom.2. vbi tract. de extractio-
ne vini, & aliarum rerũ adduco textum
concordantẽ in cap.27. Regis Incliti Io-
annis infra tom.6. & per vulgatam l. præ-
ses C. de seruit. cum multis, quæ dedi
in consuet. Panor. cap 32. n.39.51. cum
seq. & simpliciter trãseunt hic Boniorn.
& Fimia. Surd. cons.345. n. 28. lib.3. de
quo etiam memini in cõsuet.57. sub n.8.
vbi refert illud adagium, quod profecto
facit ad propositum,
" *Alpibus ipse perit, quo se plus diligit vllum,*
& idem cons.205. n 12. lib.2. & cõs.473.
n.15. lib.4. vbi ex Bald. cons.302. col.1.
vol.4. Crauett. cons.350. n.24. & cons.8.
n.17. Marcus Ant. Rouescalens. ad scho-
lia eiusdẽ Baldi cõs.299. vol.1. & subdit
ipse Surd. quòd plus amat quis vnguẽ sui
pedis, quàm alieni capitis verticem: In
tantum, vt primo debeamus nobis pro-
uidere, & postea alijs quando possumus,
cap. nõ satis dist.9. & ita in puncto ait A-
lex. Rouidius F. P. Mediolani status in
alleg. quam fecit pro ipso statu, versic.
etenim, quam manuscriptam habeo, fa-
cit in terminis, & est quasi concordans
aliud cap.26. Regis Alph. infra tom.4.
remissiue hic, in quo disponitur non pos-
2 se † impediri extractionẽ victualium patro-
nis per Prælatos, Comites, & Baro-
nes, nec alios offitiales Demanij, nisi so-
lum, vt deducere possint tantam quan-
titatem victualium cum pingue, siue, vt
aiunt bastibile, vt subdam inferius n.82.
pro loco, vnde extractio facienda est (&
nota illud verbum, ad pingue, quod est
concordans, & facit cum Ritu cap.112.
vbi posui infra in versic. sirque distractio,
tom.4.) & ita dicit Boniorn. in d.cap.26.
saltim retinendo salmam vnam pro qua-
libet masunata, vbi adiungit, posse Baro-
nes, qui habent huiuscemodi iurisdicio-
nem prohibere, & facere banna vsque
ad dictam summam, & ita annuisse * olim
Iudices M. R. C. huic intellectui testa-
tur ibidem ipse (& per ea, quæ dixi supra
in cap. 10. in versic. si igitur, ibi, quinto
decimo possunt &c.) beneuerum quòd
facere diueum, & prohibitionem de non
extrahendis victualibus per ipsos Baro-
nes, & Prælatos, non valet, vt subdam
modo in versic. & valere tale statutum,
ibi limita &c. Immo, vt dicit Affl. post
aliquos in prælud. const. Regni quæst. 3.
3 sub n.7. potest vniuersitas † isto casu fa-
cere statutum, siue pęnã super victualib⁹,
& rebus, quæ sunt ad vsum vniuersitatis,
sine quibus nõ posset, viuere, (arg. eorũ,
quæ dixi supra in cap. 21. Regis Federi-
ci. sub versic. & quoniam, tom.2.) quòd
isti tales deducto vsu pro se, & familia sua
compellantur vendere, & potest taxare
iustum pretiũ post Andr. de Isern. ab eo
allegatum, Bald. in rubr. de constit col.4.
Ant. de Butr. Ioann. de Plat. & alios arg.
eorum, quæ dico infra in cap.73. Regis
Catholici Ferdinãdi declaratione 4. vbi
de taxatione mercedis operariorum tra-
cto tom.7. & est limitatio ad l. nec eme-
4 re † C. de iur. delib. vt etiam scripsi de
hac limitatione supra in cap.19. Regis
Iacobi à n 16.17.18. & seq. tom.1. & est
limitatio prima adducta per ipsum Affl.
vbi etiam limitat 2. in casu monasteriorũ
5 † quia potest ex causa capi dom⁹ vicina,
vt ipse ait sub n.10. & 11. & ego scripsi in
cõmentar. Cõsuet. Panor. cap.29. ampl.
4. post Vinc. de Franch. & Iason, & post
Affl. Angel. Abb. Ioann. de Ligna, Bart.
Veronens. Gugliel. de Cun. Florian. de
S. Petro. Guid. de Suzar. Andr. de Isern.
Fælin. Ioann. Andr. locis per ipsum Affl.
allegatis, addo Beroum cõs.135. lib. 3. &
quæ dixi in cap.116. Regis Federici sub
versic. vltimũ, tom.2. quia hoc operarur
fauor publicus, nam soluto pretio possũt
auferri dom⁹, aliàs sine pretio esset quod
dam diabolicum, & etiam repugnaret
iuri gentium, ac naturali, vt ipse Affl.
ait ex Bald. & Alberic. de Rosat. nisi ex
causa, & publica vtilitate fieret, quo ca-
su etiam absq; pręti pretij refusione pos-
ses

possit tolli res, vt ex multis ait ipse Affl.
quæst.4.n.6.& 7. adducēs ipse alias duas
6 limitationes † sępe si quis in prædio suo
habeat lapidicinas, nam ex cōsuetudine,
vel statuto potest compelli ad venditio-
nem iusto pretio per l. venditor §. si con
stat ff. com.prædior.& ex Andr.de Iser.
ab eo allegato,præsertim si nobis nō no-
cet, & alijs prodest,vt dicam inferius, n.
7 30. quarta, & vltima limitatio † per eū
est quando colonus venderet frumentū
agri, quia potius tenetur vendere domi-
no loci, quàm alij post Bart. Alberic.de
Rosat.Salicet.Iason.& Fabian. de Mon-
te, sic scripsi in d. commentar. consuet.
Panorm.cap.84.n.17.& in cap.28.Regis
Iacobi n.14. tom.1. latissimè Surd. cons.
205.col.1. & seq.lib.2.vbi ait quòd licet
hęc regula videat̄ procedere in fisci co-
lono, tamen idem iudicatur quo ad co-
lonos quoscumq; ex Roman. Soccin.
Fælin. Iason. Parid. de Puteo,Rip.Ant.
de Burgos, Tiraq. Ioseph Ludouic. &
8 alijs, ratione quia colonus † dicitur par-
tiarius, & habere societatem cum domi-
no, & socius præfertur venditioni faciē-
dæ per consocium ex Bald. in l.2.C.
de comm. rer. alien. cum similib. per
Surd. num.2. 3. & seq. (arg. eorum,
quæ dixi in consuet. Panor. capit. 51.
9 n. 74.) sicut vassallus † tenetur etiam
vendere potius domino quàm alij ex Ia-
son Put. Affl.& alijs n.5. maximè quan-
do res fuerūt expositæ venales, vt de ha-
bitatione,& vestimentis meminit ipse n.
10 6.nisi † pro suo vsu vellent retinere, nā
non tenentur amplius vendere, & stan-
dum est eorum iuramento per ea, quæ
subdam inferius in versic.iddem possum,
& est locus isto casu pænitentiæ si subsit
causa mutandi propositum, vt post Sa-
licet.Purpurat.Alciat.& alios ipse Surd.
11 n.27.28.vel nisi † venditor requisiuerit
emptorem, exposuitq; rem venalem, &
emptor distulit, vel nō deliberauit eme-
re,vt cumulat ipse Surd. multa n. 17. 18.
19.& quæ dixi in consuet.Panormi cap.
28.n.14. & seq. sicut dicitur de prohibi-
12 to † alienare extra familiam, nam si oēs
de familia requisiuerit, & noluerint,po-
13 terit in alios alienare d.n.18. vel nisi † si-
mus in cessionario domini, nam non ha-
bebit hoc priuilegium personale præla-
tionis,quod cedi non potest ex traditis
in consuet. Panor. capit. 26. nu. 169.&
seq. idem Surd.n.20.21.22.23.& multas
alias adnotaui in d. l. nec emere, addo
Abb. in cap. 2. extr.de empt. & vendit.
Bart. in l. annonam ff. de extraordin.
criminib', & quæ suppleo inferius, vt
14 sic: & repilogem, potest taxari † iustum
pretiū in rebus venalibus maximè co-
mestibilis quia superior etiā baro vt tan-
gam inferius n.32. & in terris ecclesiæ
n.57. in rebus necessarijs ad quotidianū
vsum circa victum,potest hāc taxam,siuè
assisiā ordinare per l.1. §. cura carnis vbi
Bald. ff. de offic. Præfecti vrbis, l. fin.
§. item ff. de munerib. & honorib. & ita
post Bart. Bald. Salic. Luc. de Pēna Ca-
pell. Tholosan. & ibi Aufrer. Abb. Rip.
Couarr. Stracc. & Marc. ait nouissimè
Petr. Caballus in eius resolutionib. cri-
minalibus cēt.1.casu.9.n.1.& seq. Surd.
d. cons. 205. n.6. 7.& 8. qui ait quòd iu-
sto pretio, & non pro libito vendere te-
neatur, & licet ipse n.29. 30.& 31. dicat
quod pretium debet dari tantum quan-
tum reperitur ab alio, tamen non negat
ipse quòd tunc est taxandum,quādo lex,
siue statutū dictaret, quòd teneatur quis
vendere aliquid ex Cuman. Alex. Iason.
Castrens. Imol.Rip. Ioann. Andr.& alijs
15 adeo vt tale statutum † vel bannum prę-
sertim de non vendendo frumento plus
certo pretio liget Clericos, vt tetigi su-
pra in cap.116. Regis Federici vers. sex-
tum, tom.2. Io. de Plat. post Bart. in l.
1. C. vt nem. hic. in empt. spec. lib. 10.
Sot. 4.sent. dist.25.q.2. Molin. Nauarr.
Vasq. Ignatius Lopez, & alij de quibus
per Io.Phil. Maynard. de priuil. eccles.
art. 23.n.5. vbi sic esse promulgatam le-
gem Hyspanię ne quis frumentum ven-
dere possit, & seruari à Clericis, tuncq;
Clerici ligātur nō ex vi ipsius legis Prin-
cipis laici, sed vi rationis naturalis, &
diuinæ idem Maynard. n.35.36.37. For-
tun.Garzias de vlt. fine illat. 13. n. 158.
cū seq.Nauarr.in manuali cap.23. n.88.
Surd. cons. 301. n.30.Io.Graffis in decis.
casuū conscient.cap.57.lib.2. Menocch.
16 cons.100.n.17. vol.1. maximè † tempo-
re, penuriæ,quæ fugienda est secundum
Gloss. in proæm. Digestorum §. nos ve-
ro tantam penuriam, quæ allegat con-
cordantes, & tangam inferius n.37. quo
casu tenentur ad vendendum, & emen-
dum frumentum ex Bart. in l.1. in fine,
C. vt nem. hic.in vend.spec.lib.10.& ibi
Io.de Plat.Surd.d.cons.301. col.2.lib.3.
17 &col.3.sicut in simili dicit valere † statu-
tum laicorum, & ligare clericos quando
v.g. esset factum de non serendo orizam
quia pro publica vtilitate factum est tum
pro aeris salute, tum vt homines loco
orizæ inducantur ad secundum frumen-
tum granum, & bladum, vnde magis
prospi-

prospicitur humano victui quàm ex oriza mali succi, & nutrimenti, sic Gabriel cons.37. vol.2. Menocch. cons.800. idē Surd.loco citato n.4.& sic quoties com-
18 mune † bonum adest, clerici, & ecclesię ligantur statutis laicorum Sot. Nauarr. Messias, Vinc.de Frāch. & alij per ipsum Surd. n.5. & 6. vbi subdit aliter contrauenientes peccare mortaliter(& per alias rationes, quas subnectā inferius in 2. capite sub versic. ligare pōt) quamuis ipse Surd. postea à n.12.cū pluribus.seq. videat tenere non ligare statutum ex potestate edicentis,& dicam inferius in d.2.capite n.48.49.cū seq.: sicut dixi de vestimētis,
19 † & loherijs domorū supra in capit.90. Regis Federici versic. in tantum tom.2. ex quo sub verbo victus venit habitatio ex Bald. in l.1.C.de Episc.audiētia Cyn. in l. necui C. locat. idem Bald.in l.1. ff. solut. matr. citati per ipsum Affl.qui subdit n.8. ex Alberic. de Rosat. in 1. part. statut. quæst.93. quòd non ob id potest
20 fieri † statutum contra vnum, vel plures singulariter, vt vendant dictas res comestibiles tanto pretio, nisi ex iusta causa fieret ipsum statutū cōtra aliquē priuatum in eius præiudicium ex Iason.in l.1. col.2. ff. de legib. & ex his , quæ posui supra in cap.108. eiusdem Regis Federici ampl.2. d.tom.2. sed generaliter valet super vsu hominum , arg. stabularij , & & cauponæ. qui non possunt itinerantes expellere ab eorū offitio maximè tēpore caristiæ, quia tunc adhuc diuites cogun-
21 tur vendere † frumētum tempore famis etiam pretio viliori, subdens quòdsi v.g. esset prouisum per offitiales per statutū quòd omni die portetur tātum de piscibus, si superueniunt homines,potest augeri quantitas portanea , vt pulchrè per ipsum Affl. n.9. Bart. cons.127. Bald. & alij relati per Surd. cons.210.n.64. lib.2. vbi infert ad multa , in tantū vt super his vtēsilibus possit imponi assisia, dixi supra in cap.40.eiusd. Regis Ferdin.eod.tom. 2.immo quemadmodū illa l. nec emere
22 † procedit quòd quis cogatur quādoq; vendere, ita similiter potest prohiberi ne vendant res suas patroni , nisi prius vendantur frumenta Regię Curię,vel Baronum,& ita obseruatur in aliquibus partibus,& est consuetudo, de qua in constit. Magistros Procuratores , & ibi Affl.n.1. tit.85. de Locat. demanij lib.1. vbi dicit valere consuetudinē talē certi loci quòd quis non possit vendere bona sua , nisi prius vendantur bona eiusdem generis Regiæ Curiæ, prout fit in hac vrbe quasi

ordinariè , sicut in multis partibus viget dicta cōsuetudo quòd vassalli nō possint vendere frumentum, & similia, nisi prius vendatur frumentum Baronū , quemadmodum de coquere panem,molere, macellare &c. vt ibi per Affl. qui subdit valere dictam consuetudinem n.4. qua non stante,aliàs esset imponere grauamē subditis , ex quo esset contra ius positiuum cap. significauit de appell. ideoquè potest etiam per legem statui vt vendantur prius bona Curiæ, & postea aliorum, ex quo non est contra legem diuinam , nec contra ius naturale, & pro prędicta consuetudine dicit facere d. l. præses C. deseruit.arg. medici patroni, qui præferuntur in præstandis seruitijs, & operibus medicinæ eius libertia ¶ Quæ omnia volui demonstrare pro sequela supradictę conclusionis,per quā dixi quòd prius debeamus nobis prouidere,postea alijs;Ob quod faciendo illationem inferunt DD. & Dyn. in l. cum quidam , & ibi Bart. n.3.ff.de legat.1 1.quòd si Priori fratrum
23 prædicatorum † cōmissa est electio pauperum , vtiq; posset eligere fratres suos, & ita concludit etiam Petr. de Anchar. cons.83. vbi loquens in Abbatissa , quæ cum alijs fuerat relicta executrix , poterit in suas moniales distribuere , & cons. 437. qui loquitur de distributione inter suos,idem Bart. in l.vnum ex familia §. si duos ff. de leg.2. licet regulariter sit contrarium , cum nemo possit se ipsum eligere vt post Bonifac. Vitalin. Anchar. Castrens. Roman. & alios ait Surd.cōs.4. n.39. lib.1. ¶ Immo loquendo de hac
24 ordinata charitate , melius tenemur † ciuibus nostris quàm extraneis , pro vt est etiam intentio præsentis capituli , quod vult,vt victualia prius procurentur ad vtilitatem ciuium , & mox exterorum, & sic isto modo deuenire ad hãc extractionem , & in terminis de ciue,& extraneo Bart. in l. fin. C. de annon. lib.11. & in auth. quibuscumq; vbi Alex.C.de Sacros. Eccles. Speculat. in tit. de instr. edit. §. nunc vero, idem Bart. loquens de execu-
25 tore † ait posse in filium distribuere in repetit.l. C. de Sacros. Eccles. Iacob. de Aret, & Bald. in l. id quod pauperib. C. de Episc. & cleric. facit in terminis Additio 3. ad Bartol. in d.l.cum quidam. Hinc dixi infra in capit. Ritus 103. prope princip. tom.4. quòd in promissione etiam negatiua , & passiua , qui obligat
26 se ipsum † videtur adhuc obligare eius hæredē ex gloss.2. in cap. licet de suppli. et gl. prælat. tum quia magis tenemur

L nos

nos diligere, quàm alium, cap.3. in fine,
& ibi gloſſ.de author. & vſu pallij, Iaſon
in l. ſi ſic ſtipulatus ſub n. 6. in fine ff. de
verb. oblig.vbi refert etiam illud Teren-
tij *omnes malle ſibi quàm alteri*. Io. de
Plat. in l. ſi quis per diuinã in fine C. de
aquęduct.lib.11.& ibi gloſ.& ſacri Theo-
logi, faciendo etiã illationem circa hoc
27 dicunt quòd ſi † quis v. g. haberet vnum
panẽ in extrema famis neceſſitate (quod
D. O. M. ob ſuam miſericordiam, & ob
amorẽ B. Virginis Matris auertat) quo
dato, eſſet ei pereundum, an poſſit face-
re de illo eleęmoſinam, & alteri dare vt
dicit B. Thom. 2. 2. quæſt. 32. art.6. &
4. diſt. 15. quæſt.2. art.1.q.4. Nauarr.de
reſtit.lib.2. cap.3. n. 40. cũ ſeq. Aragon.
2. 2. q. 64. art.5. arg.3.licet contrarium
voluerit Simanc. in cathol. inſtit. tit. 18.
n.30.& idem Aragon citati per Dom.de
Ameſcua Doctorẽ Hyſpanũ Toletanũ,
& Præſidem C. S. R. C. in hoc Regno
in ſuo tract. de poteſt. in ſe ipſum cap.6.
n.7.lib.2. & licet, vt ipſe ſubdit, limi-
tent hoc nonnulli Theologi non proce-
dere quoties talis caſus immineret, vbi
ſubtrahendo ſibi, daret alicui magnæ
perſonæ, per quam Eccleſia, vel Reſp.
ſubſtentaretur, quia tunc, pro talis per-
ſonę liberatione, ſe ipſum, & ſuos lauda-
biliter periculo mortis exponeret, cum
bonum commune ſit proprio præferen-
dum, tamen Nauarr. vbi ſupra hanc o-
pinionem non laudat, eumque ſequitur
Dom. Ameſcua, qui etiã n.8. facit aliam
28 illationem, quòd ſi quis ſtat † in periculo
ſubmerſionis, & eſt cum vna tabula ſola,
non tenetur alteri cedere, vt illum ſal-
uaret per ea, quæ dicit Cicero lib. 3. de
offi. Aragon.2.2. quæſt.26.art.4. dubio
3. cum ſimilib. concordantibus ab ipſo
allegatis. Hinc etiã dixit Andr. de Yſern.
in propoſito in proem. conſtit. Regni
29 n.20. quòd ſi victualia nõ haberet † quis,
niſi quantum ſibi ſufficit, non cogeretur
vendere etiam iuſto pretio l. nemo, C.
de iudic. cum ſimlib. arg. Matth. cap. 12.
ibi, ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis,
&c. quia in effectu, vt dictum eſt, ordina-
ta charitas à ſe prius incipit. Beneuerum
quòd quandoq; debemus etiam ex cha-
30 ritate † velle quod nobis non nocet, &
alteri prodeſt, v. g. vendere, vel dare la-
pides, inuentos in prædijs, vt tetigi ſupe-
rius n.6. quia illos magis non vendere
quandoque non proficit nobis, & alijs
de ciuitate eſſet diſpendium l. municipa-
lis ff. com. præd. cum concordant. cita-
tis p ipſum Andr. de Yſern. vbi ſupra n.30.
Affl. in prælud. conſtit. præd. quæſt.3.
ſub n.10. ſolus Chriſtus fuit, qui peruer-
31 tit hunc ordinẽ † plus.n. dilexit nos, quã
ſe ipſum, exẽplo candelæ, quæ ſe ipſam
conſumit, vt alios illuminet, Ang. in l.
fin. §. ipſum autem in fine, C. de bon.
quęlib. cap. fin. 15. q. fin. in his omnibus,
quæ huc vſq; ſcripſi, poteſt eſſe ratio, vt
euitetur dicta penuria.

Etiam ſi loquamur in Baronibus inue-
32 ſtitis de mero † & mixto imperio, qui-
bus eſt licitum de iure imponere dictas
aſſiſias, vt dixi, ſupra in cap. 10. n.70. & te-
tigi paulo ſupra n.14. cum ſeq.

Et valere ſtatutum, vel bannum, vt in-
troducantur potius victualia, de non ex-
33 trahẽdo frumento † & ſimilibus, maximè
ſupradicta forma ſeruata, nulli dubiũ eſt,
quia de iure poteſt fieri ſecundum Cyn.
in l. 1. in fine C. quæ ſit longa conſuetu-
do, ſequitur eum Guid. Pap. quæſt. 373.
in princ. Bart. in l. omnes populi ff. de
iuſt. & iur. aliàs incurritur in contra bã-
na, vt ait Io. Petr. Surd. conſ. 42. n.16.
vol.1. Sicut iddẽ à ſimili habemus prag-
maticam in Regno tit.55. de prohib. ma-
cellat. animal. §. 18. per quam diſponitur,
vt nõ poſſint extrahi à Regno abſq; licẽ-
34 tia animalia † bouini generis, & de alijs
vt loquor inferius n.68. & ſimilia ſtatuta
Peruſijs, per quæ ſolet cõmuniter pro-
hiberi in ciuitatibus, & oppidis, ne gra-
num extrahatur etiã de territorio: Sic de
35 nõ extrahẽdo ſale † ait pulchrè idẽ Surd.
conſ. 512. per tot. vol.4. vbi erat pro-
clama, & bannũ de reuelando, & de non
introducendo ſale, Affl. in conſtit. Re-
gni, Magiſtros fundicarios n.7. tit. 86.
de offit. magiſtr. fundicarij, vel de non
36 exportando vinum † ſiue in parua, vel
magna quantitate ex Bald. in l. 1. C. quæ
res export. non val. v. g. de phiala vini
cauſa guſtus, nam non debet extrahi,
maximè quando dohana de hoc ſoluitur
(ex his quæ demõſtrabo in cap. 353. Re-
gis Alph. tom.5.) arg. earum illationũ,
quas facio in cap. 52. Regis incliti Ioãnis
verſic. ratio, tom.6. vbi quandoque mi-
nima habentur in conſideratione. Præ-
37 ſertim valent talia ſtatuta † & banna de
non extrahendo tempore inopiæ, & li-
gare tunc, etiam clericos, vt poſt Co-
uarr. in cap. poſſeſſor parte.2. §.4. nu.9.
poſt Bald. & Cald. Io. Phylipp. Maynar.
loco citato d. art.23. n.6. vt poſui remiſ-
ſiue in d. cap. 21. Reg. Feder. ſub n.20.
& tetigi ſuperius n. 16. ¶ Limita tamen
niſi talis prohibitio, ſeu, vt communi-
ter dicitur, diuetum fieret per Barones
alioſq;

38 aliosq; Prælatos † & sic præter Principem, nam vltra illam salmam, de qua scripsi paulo superius ex Ferd. Bonjorn. non possunt ipsi facere huiusmodi diuetū,de nō extrahēdis victualibus,granis,animalibus,sale,mercib⁹,&c. de quocumq; loco, vt latè est prouisum infra p Pragmaticam,seu cap.2.Regis Ferdin.l. hoc eodem tom. 3. per quod prohibetur,vt nullus absq; speciali mandato Regio faciat, nec fieri faciat diuetum, neque inhibitionem de quibuscūq; rebus, victualibus, granis,mercimonijs de loco ad locum trāsferendis sub pæna vnc.50. & priuationis offitij, & prout ibidem.

SECVNDVM vero, quod conceditur ex dispositione huius capituli,
39 est extractio † frumentorum eo modo, de quo vidimus in 1. parte superius, vt nēpe non extrahatur nisi deducta prouisione loci,& transit hic Boniorn.allegat Dec. consi. 40. cum vulgatis, & etiam Fimia ex Io.de Platea in d.l. si quis p diuinam C. de aquæductu lib. 11.& hoc ne populus suus fame pereat l.1. vbi Bart. C. de Episc. audient. l. annonam ff. de vsr. & extraordin.cognit.L.1.§.cura carnis ff.de offit.præf.vrb. Cephal. cōs.150. n.1.Graff.in tract.de casib. cōscient.cap. 55.n.9.cum simil. per Rouid. F.P.Mediolani adductis in eius Allegatione, & sic ad exteros etiam potest exportari frumentum, quod capit. quamuis videatur
40 loqui in frumento † nihilominus iddem intelligitur esse de farina, quia statutum de vno loquens, in alia verificatur,Bart. in l. triticum ff.de verb.obligation. & in l.1. §. de eo opere ff. de aqu. plu. arc. & licet secundum propriam significationē non contineatur, ea ratione, quia appellatione alicuius materiæ non veniat materiatum, quod ad sui materiam reuerti non potest l. quæsitum §. illud ff. de legat.3. vbi Bart. & Bald. in l. quod non ratione ff. de legib. & fuit opinio Dini, tamen, vltra quòd tam rubrica, quàm text. noster loquitur clarè de victualib⁹, quoties voluntas concedentis, consuetudo regionis, & patriæ aliud volunt, sē per cōtinetur farina,ex quo est fructus prædij, vt dicit Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens.tangit Additio ad Bart. in d. §. illud, l. carbonum ff. de verbor. signif. l. ligni §. lignorum ff. delegat.3. & ita etiam concludit Alberic. de Rosat. in d.l.quæsitum §.illud,& in 2. part.stat. quæst.5.quem refert, & sequitur Nicol. Boer. decis.177. n.2.& 5. qui dicit quòd prohibitus vendere frumentū extra territorium, nec poterit vendere farinam, nec panem, Bart. in d. §. illud, Alex. consi.130.lib.6. nam eadem ratio prohibitionis tacitæ, vel expressæ,vt hic,quæ est in frumento, est in farina, & pane,ne annona carior efficiatur, neuē subditi famæ pereant, vt videtur sentiri in alijs capitulis Regni tactis superius n.14.15.16. & p cōsequēs iddē ius est statuēdū l. fin. ff.ad l.falcid. cū concord. positis in consuet. Panor. cap. 19. sub n.17. & in terminis ita dixit Guid. Pap. d. decis. 373. vbi sic pluries iudicatum * vidisse ait, Bart. in l.non dubium C.de legib. Guid. de Suzar. in quæst.quæ incip.pone quæstio &c. per text. in l. iulianus §. sed etsi quis, ff. ad exibend. ¶ Et in materia frumenti addo Bart. in l. quidam hæredem ff. de trit. vino,oleoq; legat. vbi legumi-
41 na † etiam veniunt appellatione frumenti per l.3. §. siue autem ff. de pen. legat. l. frugem ff. de verb. signif. l. mel. §.fin. ff. de alim. & cibar. legat. & propterea clarius loquitur text. in cap. 23. Regis Alph.infra tom.4.remissiuè huc, nempe vt victualia cuicumque licitum sit extra-
42 here † dummodo ius tractarum, & consequenter iura Regiæ Curiæ soluantur, de quouis portu, siue carricatorio, vel oneratorio, vt dixi in cap.24. eiusdem Regis Alph. circa materiam tractarum & in d cap.27.Regis Ioannis,nisi ex granis concessis per Reges alijs secus appareret, vt tetigi supra in cap. 13. & in d. cap.27. Regis Ioannis,facit etiam in terminis d. cap.26. eiusdem Regis Alph. vbi extractio victualiū non potest aliter impediri per Comites, Prælatos, & Barones locorum,nisi tantum deducta quātitate ad pingue,quæ pro loco, vnde extrahitur, sufficiens est, & pro vt vidimus superius in primo capite.

Ligare potest istud capit. etiam colo-
43 nos, † & conductores bonorum Ecclesiasticorum, vt puta ibidem seminantiū, quia cum dominium sit ipsorum conductorum laicorum, in quos transfuit, per consequens cadunt sub lege Principis,vt dicit Thessaur. decis.22. & 116. per tot. Speculat. Archid. Alberic. Abb.Butr. Aret. Fœlin. Capic. Niger, Grāmat.Nat. Clarus Decianus,& alij,de qbus p Surd. d. consi.301. n.69. lib.3. quamuis postea n.74.cum seq.teneat cōtrariū,vt subdam inferius, Bursatt. cōs.42. n.14.Rip.de remed. ad conseru. vbert. n.127. vbi dicit colonos Ecclesiæ, occasione frumenti collecti super bonis Ecclesiasticis, ligari Principis secularis edicto, & consequenter co-

44 ter coram iudice † laico conueniendi
sunt,dicam infra in cap.37.Regis Ferdin.
limit.16.tom.7. & ita refert, & sequitur
Alex. Rouid. in d. Alleg. versic. primo
enim, colonus quippe Ecclesiæ laicus
est,ideoq; nec subditus Episcopis,vt pro-
bat Oldrad.cons. 16.thema tale est n.14.
Bellug. in Specul. Principum, rubr.14.§.
nunc videamus n.35.&seq. Imol.in cap.
fin. n.5.de reb. Eccles.nõ alienan.vbi dr̃
quòd ex locatione Ecclesię non acquiri-
tur iurisdictio in conductores, nec statu-
tis, nec legibus suis tunc ligare potest,vt
per Rouid. loco præallegato, in tantum
vt etiam aliàs contrauenientes, vel de-
45 linquentes † puniri debeant, & possint
per ipsum Principem, quia nihil in hoc
repugnationis inducitur, quin à iudice
puniantur seculari, cum non sint effecti
de foro Ecclesiæ,quamuis sint coloni ip-
sius Ecclesiæ,vt est gloss. in cap. indica-
tum dist. 39. Natt. cõs. 146. n.3.vbi mul-
tos citat, & Salicet. in Auth. cassa col.6.
versic. primo quæro C. de Sacros. Eccl.
Soccin. in cap. postulasti sub n.10. & in
cap. cũ sit generale sub n.23.extr.de for.
compet. & ita etiam post Roll. à Vall.
cons.24. declarat Rouid.vbi supra,addo
Surd. dict. cons. 301. n.69. post supradi-
ctos Doctores superius citatos & n.70.
cum seq.Gabr.cons.37.n.4.vol.2.Octau.
Vulpellium in tract.de libert.Ecclesiast.
part. 3. n.12. 16. sed directò idem Surd.
in cons. 304. col.2. cum seq. lib.3. tenet
contrarium quòd colonus clerici nõ pos-
sit in hoc puniri à Iudice laico, sed Ec-
clesiastico, & ex dictis inferius hic sub
n 54. arg.eorum, quæ posui infra in cap.
149. Regis Alph. n.34. 35. tom.4.qui to-
mus,licet post hunc in ordine veniat,an-
te tamẽ factus est.¶ Sicut videmus quòd
46 Princeps † potest prohibere, nequid pe-
stilentius lem inetur in bonis Ecclesiæ,
quia non per hoc dicitur disponere de re
Ecclesiæ, sed prohibere rem illicitam
fieri in dictis bonis, quæ publicæ saluti
noceret, aut mortẽ vicinis afferret iuxta
tradita per Rip. de remed. ad vit. pest.
n.49. Salycet. in d. Auth. cassa n.12. qui
47 dicit inquilinos Clericorum † ligari sta-
tuto condito pro immunditijs tollendis,
arg.eorum,quæ scripsi in cõsuet. Panor.
cap.79.n.28.cum seq.& in dict.cap.116.
Regis Federici versic.vndecimum, tom.
2.Ysern.& Affl.citati per eundem Surd.
d. cons.301.col.2.&n.69.& 87.vbi quod
Salicet. benè loqtur in suo casu circa im-
48 mundicias,& sterqnilinia,maximè † si in
hoc cõpellerenter ab eorũ Iudice,vt po-
sui in d. cap. 21. eiusdem Regis Federi-
ci n.21. eod. tom.2. Natt. cons.311.,sub
n.4.Isern.Riminal.Iun.Surd.Balb.Card.
Tuschus, & alij citati per Io.Phil. May-
nard.de priuileg. Eccles.d. art.23. n.28.
vbi refert aliter contra facientes esse ex-
communicatos, & semper subaudit in
casibus vrgentis necessitatis, in quibus
49 non ex ratione † legis Principis, sed ex
ratione,ac vi legis Pontificię tunc astrin-
gerentur n.27. & 29. cum seq. ex Turre
cremat.in cap.benè quidem n.8.dist.96.
Card. Tuschus conclus.12.n.22. vol.3.
& per ea, quæ cumulaui superius in pri-
mo capite, & ita declarat idem Surd.
d. cons.301.sub n.29.quòd ad supradicta
& alia onera non obligantur aliter Cle-
rici ex lege, aut statuto laicorum, sed ex
iure communi canonico, vel ex lege ci-
uili recepta, & approbata a lege cano-
nica, & à Pontificibus,etiam quòd con-
currat bonum publicum,& n.30.ex Gar
zia de vltimo fine num. 158. 168. Vasq.
quæst. illustr. Rebuffo, Burlatt. & alijs
ibi per eum, vel ex ratione dictaminis
naturalis, & æquitatis canonicæ,& mo-
ralis, quæ ligat ipsos clericos, & n. 31.
ex eodem Garzia, & alijs,Purpurat.cõs.
335. n.2. & 3. Nauarr. in manuali cap.
23. n.88. Vasq. de Success. creat. §. 10.
n.651. lib. 1. (arg.eorum, quæ notaui in
margine proæmij capitulorũ Serenissimi
Regis Federici n.47. tom.2.) vbi sic eo-
dem modo non subditi imperio obser-
uant leges Imperiales, sic Princeps esto
quòd nulla lege ligetur, vt dixi in d.proę
mio capitulorũ Regis Federici n.63.liga-
tur tamen ratione,idem Surd.n.32.& ita
conclusi supra in d. cap. 21. Regis Fede-
rici n.11.vbi loquendo an clerici tenean
50 tur † ad gabellã vini, determinaui quòd
sic ex rationibus ibidem, & hic positis
addo capit. Regni Serenissimi Regis Al-
phon.522. infra Tom.5.tit. quòd perso-
næ Ecclesiasticæ,&c. vbi licet sint regu-
lariter personæ Ecclesiasticæ, eorumq;
bona de iure diuino, quàm positiuo exẽ-
ptæ,immunes, ac liberæ ab omni guida-
gio, pedagio, tallijs, maldinarijs, gra-
uitijs, angarijs, vectigalibus, & omni
alia impositione temporali, vt hæc om-
nia recensentur in d. cap. 522. stantibus
eorum præeminentijs, priuilegijs, & li-
bertatibus Ecclesiasticis, nihilominus vt
in d.cap.21. d. n.11. exposui authoritate
grauissimorum Doctorũ, nõ sunt exem-
ptæ à gabella vini, maximè Panormi,
& sic non obstante quòd in d. cap. 522.
supplicatum fuerit in parlamentis Do-
mino

mino Regi, vt essent ab ea exemptæ, cũ,
toto hoc Dominus Rex noster in eius
decretata respondidit, non procedit,
quasi diceret, non conuenit, non placet,
addo Rip. consl.68. n.6. & cons. 168. per
tot. qui loquitur de hac gabella vini, quia
sat est quòd causa impositionis sit publi-
ca, Olasc. Pedam. Balb. Purpurat. &
alij, de quib⁹ in puncto de hoc vino scrip-
sit D. Io. Petr. Sur. d. cons. 301. n.3. col.
51 2. lib.3. qui iddem dicit † de pecunis da-
ta hostibus ne territorium depopuletur,
de refectione putei, pontium repara-
tione, & pro plaustris ad portam ciuita-
tis, vt etiam late posui in d. cap.21. n.14.
16. 17. 18. maximè quando negotiantur
ipsi Clerici cũ ipsis rebus, quia hoc casu
non sunt exempti, vt dixi in d. cap. 21.
n.18 & per ipsum Surd. cons. 313. n.79.
80. eod. lib. 3. ex Natt. cons. 139. n.3. &
seq. Canonistis, & gloss. in Clem. fin. de
censib. Io. Andr. & Archidiacon. in cap.
quamquàm eod. in 6. DD. in l. placet, &
iterum in Auth. item nulla communitas
C. de Sacros. Eccles. Rolland. cons. 61. n.
23. lib.4. vbi etiam ampliat ad fiscum cũ
similibus, quæ subdam inferius versic. In-
telligo quarto, vbi loquẽdo de extractio-
ne, subaudio non quo ad ea, quæ negotij
causa fiunt. & ea ratione, quia statutum
52 † laicorũ esto ꝙ sit vtile, & cõe Clericis,
ipsos non ligat defectu potestatis ipse
Surd. d. cõl. 301. n.19. cũ seq. lib. 3. in tan-
tũ ligat quatenus eo vti velint n.24. [vi-
de in proem. capit. Regis Iacobi n. 8.]
Mathesilian. notab. 112. Neapodan. in
cõsuet. Neapolis in proœmio n.309. Na-
uarr. Purpurat. Lãberteng. Lãcellot. & a-
lij, de quib. p eumdẽ Surdum, qui subdit,
53 quòd ad hoc vt statuta † laicorum ligẽt
clericoa, plura copulatiuè requirentur,
nempe quòd sint ipsis fauorabilia, & non
grauia, quòd procedat per modum pri-
uilegij, & quòd statuentes non vtantur
verbis præceptiuis, nec pænalibus ipse
Surd. allegat Canonistas in cap. Ecclesia
Sanctæ Mariæ, vnde nõ sufficit commo-
dum v.g. aeris, prospicientis salubritati,
abundantia bladorum, & similium, quo-
ties in reliquis grauatur Ecclesia v. g. ex
pænis, &c. & per consequens non suffi-
cit vnum solum verificari, sed vtrumque,
nempe iurisdicio statuentium. n. 25. 26.
27. cum seq. & consequenter ad pænam
non tenentur, esto quòd edictum secula-
re ligaret, sic declarat ipse Surd. nu. 39.
40. & seq. cõcludendo quòd quoties fit
statutũ in clericos per laicos, esto quòd
esset respectiuũ boni publici, semper de-
54 bet obtineri licentia † & confirmatio à
superiore Ecclesiastico, & tunc ligat tã-
quam confirmatum ab eo, vt plures citat
n.43. 44. 45. 46. 47. cum seq. intelligen-
do de S. Pontifice, quia Episcopus solus
non potest consentire, vt post Abb. & a-
lios sentit ipse Surd. n.61. & late etiam
sequitur ipse Surd. d. cons. 304. per tot.
eod. lib.3. vbi tenet colonos prędictos
non ligari his edictis secularibus, moue-
tur per Carauit. in Rit. Neap.46. n.28.
quia quicquid de clericis dicitur, verifi-
catur in eorum colonis, Pancirol. cons.
49. n.5. & per ipsum Surd. n. 12. & teti-
gi superius sub n.44. 45. intelligẽdo sem-
per quando per indirectũ fieret præiudi-
cium Ecclesiæ, vt declaro inferius n. 65.
tam si versemur in bonis temporalibus
55 siue † patrimonialibus, quàm simplici-
ter Ecclesiasticis, nam esto quòd in bo-
nis patrimonialibus ipsorum clericorum
Princeps possit aliquid statuere ex his,
quæ scripsi in d. cap.21. Regis Federi-
ci n.8. addo Fælin. in cap. Ecclesia S. Ma-
riæ nu.10. de constit. Guid. Papæ cons.
68. n.30. Lupus in repet. rubr. de donat.
inter vir. & vxor §. 38. n. 10. Io. Bapt.
Bouius de præscript. statut. gloss. 19. n.
205. Odd. de restit. in integr. quæst. 3. n.
52. & seq. (quamuis multi teneant in hoc
contrarium, vt fuit Oldrad. Butr. Cardi-
nal. Soccin. Specul. Imol. & Alberic.
quos refert Surd. d. cons. 301. n.64.) atta-
men subdit ipse quòd quantum ad forum
bona ipsa patrimonialia Clericorũ gau-
dent eodem priuilegio cum personis, vt
posui infra in d. cap. 37. Regis Ferdin. am-
pl.22. & versic. septimo restringuntur,
tom.7. Io. de Plat. Affl. Lupus, Vasq. So-
tus, & plures alij citati per ipsum Surd.
n. 34. 35. & seq. qui ait quòd nec secula-
ris iudex potest se intromictere, Ignac.
Lopez in cap.55. q. subdit quòd si locustę
56 & animalia nociua in prædijs Ecclesia-
sticorum nascantur, posse statuto muni-
cipali compelli, vt eorum expensis ca-
piant, & occidant, ne alijs noceant, &
p notata supra in cap. 30. eiusdẽ Regia Ia-
cobi versic. quod procedit, & ex tradi-
tis in cap. 37. eiusdẽ, tom.1. & supra in d.
cap. 40. dicti Regis Federici tom.2. vbi
57 sic videmus posse assisias † imponi in ter-
ris Ecclesiarum de licentia Principis
Surd. d. cõs. 301. nu.4. lib.3. Omniumque
prædictorum etiã ratio esse potest, præ-
ter alias, quas dedi supra in d. primo ca-
58 pite, quia ad Principem secularẽ † spe-
ctat, cui à D. O. M. in temporalibus po-
pulorum cura est demandata, condere
leges

leges circa ea, quæ ad iustam viuendi ra-
tionem pertinent, & Reipublicæ respi-
ciunt cõseruationem, nõ autẽ ad Episco-
pos, nec ad alios iudices Ecclesiasticos
(sicut alibi posuisse recordor quòd ad
eundẽ spectat prospicere ea, quæ sunt de
bono regimine, vt in cap. 43. Regis Alph.
n. 2. tom. 4.) Sot. de iustit. & iur. quæst. 6.
art. 2. versic. cæterum lib. 1. & 4. sentent.
quæst. 25. vers. 4. conclusio, Molina de
iustit. & iur. disput. 31. cõclus. 6. qui post
Siluestrum, & Victorium subdunt quòd
59 laici, & Clerici † In concernentibus po-
liticam temporalem, eundem habent
Rectorem Principem secularem, cuius
legibus gubernantur, & quibus subijciũ-
tur, & ita post Menoch. Driedon. de li-
ber. Christ. cap. 1. propos. 4. lib. 2. D.
Thom. de regim. Princip. cap. 12. lib. 1.
Bellarm. cap. 6 lib. 3. Henric. cap. 15. n. 4.
lib. 10. Ignat. ad practic. Canonic. Diaz
cap. 55. fol. 72. Surd. d. cõs. 301. n. 8 lib. 3.
60 cum num. seq. ¶ Non obstante † quòd
ipsi laici essent emptores bonorum Ec-
clesiasticorum, & ab ipsis Clericis emp-
torum, ratione quia priuilegium, quod
competit Clericis, veluti Clericis, non
transit ad emptores secundum Bald. cõs.
31. lib. 1. per text. in l. licitatio §. fin. ff.
de publican. vbi Bart. & Alberic. Rol-
land. cons. 61. lib 4. (arg. à simili eorum,
quæ scribam infra in cap. 9. Regis Caroli
propè princip. tom. 8.) ¶ Non obstante
61 etiam quòd prædicti † emptores per pa-
ctum expressum paciscerentur, quòd no-
mine Ecclesiæ rem cõducant ad locum,
in quo soluitur gabella, quia hoc pactum
nõ valet, vt concludit Rouid. loco citato
versic. nec prodest, quicquid teneat Bal.
vbi supra, & Io. de Amicis, Gabr. cons.
156. lib. 2. etenim omnibus his casibus
tenentur ¶ Sicut etiam videre possumus
ãdnotata supra in cap. 19. Regis Iacobi
62 n. 5. tom. 1. circa † posatas, cũ sit hoc pon-
dus nõ floccipendẽdum, quia ciuibus af-
fert magnum onus; vt ait Io. Bapt. à Co-
sta consil. 1. n. 125. lib. 1. nam nõ sunt ex-
empti, sicut Ecclesiasticæ, & relligiosæ
personæ, & Prælati; qui, siquidem non
tenentur ad dictas posatas, nec recepta-
re stipendiarios, capit. Regni Neapolis
Regis Caroli II. incip. item statuimus
quòd domus fol. 333. col. 2. vbi habetur
quòd domus Prælatorum, relligiosorum,
aliarumque Ecclesiasticarum personarũ
sine voluntate ipsorum causa habitandi
ab officialibus, vel alijs personis, eis in-
uitis nullatenus capiantur, immo si ibi
voluntariè captæ sunt, non possint iudi-
cia criminalia exerceri, Luc. de Penn. in
l. fin. C. de medic. & profess. lib. 10. alij
ciues sic, vt per Bart. in l. 2. C. de muner.
patrim. lib. 10. per l. 1. C. de Episc. &
Cleric. vnde subdit ipse Luc. de Penna
in d. Regni Neapolis capit. & Anell. de
Bottis; quòd in alijs non prælatis, liberè
possunt hospitari iudices, adeo vt vni-
63 uersitates teneãtur † domum offitialibus
pro Iustitiã ministranda exhibere, idẽ Luc.
de Penn. in d. l. fin. C. de profess. & medic.
vbi facit mentionẽ de dicto cap. Regni
Neapolis, limitans, nisi essent domus
publicæ vt per eundẽ in l. 3. C. de meta-
tar. lib. 12. & in l. vnica C. de palat. &
domib. lib. 11. versic. & nota, Bartolus
in l. rescripto §. fin. ff. de munerib. & ho-
norib. & ita obseruatur in hoc regno in
in personam Armorum Capitaneorum,
Sindicatorum, & Delegatorum, & ni-
hilominus, subdit ipse Costa n. 212. & seq.
64 non teneri † ciues ad hoc hospitium ex-
tra Ciuitatem ex Roll. Natt. & alijs.
¶ Nisi dictũ statutum esset factũ in odiũ
65 Clericorũ † quia tũc isto casu nõ valebit
ex traditis latè ab eodẽ Surd. d. cõs. 301.
12. 13. 14. & seq. lib. 3. etiam si dicatur
quòd teneantur coloni Clericorum ad
collectas, quia hoc modo, docto quòd sit
factum in huiusmodi odium, p cõsequẽs
tale statutum est contrà libertatem Ec-
clesiæ, & ita tenet Bald. in l. hi penes
C. de agric. & censit. lib. 11. & in l. de
pupillo §. si quis ff. de oper. nou. nunc.
& in d. l. 1. C. de Episc. & Cleric. cap. Pe-
trus diaconus, & cap. significasti de ho-
micid. l. hæres meus §. fin. ff. de condit.
& dem. Imol. Bald. & Ang. in l. 1. ff. in
ius voc. vt eant, idẽ Bald. in l. 1. C. de ind.
vid. tollend. Lapus Allegat. 3. gloss. in
clem. 2. de sent. excomm. idem Bald. in
l. raptores C. de Episc. & Cleric. & in l.
1. C. vnde vi, & in l. vt vim, ff. de iustit.
& iur. & hoc modo possum intelligere
Surd. d. cons. 301. n. 74. cum seq. d. lib.
3. qui tenet, colonos Ecclesiæ, & Cle-
ricorum, non ligari statutis secularium
per indirectum præiudicium afferẽtibus
Ecclesiæ, vt tetigi superius n. 54. inferẽs
ipse Surd. ex Anchar. cons. 13. super du-
bio; quòd non valet statutum mandans
solui debere duodecimã pro blado por-
tato ad molendinum per portam pisto-
riensem, quia per indirectum affert præ-
iudicium molendino Ecclesiæ extra illã
portam existenti, & per consequens, nec
ligat laicos apportantes bladũ ad illud
molendinũ, & sic quoties affertur præ-
iudicium Ecclesiæ, non substinetur statu-
tum

tum etiam contra subditos ex Anchar. Soccin. Fœlino, Collegio Bononiense Caccialup. Rip. Rolland. Boer. Riminal. & Iasone subdit ipse Surd. n. 76. vbi ait esse magis com. ** opin. & n. 77. 78. ex ex Vasq. Alba, & Bursatt. qui concludunt quòd siue per indirectum, siue per directum est præiudiciale, & in odium Clericorum, & Ecclesiarum, statutum laicorum, non ligat etiam colonos, & inquilinos eorũ, ratione quia restringitur, & tollitur libertas Ecclesiæ, & Clericorum, qui aliter eorum prædia colere, & seminare non possent per se ipsos, nisi per alios, adde Bart. cons. 187. vol. 1. in 1. dubio, vbi determinat nõ ligare statutũ laicos in præiudiciũ Ecclesiæ, cum similib. per ipsum Surd. n. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. & Doctores allegati incontrarium locuntur in casibus proprijs non afferentibus damnum, nec præiudicium Ecclesiæ, nec Clericis, & n. 86. 87. 88. 89. vsque ad finem, vbi sic esse, & procedere quod dicitur de immũdicijs, & sterquilinio, de damno dato per pastores cum animalibus Clericorum, de collecta solnenda, de fructibus perceptis per colonos Clericorum de eorum prædijs, & de ementibus eorum fructus, quia his casibus nullum præiudicium in-

66 fertur Ecclesiæ. Hinc † est etiam quod ipse Bald. dixit in l. 1. ff. de his quæ pæn. caus. quòd si dictaret statutum, vt Clerici aliquid faciant, & si non faciant, eorum consanguinei teneantur ad tantam pænam, ex quo est hoc in odium Clericorum, non valet, & faciunt ad illam quæstionẽ, de qua tetigi supra eod. in d. cap. 10. vers. si igitur, ibi, quinto, n. 38. vbi an Barones possint facere statutum ne animalia Clericorum depascantur in eorum terris, vel vassallorum absq; pœna, & multas illationes, in summa 44. in circa facit (quas suis locis sparsi) Alderan. Mascard. in eius conclusionibus comm. Conclus. 1. qui demonstrat quomodo nõ ligẽt statuta secularia Ecclesiasticas personas, nec Clericos, tetigi supra in cap. 24. Regis Federici tom. 2.

Ad corroborationem etiam huiusmodi capitis secundi addo quòd si maximè

67 † frumenta venissent ab extra Regnum, & extra territorium, tunc illa frumenta non apprehenduntur, ratione quia animo extrahẽdi ab initio fuerũt empta, vt puta quia mercatores essent de transitu, & non permensuri ibi ad eum finem, vt remaneant, & exonerentur, & per consequẽs extrahi possunt non obstante bãno pænali postea facto, ita Bonior. in in d. cap. 26. Regis Alph. vbi allegat gloss. in l. post hanc C. de ædific. priuat. Alberic. in l. fugitiui C. de seru. fugit. & in tract. statut. part. 2. quæst. 106. Alex. in l. cætera §. sed si quis, ff. de leg. 1. & cons. 85. vol. 4. Firman. in tract. de gabell. part. 5. quæst. 18. & part. 8. q. 1. Imol. in cap. fin. de constit. in fine, Corn. cons. 291. lib. 4. allegati per Boniorn. vbi supra, Decian. cõs. 44. n. 140. lib. 4. Ceph. consil. 451. n. 360. Roll. cons. 79. & 80. n. 49. vol. 3. optimè Ruyn. cons. 112. in primo dubio vol. 5. n. 2. & n. 4. Surd. d. cons. 313. n. finali lib. 3. & sic absque licentia possent extrahi ¶ Sicut dicimus

68 quòd licet equi, & arma † non possunt extrahi à Regno (ex traditis infra in cap. 41. Regis Caroli versic. secunda petitio, tom. 8. ex quo pro expeditione Reipublicæ non licet, & quæ tetigi superius n. 34. maximè de equis aptis ad arma, vt scripsit Luc. de Penna in l. 1. C. de littor. & itiner. lib. 12. Palaz. Ruuios in repet. rubr. de donat. int. vir. & vxor. fol. 12. l. offitium §. 1. ff. de re milit. vbi quòd equi non possunt extrahi extra Prouinciam sine licentia Principis, vt est text. Regni infra in cap. 57. Incliti Regis Ioãnis tom. 6. in quo dominis est p[…] affum illos extrahere solutis prius iuribus Regiæ Curiæ, & maximè de equis ian[…]ttinis, & similibus, vt est Hyspaniæ statutũ, l. vnica C. de gregor. domin. lib. 12. & ita etiam post Alciat. ait Boer. decis. 178. sub. n. 11. & præsertim ad Barbaros (arg. eorũ quæ dixi infra in cap. 92. eiusdẽ Regis Incliti Ioãnis §. xxvij. d. tom. 6.) tamen si essent de transitu per Regnum hoc Siciliæ, tũc transeundo, possunt liberè absque vlla licentia extrahi ad locum domicilij, ad quem essent ituri, eoquè possent conduci, Andr. de Ysern. in rubr. quæ sint regalia col. vlt. l. si quis versic dara C. de ædif. priuat. vbi gloss. Io. Fab. Cyn. Alberic. & Angel. in d. l. cætera §. si quis ad opus, ff. delegat. 1. & ibi Bart. & Alex. Bertacchin. in verbo, statutum fol. meo 102. col. 4. & pulchrè Nicol. Boer. loco citato n. 12. & 13. qui vtitur argumento

69 immunitatis † Ecclesiasticæ, nam licet ea gaudeant regulariter omnes, tamen si aliquis à Iustitiario capiatur extra cæmeterium, vel extra Ecclesiam, & ducatur per ipsam Ecclesiã, quòd inde violenter extrahi posset, nec videtur immunitas Ecclesiastica violari, & est vnus de casibus vltra illos, quos scripsi ad cap. Regni Regis Alph. 71. & cõcordat cum

dictis

dictis ibidem n.44. tom.4. ex Archid. io cap. ficut 18. q.4. Io. Lup. de Palaz. Ruuios in repetit. rubr. de donat. inter vir.& vxor. fol.22. col.1. Boer. d. o.13. Prout etiem possemus vti alio argumento secundum aliquos DD. & est de eo patre v. g. Drepaneose, qui cum vxore sua prægnante transibet casualiter per hanc vrbem Panormi, & vxor eius peperit, quòd pertus oon videtur esse ciuis huius vrbis, licet aliàs quis efficietur ciuis propter propriam originem oaturalē ex his, quæ dico latius infra in cap. 22. Incliti Regis Ioannis sub versic. declera primo, vbi realiter alia opinio est vera quòd sit ciuis vbi netus est, ibi videas, Tom.6.

Iddem possum dicere in hoc secuodo capite esse quando bledum v.g. portare-
70 tur † gratia proprij vsus, quie tuoc permisse est exportetio, in tantum vt si forsaffè dubitaretur, an res isto modo exportaretur, stabitur iurameoto portantis vt per Marsil. sing. 86. (quamuis valde dubito io hoc de iuramento) gloss. in clem.præsenti, in verbo non negotiandi de censibus, quem Beld. notat esse notabilem in l.cū proponas n.10. C. de neut. fenor. Io. de Plat. in l. 1. io 2. not. C. de littor. & itioerib. lib. 12. Alex. in d. l. cætera. §. sed etsi, ff. delegat.1.& sic dicit Becius consf. 96. n.9. & Marsil. vbi supra quòd statutū prohibeos extrahere frumeotum, non exteoditur si quis proprio vsu extrahit Rolland.coosf.79. n.20. & seq. Surd. consf.313.sub n.38.39.lib.3. Sic videmus in simili proposito, & est in
71 illo casu, quo staret statutum † vt nullus emat frumentum impletea, nisi pro vsu suo, seu victu, nam etsi scholeris emisset eb initio pro eius vsu, licet postea mutet propositum, & veodat frumentum non iocidit pœnam statuti, quia attenditur principale propositum scilicet quòd emit à priciplo pro d.vsu suo, vt ex Bart. in d. l. cætera §. sed etsi, Beld.in l. vnde quæritur, ff. de exercit. Io. de Anan. in cap. significauit col.6. de iud.ait Matth. de Affl.in constit. Regni, Magistros fundicarios rubr.86. de offit. Magistr. fundicar. n.4. & 5. lib.1. Alberic. Castrens. Iason, Marsil. & alij relati per Io. Petr.
72 consf. 41. n.3. & 4. lib.1. vbi infert † ad extrehentes, vel portantes aliquid causa proprij vsus, nam non soluent gabellā nō obstāte consuetudine cootrarie, Bart. Salicet. Angel. Bald. Roll. Marc. Becc. & alij ab eod. Surd. citati d.n.3.& iterū d. consf.205. n.13. 14. & seq. lib.2. & consf. 307. col.1. & 2. lib.3. l. publicanus §. 1. ff. de public. l. in lege ceosoria, ff. de verbor. signific. l. vniuersi, C. de vectig. & cōmiss. Imol. & Alex. in d. l. cætera §. item si quis ad opus, & ibi Iasf. ff. deleg.1. Marsil. d. singul. 86. Ruyn. cōsf.112.n.5. & 8. vol.5. Hostiensf. in cap. super quibusdā de verbor. signif. Ang. del Cleuaf. in summe in verb.pedagium, versf.de quibus, latè Natt. eonsf. 655. in tantū vt hoc casu, quod est fortius, concluserint DD. quòd stendū sit iuramento illorū, qui dixerint emisse pro vsu proprio (& reuerà dubito in hoc, quia fraudaretur satis gabellæ) sic cōcludit ipse Surd. d.cōsf.307. n.3. per glosf. in Clement. sio. de ccnsib. Bald. io l. cum proponas C. de Naut. fenore, Alex. Marsil. Menoch. & alij de quib. per eum, sed vt dixi, de vtroque dubito, nam stātibus, hodiè capitulis gabellæ Dohanę, & obseruātia, etiā de his, quæ pro vsu pprio emātur, debetur gabella, & cōsequēter cessant hæc omoia, & tango infra eod.in cap.54.ampl.5.& quæ ibi citaui, ex quo est in maxima coosidera-
73 tione dictum † principale propositum l. si quis nec causam ff. si cert. pet. vnde si aliquis esset absens causa Reip.& istud esset principele propositum eius absentiæ, licet postea gerat propria negotis, attamen atteoditur principale propositum ex glosf. in l. 1. ff. de author. tutor. l. non verè, ff. ex quib. cauf. maior. Sic si principale propositum † fuit iter arripere pro appelletione ad S. P. licet faciat elia negotia, sufficit principale propositum ex Abb. in cap.cū pro causa de appell. Sic si vaxellum veoieos Siciliā
75 † & huc Panormum, propositum mutasset, & hinc discedere vellet, nam si fuit per offitiales coactus exonerare, debet soluere dohenem, quamuis differatur solutio, donec vēdatur dicta mercantia, ita Affl.in d.cōstit. Megistros fūdicarios tit. 86. de offit. megistr. fundicar. lib.1. n.3. ratione quie, subdit ipse, attenditur principale propositum per d.l. si quis oec causam, cum ergo principale propositū fuit huc attiogere, hic debet soluere dohanam, si res exonerarentur, & cōsequenter in dānum Fisci non licet mutare propositum cep. mutare, & ibi Dyn. extr. de regul. iur. oam destinetum v. g. pro Panormo, habetur pro effectu, & nō licet mutare in dannum Dohanæ debitæ Regiæ Curiæ, postquàm huc applicauit Affl. o.5. per l. & noo fuit, ff. de aur. & arg. legat. l. fundi, §. fin. ff. de action. empti, l. fin. & ibi glosf. C. de dot. promisf.

miss. Alea.consf.98. col.1.vol.3. Io. Ant.
Batius ad Affl. loco citato, de qua materia
dohanæ dixi infra in cap 353. eius-
dem Regis Alph. d. tom.5.

Hoc iddem potest habere locum in
hoc etiam 2. capite, quando exportatio
76 † victualium fieret de vna terra ad aliam
huius Regni Siciliæ, quia tunc maximè
procedere potest, vt vidimus in d. cap.
55. Regis Federici in 1.limit. d.tom.2.&
& per ea, quæ subdam inferius n. seq.
77 Vel quando maximè versaremur † in
tempore abundantiæ, in quo, vt ait Phi-
lippus Corneus d. cons 181. n.2. vol. 3.
non solet adhiberi diligens inuestigatio,
seu custodia, ne extrahatur.

Itidem procedit multo fortius quan-
78 do extractio † fieret infra Regnum de
loco ad locum, namque pro necessarijs
victualibus in regnum, & pro commu-
ni Siculorum vtilitate, nec tractæ sunt
soluendæ, sic infra eod. in cap.41. vbi
remissiuè,& tetigi superius n. præcedēti.

Præterea subaudi, quòd licet ordina-
rius loci ratione publicæ vtilitatis pos-
sit aliquando statuere, ne fiat extractio,
vel introducantur victualia secundum
ea, quæ dixi superius n.33. tamen hoc in-
telligitur & limitatur non procedere
quando superior illius cæpisset negotiū
protrahere; v. g. si Prætor prohiberet,
& Vicerex concederet, & è conuerso,
etenim tunc bannum, & statutum infe-
79 rioris non ligat † ea quo nō posset infe-
rior manum apponere adid, quod fecit
superior cap. vt nostrū de appellar. cap.
cum venissent de iudic.cap.2.de cōfirm.
vtili, vel inutili, esto quòd factum supe-
rioris esset nullum, ita post Innoc. An-
char. Roman. Iason. Crauett. Paris. Be-
roum, Riminald.Becc. & alios, Io. Petr.
Surd.cons.558.col. pen. lib.4.

Procedit insuper id, quod dispositum
est in hoc capitulo, vt ista facultas ex-
80 trahendi nō consumetur † in prima ex-
tractione, sed vlteriori, & sic non in pri-
ma vice, ex quo versamur in beneficijs,
largitionibus, & gratijs concessis per
Regem Regno, secus quando essemus
in materia stricta, vt est concessio immu-
nitatis, quia tunc facultas ipsa extrahen-
di consummitur in prima extractione,
& ad primum actum restringitur, arg.
l.boues §.hoc sermone, ff. de verb.signif.
vbi Tiraq. limit.8. n.4. Surd. cons.281.
n.5. & 6. & iterū d. cons.313. n.106. lib.
3. ex Menoch. cons.244. Bursatt. cons.
345. cum similibus, & hoc quando rea-
liter constaret de mente concedentis
immunitatem prædictam, aliàs puto
quòd posset quotiescumque, & quando-
cunque extrahere, & consequenter est
extendibilis, vt plura scripsi de immuni-
tate infra in cap.22. Regis Incliti Ioan-
nis in versic. declaro primo, tom.6.

Intellige istud capit. vt victualia non
81 sint deneganda † idest pecunia medīan-
te, sic habes in hoc textu, ibi, pecunia
mediante.
82 Intelligas 2. vt deducenda † sit sem-
per prouisio loci, vel terræ, à qua peti-
tur extractio, ita habes hic in decreta Re-
gia, ibi, deducta prouisione, &c. & iam
posui superius nu.2. & in d. cap.27. Re-
gis Ioannis, per quod extractio frumen-
ti conceditur, retenta prius sufficienti
quantitate pro Regni necessitate, est ve-
rum quòd ipsa concessio fuit temporalis
ad annos sex, & inde ad beneplacitum,
quod, dum non reuocatur, durat, vt suis
locis iam est dictum.

Intelligo 3. quod licet aliquis haberet
83 licentiam extrahendi † bladum, non ob
id censetur concessa immunitas à solu-
tione gabellæ, vt post Ruyn. cons. 100.
lib. 1. tradit Surd. cons.220. n. 9. lib.2.
& iterum in d. cons.313. n.45. & melius
n.91. vbi dicit quòd esto quòd immuni-
tatis concessio dicat, facimus immunem
ab omnibus, & quibuscunque grauami-
nibus, impositionibus, & oneribus, erit
tamē astrictus ad solutione gabellæ, quæ
pro contractu v. g. venditionis imposi-
ta est, ex Cephal. cons.58. n.33. & cons.
553. in primo dubio, Ioseph Ludouic.
conclus.5. col.3. versic. gabellæ onus,
Bertaz. cons.476. n.28. & tetigi infra in
d. cap.22. Regis Incliti Ioannis sub vers.
declaro primo, vbi latè disputo de immu
nitate, d. tom.6. prout nec minus intel-
ligitur immunis ab onere profitendi, &
& denuntiandi, sicut demonstro inferius
84 in 5. intellectu, non obstante † quòd in
ipsa immunitate esset dictum, liberè ex-
trahendi, quia non ideo censetur dispē-
satum aduersus dictam solutionem, vt
ait Ruyn.d.cōs.100.lib.1. quicquid dicat
Decian. cons.44. n.112. & seq. lib.4. &
illud verbum, liberè, intelligitur arbi-
trio boni viri, & secundum terminos iu-
ris, ac legum determinationem, vt post
tex. in l. libertas, ff. de statu homin. l.1.
vbi gloss. & DD. C. de Sacros. Eccles.
Alex. cons.80. n.21. lib.1. Iason. Aret.
Gozadin. Bart. Marsil. & alios subjicit
ipsemet Surd. d. cons.313 n.94.95. vbi
à simili sic ait quòd restringitur ad ea,
quæ sunt ex bono, & æquo, arg.eorum,

quæ dixi in commentar. consuet. Panor.
cap. 44. n. 4. & 5. vbi posui de hac dictio-
ne, liberè, ex qua eodem modo infert
ipse Surd. d. n. 95. ex Io. Fabr. Ioanne
de Platea, & Ang. in §. bonæ fidei, instit.
85 de actionib. quòd † procurator habens
liberam potestatem, operari debet sine
fraude secundum æquitatem, non obstã-
te quòd de sui natura hoc verbum liberè
importet absque impedimento, & con-
traditione, vt latè scripsi in cap. 22. Re-
gis Iacobi n. 8. tom. 1. quibus addo post
Butr. Barb. Alex. Curt. Ruyn. Roll. Ti-
raquell. Natt. & Rip. eundem Surd. vbi
supra n. 96. aliàs esset locus confiscationi
86 † rerum omnium transportatarum tam
licitè, quàm illicitè, vt post Salic. Cyn.
Bald. Alberic. de Rosat. Fælin. Petr. de
Anchar. Anan. Imol. Paul. de Castr.
Bart. & alios ait de com. opin. testando
Nicol. Boer. d. decis. 178. n. 24. 25. & seq.
quicquid dicat Alb. de Gandin. in tract.
malefic. tit. de reb. non portandis con-
tra diuetum, Franc. Lucan. in tract. de
priuil. fisc. q. 2. part. 4. Alberic. de Ro-
sat. in 2. p. stat. q. 4. qui volunt quòd non
confiscantur licita, sed prohibita, nam
omnia confiscantur, siue sint portantis,
vel alterius scientis, tamen consentien-
tis, aliàs non, per l. cotem §. dominus,
ff. de publican. Doctores in l. cum pro
ponas C. de nautic. fenor. vbi Bald. &
Salicet. Et sic etiam de animalibus, siue
nauibus portantibus dictas raubas pro-
hibitas, nam si sunt ignorantis, non con-
fiscantur, Boer. n. 28. ex Bart. & alijs in
l. iubemus, C. de nauib. non excusan.
lib. 11. Alberic. de Rosat. in l. cum plu-
res, §. pen. ff locat. cum similib. & ita
communiter seruatur per statuta, &
& consuetudines vbique vigentes Guid.
Pap. quæst. 572. vbi ita decisum fuisse
Boer. d. n. 25. & 26. qui dicunt iddem
esse in mercatore transeunte per portas,
non soluente pedagium, & sic seruamus,
nam & animalia illas res deferentia ca-
piuntur, & confiscantur, & auferuntur
emendæ arbitrariæ, sicque esse disposi-
tum Franciæ per statuta, vt ipse Boer.
subdit nu. 27. est verum quòd subdit ipse
Boer. d. n. 28. quòd quando statutum,
vel cõsuetudo adest in contrarium, tunc
non obstante quòd animalia, vehicula,
& naues essent ignorantis, capiuntur, &
confiscantur, saluis iuribus dominis eo-
rum recuperandi damnum, & æstima-
tionem à transgredientibus per iura, &
DD. à se ipso citatos, etiam quòd res ex
87 portatæ † esset minimæ. Sicuti de portare
vinũ prohibito extra locum, nã nec vnã
phialam causa gustus portare potest vt
post Bald. Ioann. de Anan. Barbat. &
aliosait idem Boer. decis. 177. n. 9. & est
limitatio ad ea, quæ alibi dixi de mini-
mis non esse curandum, vt in d. cap. Re-
gis Ioãnis 52. posui d. versic. ratio tom. 6.
88 Subintelligas † hanc tertiam intelli-
gentiam procedere quando esset transa-
ctum territorium, & mare nostrum,
aliàs si sunt reperti in itinere, & in via &
non exierunt confinia, non puniuntur,
nec confiscantur res, ita Boer. loco cita-
to n. 29. 30. 31. 32 33. 34. & seq. per text.
in l. si fugitiui, C. de seru. fugit. vbi Ia-
cob. Butrigar. & Salicet. in d. l. cum pro-
ponas, Bart. Iason. & Abb. de quib. per
eum, & ibi tradit quandam doctrinam
ex Bald. Alberic. de Gandin, Paul. de
Castr. Franc. Luc. de Penna, Bart. Ang.
Odoffredd. Io. de Plat. Rebuff. & mul-
tis, qui dicunt, quòd si exportans nega-
89 uerit se extrahere † sed velle portare ad
molendinum, vel locum, tunc Iudex
habet ex verisimilitudinibus iudicare, an
sit iuxta districtum, vel vlterius, tuncquè
punietur, vel absoluetur arbitrio Iudi-
cis, quæ hodiè possent verificari in naui-
gantibus, nam de extrahentibus per ter-
ram sufficit quòd exeant, vel intient por-
tas ciuitatum, &c. maximè visis literis
responsalibus, vel missiuis, per quas ca-
pitur coniectura, quò portentur res, Sa-
licet. in d. l. cum proponas.
90 Intelligo 4. vt quoties sit cõcessa ali-
quibus immunitas pro rebus emẽdis, vel
extrahendis † non eis prosit quo ad ea,
quæ negotij causa habent, v. g. ex bonis
conductis, ita Rolland. cons. 79. & 80.
n. 54. vol. 3. & d. consil. 61. n. 23. lib. 4. &
ob id facienda est indago, & constare
debet gabellotis, vel Iudici dohanę quòd
extractæ res sunt propriè extrahentis,
non emptæ, vel acquisitæ, aut aliter vt
demonstro inferius in quinto intellectu,
cum concordantibus, quæ dixi similiter
de Clerico supra sub versic. legare potest
propè medium, Surd. d. cons. 313. à n.
72. 73. cum seq. & n. 79. 80. lib. 3. vbi ex
eod. Natt. d. consil. 139. n. 3. & seq. hoc
iddem dicit, immò magis, subdit ipse Surd.
n. 81. quando immunitas, vel statutum
† restringeretur, & concederet faculta-
tem extrahẽdi ciuibus fructus percipiẽ-
dos ex bonis ipsorum ciuium, nam tunc
non extenditur ad eos, quos perciperẽt
ex bonis aliorum ex Becc. cons. 74. n. 32.
Curt. senior. cons. 42. n. 27. stante quòd
inclusio vnius est exclusio aliorum, & cõ-

cedens

cedens vnum,censetur alterum negare, & est valde notandum pro declaratione nostræ Consuetudinis Panormitanæ, & ibi scripsi cap. 75. vbi priuilegium illud vendendi carnes animalium ipsorum Ciuium, pro vt volunt,tam ad pondus,quã ad pecium, vel de vino ad Cannatellam, vt scripsi etiam supra in cap. 116. Regis Federici n.76.tom.2.ex alia consuet. Panor. cap.61. intelligitur de animalibus proprijs, non aliorum per ea, quæ suppleui in cap.57. Regis Alphonsi, tom.4. & melius addo quæ dicuntur in Pragm. vnica tit.55.de prohib.macellat. animal. §.1. & 2. tom.1. vbi disponitur, vt sint propriæ addo ea quę d cit Franc. Marc. decis.458. 461. & 491. part.1. Menoch. & alij relati per Io.Bapt.à Costa cons.1. n.188.lib. 1. tum quia illa concessio, siue dispositio facta Ciuibus, intelligenda est de ciuibus tamquam ciuibus, non tamquam colonis, v. g. vel conductoribus aliorum, vel similiter, Natt. d.cons. 139. n.5.versic. etsi dicatur, Surd. d. cõs.313. n.81.quæ nota, quia accidũt quotidie in facto, & sæpissimè fui interrogatus de hoc, quicquid dicant Decian. cons.44. n.83. & seq. vol. 4. Cephal. cons.451. n. 184 & seq qui voluerunt extendi ad bona empta, conducta, aut aliter acquisita, quia non benè locuntur, sed debet intelligi de bonis proprijs, quæ sint in eorum dominio secundum propriam, ac strictam significationem, & ob id non habet minus locum in bonis communibus, sed de bonis simpliciter suis per dominium per ea, quæ ad propositum latissime posui infra super Bulla, & Regia Pragmat. post cap. 355. Regis Alph. fallentia XII. tom.5. vbi examino illa pronomina, meum, tuum, suum.

92 Intelligo quinto † vt licet ciues sint exempti, & immunes à solutione pro rerum, & fructuum extractione prædicta, tenentur tamen profiteri,& denunciare, vt tetigi superius in 3. intellectu,quia nõ eximis eos ab hoc onere, ita Surd.d.cõs. 313. n.92. ex Bart. in l. fin. §.diui, ff. de publican. Ruyn cons.112.n.8. vers. pręterea, vol. 5. Boss. in tit. de fraud. gabellæ n.10. & consequenter debet eon stare gabelloto,& Iudici Dohanæ,quòd fructus, qui v. g. extrahuntur per talem, fuerint percepti ex eius prædijs, vel potius empti à tertio aliquo, ideoque semper est necessaria cognitio, & indagatio an tales fructus extrahantur exempti, vel obnoxij gabellæ, & an sint de proprijs bonis, & non emptis,nec aliter acquisitis, & hoc facit etiam ad practicam d. consuet. Panormitanæ d. cap.61. & d. cap.75.de quib' tetigi superius in præcedenti quarto intellectu, quia quando venduntur illæ res, nempe caro,& similia, & vinum ad cannatellam, debet cõstare, si sunt fructus de fundis propriorũ dominorum ciuium, & professio prædicta, siuè licentia non fit ad eff-ctum, vt sib concedatur ipsa extrahendi facultas, sed vt discernatur, an res, quæ extrahitur, sit de comprehensis in d.cta immunitate, & ne fiat fraus conductori, sic subdit ipse Surd.d. n.9.2. versic. nec obstat, ex Cephal. in d. cons.451. n.271.& n.275. reprobato Decian. in d. cons.44. n.112.vol.4. qui putauit bullettam, siue tesseram dari pro facultate extrahendi, quia errauit in hoc, dicit ipse Surd. nam est quędam potius attestatio,quòd res illæ sũt ex ijs,quæ extrahi possunt,Ruyn. cons.110. vol.1. Alciat cons.212.n.5.

93 Intelligo sexto,vt h. bens hoc priuilegiũ,siue immunitatem extrahẽdi † possit nihilominus tempore necessitatis, quod absit, belli, famis, pestis, vel alterius necessitatis,interdici ab hac extractione, & impediri,ita Rolland.cons.80.in 1.dubio vol.3. quicquid dixerit Cephal. dict. cons.451. n.282. & seq. qui grauiter labitur, vt refert Surd. d. cons. 313. n.97. cum seq. ex Bald. cons. 406. col.1. & 2. lib. 5. Tiraquell.de pœnis temper. causa 33. Rip. de remed. præser. contra pestẽ n.182. & seq. quia semper intelligitur clausula illa, rebus in eodem statu permanentibus, vt subdit ipse Surd.& n.67. 68.ex eod.Tiraquell.in Pręfat.l.si vnquã C. de reuocat. donat. n 167. Crauett. consil.680. n.15.Osasc.decis.Pedamont. 91.n.2.cum multis alijs ab ipsis allegatis, immo loquendo in causa onerosa, vt

94 puta in gabelloto † qui haberet dictam licentiam extrahendi, & adfuisset dicta necessitas, vel sterilitas,non est reficiendum damnũ, postquã cessauit necessitas, ipsa, vt subdit ipse Surdus n.99. ico. per text. in l. si locus §. fin. ff. quemadm.seruit. amitt. vbi Alber.& Castrens.Cepoll. de seruit.vrb.præd.cap.24.in fine, Alex. cons.190. n.15.vol.2. Andr. de Ysern & & Affl. in cap. 1. §. similiter de capit. qui cur.vendid. Dec.cons.520.n.10.Rollãd. cons.69. n.44. vol.2. Natt. cons.554. & ita refert Surd. de quodam Comite Valentiæ,qui non potuit obtinere refectionem damnorum, quia in contrarium extat consuetudo, & ita tetigi infra eod.in cap.54. limit. 1. incipiente, in quantum

C 2 igitur,

95 igitur, vbi loquendo de gabelloto † dixi quòd non fit remissio propter sterilitatē vnius anni, sed ex vbertate alterius anni fit compensatio, l. si vno, ff. locat. Matth. de Affl. in Constit. Regni, officiorum n.4. rubr. 58. de Offic. magistri Camer. & sic conclusi in consuet. Pan. cap.61. n.18. vbi quòd onus gabellæ nō remittitur, vt puta si fuisset sterilitas, maximè si dannum esset modicum, quia pro modico detrimento nō fit remissio, vt in his terminis post Bald. Bart. Alex. Dec. & Riminald. ait idem Surd. consf. 507. n.8. lib.4. nam parum, & nihil æquiparari solet, vt demōstro infra in cap. 52. Regis Incliti Ioānis tom.6. idē Surd. consf. 197. n.2. lib.2. & consf. 34. à n.4. cū pluribus seq. vol.1. vbi quòd tunc non fit remissio gabelloto, dum non consequitur lucrum, sed quando patitur magnum dannum, vt quia fructus percepti non sufficiunt pro medietate pensionis n. 7. & ita intelligo Io. Franc. Purpurat. in l.1. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. n.516. & 517. qui loquitur ne dū stante bello, verum etiam si fierent præparamenta, vt tango in sequēti capitulo n.7. & vide quæ in simili dixi in consuet. Pan. cap. 84. n.20. vbi quòd solent fieri actus refuti: est verum quòd quando est
96 facta renunciatio † tenetur ad integram gabellam, & pensionem, esto quòd nihil perciperet, latè, n.25. & seq. maximè stante pacto, & conuentione, vt non obstante quauis sterilitate, fiat solutio, tenetur, & valet talis conuentio per tex. in l.1. C. de iur. emph. Speculat. Ias. & Dec. de quibus per Surd. d. consf. 197. n. 14. 15. 16. qui loquitur in emphiteuta, cuius domus passa fuit periculum. Et dicūt DD. in hac materia remissionis mercedis, ac pensionis, quòd ad dignoscendum an sit remittenda pensio conductori, æstimantur fructus, quia tunc deducitur dannum habito respectu ad vniuersam locationem, ita, vt si parum sit perceptum de frumēto, & multum de vino, illud, quod in vno deest, supplet ex alio, Bald. in l. licet quæst.9. C. locati Natt. consf. 449. n.5. & seq. cum similib. per eundem Surd. consf. 282. sub nu.16. & seq. lib.2. & per ista sit impositus finis huic commento ad laudem Sacratissimę Passionis D.N. Iesu Christi hodie vltimo Veneris Martij.

M. Muta.

Quòd exules in Regno non possint repatriare. *Cap. XVI.*

ITEM suæ placeat Maiestati, quòd exules, vel forasciti, qui vocantur, & specificè qui grauia damna intulerunt Regiæ Maiestati, & Patriæ eorum, non audeant ad eandem patriam remeare, vel appropinquare, saltim per duas dietas, & specialiter si sint tales, ex quibus reuolutiones, & scandala possent oriri. Placet Regiæ Maiestati. Et ad hoc, vt præmissa melius exequantur, Regia Maiestas eliget quatuor personas pro dicta executione facienda, & prouidebit, etiam si aliqui ex eisdem debent eijci de Regno. Post prædicta dicta Regia Maiestas cum consilio dictarum personarum elegit, & ordinauit quatuor personas, videlicet nobilem Raymundum de Abella, nobilem Ioannem de Coriglies, Salymbenium de Marchisio, & Iacobum Denti.

SVMMARIVM.

Disterrati, & exules non possunt ad eandem patriam repatriare, nec appropinquare, saltim per duas dietas, n.1. disterro finito possunt venire, n.9. 10. & quid de momentaneo transitu, n.21.

Dieta quælibet intelligitur per spacium viginti milliarium, n.2. cum seq.

Correrius, siue cursor debet facere viginti milliaria quolibet die ad minus pro iustificatione suæ mercedis, n.3 & si fecit vno die 40. milliaria, debet recipere salarium duorum dierum, n.4.

Disterrare potest Princeps personas sibi benè visas, maximè tumultuosas ad eius libitum

libitum, dato termino ad colligendum sarcinulas, n.5. & quare eis datur, n.6. & seq. & an cum comminatione mortis, n.12. 13. 14. 15.

Terminus ad colligendum sarcinulas datur disterratis ob afflictionem, quam sentiunt ex separatione parentum, n. 6. & reputatur absentiæ tempus, & est arbitrarius, n.7.

Disterrati, exules, & malefactores non possunt etiam per Barones, nec alios receptari, n 8.

Condemnati super regijs triremibus fini to tempore debent sine alio mandato statim, & gratis dimitti per Generalem, n.10 & seq.

Condemnatio ad triremes quãdo est facienda, Iudices debent dicere in sententijs, super Regijs triremibus, & non super particularibus, ibid.

Condemnari super triremibus potest ad tempus etiam biennio, & perpetuo, n. 16. & n. 18.

Condemnati ad triremes, si sunt inhabiles, recipiuntur relationes Medici, & solent disterrari cum comminatione mortis, n.12. 13. 14. 15. 19.

Condennati ad triremes si fugiunt, incurrunt pœnam mortis eis comminatam, n.13.

Statutum valet disponens quòd si non soluta fuerit pœna pecuniaria, de qua quis esset condemnatus, infra tantum tempus, intelligatur condennatus ex tunc ad pœnam mortis, & est de iure, n.13. & quomodo n.14. 15.

Pœnam non valens in ære luere, luat in corpore, n. 15.

Triremium pœna licet corporalis sit, maior tamen est, ac grauior omni alia, & morti proxima, & æquiparatur pœnæ metalli, n.16. 18. & crudelis est, à qua iudices quantum possunt se abstineant, n.17.

Pœna metalli non est in vsu, & successit pœnæ triremium hodiè, ibid. & n.20. vbi quòd pœna arbitraria imponi potest vsque ad mortem exclusiuè.

Condemnati super regijs triremibus perpetuo æquiparãtur mortuis. n.19. sunt insuccessibiles, perdunt testamenti factionem actiuam, & passiuam, nec possunt absque Principis licentia testari, & relicta accrescunt astrictioribus, n.18.

Triremium pœna non fuit cognita à iure consultis, sed per tribunalia consuetudine introducta etiam contra clericos in magnis excessibus, n.19.

Condemnatio simplex ad triremes non operatur pœnam mortis, nisi ex comminatione, n.21.



HABES ex rubr. iuncto capitulo subsequenti 17. in quo eadem materia tractatur, quid dicat, nem-
1 pè vt exules † & sic disterrati, de quibus realiter hic sentitur, non audeant repatriare, & ita ad eandẽ patriam remeare, vel appropinquare, saltim per duas dietas, quæ sunt spatium
2 40. milliarium, nam quælibet dieta † de iure intelligitur de viginti milliarib⁹ l. 1. & ibi DD. ff. si quis caution. gloss. in cap. nõnulli de rescript. & ibi Fęlin. in verbo, vltra duas dietas, Io. Bertacch. in suo repertorio in verbo, dieta, Canonistæ in cap. statutum, §. cum vero de rescript. in 6. cũ similibus. Hinc est quòd cursor, siue
3 correrius † viginti milliaria debet facere ad minus quolibet die pro iustificandis eius laboribus, & mercede, l. 3. ff. de verbor. signif. d. l. 1. ff. si quis caution. Andr. de Ysern. in §. lancimus, n.5. tit. quo tempor. miles cum concord iutibus per Affl. in constit. Regni, si quem, nu. 15. rubr. 95. de exordijs præparatorijs lib.
4 1. In tantum † quod si v.g. eidem promitterẽtur tot pro die, vt puta pro 20. milliarib⁹, si ipse in vno die, faciat 40. milliaria, debet recipere nihilominus pro salario duorum dierum, Carrocc. de locat. & cõduct. in tit. de ambasciatore quæst. 1. n.15. Et specialiter si essent tales dicti disterrati, ex quibus reuolutiones, & scandala oriri possent, ita tetigi etiam in specie de ista materia supra in cap. 45. Regis Iacobi n.41. tom.1. post Andr. de Ysern. & iura ibi per me citata: Et addit Dominus Rex noster hic in decretata,
5 quòd quando † sibi videbitur (& sic etiã Iudicibus) potest facere disterrum de aliquibus personis sibi beneuisis de supradictis tumultuosis, aut aliter à Regno, & hinc eosdẽ eijcere, cum illo termino ad colligendum sarcinulas, de quo in cap. 39. eiusdem Regis Iacobi n.177. cum ibi positis Tom.1. & in cap.25. sub versic. huc etiam confert, & in cap.117. Regis Federici limit.7. tom.2. Nec ab re dabatur
6 tur dictus terminus † ad colligendum sarcinulas, eo quia in illo affligebantur, ex quo contra pietatem ab eorum parẽtibus separantur inuiti l. possessionum, ff. comm. vtriusq; iudic. l. quæsitum, §.

sed

sed en instrumenti, ff. de fid. instrum. l.
plerumq; ff. de ædil. edict. cum simil.lib.
vbi quòd ratio pietatis offenditur, & di-
cunt DD. quòd hoc tempus, siue termi-
7 nus † colligendi sarcinulas reputatur ab-
sentiæ tempus, & est arbitrarium, vt post
Io. Andr. Alex. Iason. Io. de Plat. & alios
ait Io. Franc. Purpurat. in l. 1. ff. de offic.
eius, cui mand. est iurisd. n. 516. & 517.
quia iddem iudicamus de tempore, sub
quo pręparamenta fiunt, quod de tem-
pore, in quo præparata exercentur, vn-
de sicut datiario, vel gabelloto (loquor
de iure communi) fit remissio tempore
belli, quando nempe passus fuit magnũ
damnum, vt posui supra in cap. antece-
denti, n. 95. ita pro tempore, quo fiunt
præparamenta, vt ibi per eum. In tantũ
8 vt etiam Baronibus † & omnibus alijs
prohibitum sit specialiter, ne tales exu-
les, & malefactores receptent, & hoc in
odium, ac dispendium patriæ ipsorum,
sic disponitur per d. capit. proximè sub-
sequens, & tradit Matthæus de Afflicto
in Constit. Regni, pænam eorum sub n.
3. de bannit. & foriudicat. rubr. 3. & si de
facto culpa dicti exules repatriasset, iam
est positus modus in d. cap. 117. d. limit.
7. quòd scilicet duplicetur exilium, vel
dicas hic loqui de illis bannitis, qui non
possunt receptari, vt latè posui in cap.
108. Regis Federici n. 48. tom. 2. & dan-
te domino suis locis supplebo.

Intelligo durante dicto disterro † &
9 exilio, alias eo finito possunt liberè re-
patriare, ex his, quæ tangit Affl. in cõstit.
Regni, hi, qui col. 1. tit. de inquisit. &
potest applicari ad condemnatos super
regijs triremib', pro vt ita realiter debẽt
iudices condemnare, & non super par-
ticulares, vt est prag. vnica in hoc Regno
tit. 50. ibi [conuiene que los Iuezes del
crimen dess e nuestro Reyno, y de los de
Napoles, Yestado de Milan, embien las
personas, que por delittos condennaren
à galeras, à las nuestras proprias, y no de
las particulares, que estan à nuestro suel-
do, &c.] nam finito tempore potest Ge-
10 neralis † illos dimictere, vt ipse sentit, &
clarius, & melius n. 9. vbi quòd capita-
neus triremis finito tempore debet sine
alio mandato ipsum liberare gratis, &
subdit quòd debet seruari iste modus, nã
Iustitiarius scribit dicto Capitaneo, vel
Magistro operũ publicorũ, quòd talis de
tali cognomine, & de tali terra fuit con-
demnatus ad seruiẽdum super regijs tri-
remibus pro tanto tempore, ideo custo-
ditum ad vos transmittimus, liberandũ
per vos finito tempore, & fidem nobis
faciatis de receptione; nam.n. potest cõ-
11 demnari † quis ad triremes tam ad tem-
pus quàm in perpetuum vt per Iul. Clar.
in pract. crim. §. fin. quæst. 67. vers. itẽ
damnatio in metallum cum similibus per
Farinac. in tract. de indic. tit. de delictis,
& pænis quæst. 19. n. 14. & 15. & ita vi-
demus ordinariè, & voluerunt Vinc. de
Franchis decis. 444. Caballus in suis reso-
solutionibus casu 8. n. 28. vbi quod per
biennium potest quis condemnari ad tri-
remes, licet, vt audio, non soleat Ge-
neralis recipere, nisi per triennium ad
12 minus, & loquor quando † similes con
dennati essent habiles ad seruiendum su-
per dictis Regijs triremibus, nam aliter
si inhabiles ad remigandum, & inutiles,
& obseruatur in hoc regno fieri relatio-
nes per medicũ triremiũ, vel alios, & ita
seruamus, vt subdam nunc, mox capti so-
lent relegari, vel confinari, ac disterra-
ri, vel in certo loco, vel à Regno, siue
à loco, & territorio, cum hoc quòd vbi
extra illum locum inuenirentur, finesq;
disterri, siue confinij non seruarent, capi-
te punirentur ad mortem, & sic cum ista
comminatione mortis, vt in simili dixi
in cap. Ritus 160. limit. 3. n. 17. tom. 4. de
condennatis ad dictos triremes, & ab eis
13 fugientibus † quia incurrunt dictam pæ-
nam mortis sibi comminatam, addo eun-
dem Caball. casu 164. post Gramm. &
alios n. 1. 2. 3. & seq. vbi vtitur illo argu-
mento de statutis Italiæ disponentibus,
quòd si aliquis infra tantum tempus non
soluerit pænam pecuniariam, de qua fue-
rit cõdennatus, ad tradita in cap. 53. Re-
gis Iacobi n. 64. 65. 66. 67. tom. 1. & infra
cap. 25. versic. colligi pęna etiam mortis,
vel alia per Iudicem posita, condenna-
tus intelligatur ex nunc pro tunc, & lo-
quitur de inhabilibus ad seruiendum, &
inutilibus, addo Peguer. in decisionib.
criminalib. cap. 4. n. 4. vbi ita fuisse * deci-
sũ in cõcilio Cathalonię, idẽ Caball. d. ca-
su 8. n. 48. & dicit esse etiã de iure ex Bald.
in l. quid ergo, §. pæna grauior in repe-
tit. n. 15. 17. ff. de his, qui not. infam. &
in l. si seuerior. n. 28. C. ex quib. causs. in-
fam. irroget. Aret. in tract. de malefic.
in verbo, quas si non soluerit, & ibi Au-
gustin. Clar. Cartarr. Farinac. & alijs
citatis per ipsum Caball. n. 5. & 6. vbi sub-
dit, Iudices debere esse in hoc circum-
14 spectos † & in defectum dictæ penæ pe-
cuniarię, apponere pænam corporalem
iustam, & bono arbitrio conuenientem
commensuratam delictis iuxta facti, ac
persona-

personarum qualitatem, prout æquum
sibi videbitur, aliter grauiter reprehen-
dendi sunt, & sententiæ non valerent,
veluti crudeles, & bestiales, prout alias
15 fuere reuocatæ, & facit quia videmus †
quòd, qui non habet in ære, luat in cor-
pore, vel stando carceratus, vel dentur
ei aliqui ictus funium, & similiter, & non
ita grauiter puniri, vt dixi supra in cap.
100. Regis Federici n. 4. tom. 2. vbi alle-
go cõcordãtia, & multa iura cumulat idẽ
idem Caball. in dictis suis resolutionib.
criminalib. casu 99. n. 73. quòd aliter nõ
contingit, nisi propter delictum, & ino-
piã simul iunctam, vt ait Bald. in l. scimus
§. & si præstitam sub n. 3. C. de iur. de-
lib. ideoquè non debet subito Iudex cõ-
minari in eius sententia tam pænam cru-
delem defectu solutionis pecuniariæ, &
& maximè dictam pænam triremium,
16 quæ, & si corporalis sit † vt post Petrum
Sonceno inter consilia criminalia diuer-
sorum cons. 98. n. 15. Farinac. Cacheran.
& alios refert ipse Petr. Caball. casu 135.
n. 2. nihilominus, ita maior, ac grauior est
omni alia pena, vt nec vlla ita morti pro-
xima, sit sicuti ipsa ad triremes dãnatio,
vt ait ipsemet in d. casu 8. n. 48. vbi eam
æquiparat penæ dannationis in metallũ,
quæ hodie non est in vsu, vt per eundem
Caball. casu 99. n. 82. 87. & tangam infra
n. 20. & in cap. 18. & llẽtia. 2. & in eam suc-
cessisse, vt subdam n. seq. per text. in l.
capitalium, ibi, proxima morti pæna me-
talli coercio, ff. de pænis, & ita etiam
scripsi supra in cap. 77. Regis Federici,
n. 4. & seq. tom. 2. qua de causa, stante
17 quòd crudelis † est ipsa pæna, de facili
quippe multoties remiges moriuntur in
illis, milliesque mori, ac varia acciden-
tia pati, ipsa n. pæna morte naturali terri-
bilior, ex eruminis innumeris, grauissimis-
que miserijs, dicitur, vt post Iodocc. in
pract. crimin cap. 151. n. 45. Crauett. cõs.
18. n. 12. Cumiani de Syndic. cap. 42. n.
49. declarat ipse Caball. d. casu 8. n. 61.
62. qui admonent Iudices, vt semper
abstineant se ab huiusmodi triremiũ con-
dennatione, eamque nunquam imponãt,
si aliam delinquẽtibus imponere possint,
vt de nostratibus doctissimè, & egregiè
scripserunt Domini Don Garf. Mastrill.
& Don Io. Francisc. de Castillo in eorũ
pulcherrimis decisionibus Cõsistorij Sa-
cræ Regiæ conscientiæ, ille decis. 167.
iste, decis. 37. qui ita decisum fuisse Ann.
1608. in eadẽ causa illorũ de Tarantino,
& Orlãdis qui erat donatarius Hierony-
mi iampio perpetuo condenati ad trire-
mes, testantur, & concluserunt secundũ
magis com. opin. talem pænam suc-
18 cessisse † in pænam dicti operis metalli,
quoties perpetuo tales essent cõdennati,
æquiparari mortuis, esse insuccessibiles,
& testamenti factionem actiuam, & pas-
siuam perdidisse, nec posse sine Princi-
pis licẽtia testari, etiã ad pias causas, Ti-
raq. in l. si vnquam vers. libertis n. 88. C.
de reu. donat. vbi quid pro malè ablatis,
& per Io. delect. de art. test. cautel. 9. &
supplebo infr. cap. 25 vers. collig. sed id,
qđ ipsi acquirere nõ possunt, accrescere,
& acquiri parẽtibus eorũ astrictioribus,
& faciũt quæ ego scripsi in cap. Rit. 166.
versic. cõdẽnatio n. 15. tom. 4. vbi loquor
de condennatis ad mortem, qui non pos-
sunt absque dicta Illustrissimi Proregis li-
centia testari, & est inter alios casus, quos
pono infr. in cap 48. ampl. 11. ibiq; addu-
co illos versus, nisi in aliquib⁹ casibus ad-
ductis p me in d. Ritu n. 16. & 17. vbi ex-
clusi, nisi penderet appellatio, adiungo
Couarr. pract. quæstion. cap. 23. vers.
tertia interpetratio, vel nisi Iudex in sen-
tentia testamenti factionem reseruasset,
& modo addo, nisi condennatio ipsa es-
set facta, v.g. vt projciatur de fenestra,
vel sagittetur, vel alia pæna non permis-
sa de iure iuxta text. in l. aut dannum §.
1. ff. de pænis, Angel. in l. si quis mihi
bona §. si quis, ff. de acquir hæredit. Do-
mini Neapolitani in Adnotationibus ad
l. quis, §. si cui, ff. de testam. & in l. si quis,
ff. eod. vbi etiam an dannatus in vna Ci-
uitate, fiat intestabilis vbiquè locorum
ex Paul. de Castr. cons 86. Primum quæ-
situm, &c. quem refert Cotta in verbo,
bannitus ad mortem, nam tunc non effi-
citur intestabilis, nec seruus pænæ, vel
nisi sententia ipsa condennatoria esset
nulla, vt sentiunt ipsi Neapolitani, &
Annell. de Bottis vbi supra, ex Ioann. di-
lect. de art. testandi d. cautel. 9. vbi etiã,
an possit confiteri in fauorem creditorũ,
& per eundem Dom. Couarr. Variar.
resolution. cap. 8. fol. 488. In vna tamen
hucusque dubitatione sum, & est quòd
19 dicta triremium † pæna non fuit à Iure
cõsultis, nec à legum latoribus cognita,
sed per Tribunalium Iudices consuetu-
dine introducta, & ex vsu Italiæ, etiam
contra Clericos, quoties excessus est ma-
gnus, vt ex Diaz. in pract. crimin. Ca-
nonica cap. 146. n. 3. & ibi Additio, Clar.
in pract. crimin. quæst. 70. n. 5. ait ipse
Caball. casu 87. n. 6. nec reperitur vsque
modo lex expressa, quæ det pænã mor-
tis, nec simplex condennatio ad trire-

mes

mes hoc operatur, nec dicitur esse mortalis, nec morti est locus, nisi ex dicta cōminatione sic promulgata p iudices in casu, quo aufugerint à dictis triremibus, vt optimè ait ipse Caball. sub nu 49. d. casu 8. ex Vinc. de Franch. decis. 140. Item quòd & si successerit in locum supradictę pænę damnationis in metallum, iam dicunt Doctores hanc pænam dan-
20 nationis † in metallum non esse hodiè in vsu, tetigi superius n. 16. vt post gloss. in §. pænæ, Instit. quib. mod. ius patr. potest. solut. in verbo, in metallum, sed consequenter in casibus, in quibus hæc pæna imponebatur, possunt hodiè Iudices aliam pęnam imponere iuxta eorum arbitriū, vt ex Io. de Imola in l. publico rum sub nu. 2. ff. de public. iudic. Alex. cons. 229. nu. 13. lib. 6. refert idem Petr. Caball. casu 200. n. 106. vbi est insertum quoddam eius consilium inter alia, si ergo est arbitrio iudicātium remissum, nullo modo possunt iudices vsque ad mortē inclusiuè condemnare ex his, quæ pono infra eod. in cap. 51. in 7. obseruantia in fine vbi allego loca concordantia.

Intelligo secundo, non procedere in
21 momentaneo † transitu, siue habitatione, vide quæ tango infra in cap. 7. Regis Philippi declaratione. 6. tom. 9. ex Carauit. in Pragm. 1. §. 13. & 10. de senatusc. Macedonian. Foller. in pragmat. 1. de exulib. quæst. 22. n. 45. quod est periculosum, & cauendum ab hoc.

M. Muta.

De receptione exulum, & malefactorum. Cap. XVII.

ITEM quòd nulli Baroni, aut cuicumquè alij, liceat tales exules, & malefactores imparare, vel receptare in odium, atque dispendium Patriæ ipsorum. Placet Regiæ Maiestati de his, qui declarabuntur.

Scriptum est in præcedēti capitulo, in quo agitur eadem consecutiua materia, ibi videas.

Quòd Mercatores singuli possint securè, & liberè mercimoniare. Cap. XVIII.

ITEM suæ Placeat Maiestati quòd singuli mercatores possint tutè venire, & in Sicilia stare, & redire pacificè, & quietè cum rebus, & mercibus eorum, ex hoc enim sequetur honor, & vtilitas Regia, ac Regni diuitiæ, & incrementa. Placet Regiæ Maiestati, exceptis cognominatis de Tarigo, & Fossatello.

SVMMARIVM.

Mercatores possunt expelli à territorio dominorum, & auferri ab eis bona, nisi recedant, n. 1. cum seq. si fiat cum causa n. 6. 7. 12. 13.

Territorij ingressus potest per dominū prohiberi n. 2. & quare n. seq.

Statutum valet, nequis recipiat forensem in domum suam, nisi prius eum reuelet offitialibus loci, n. 3. & quare n. 4. & quid si ille esset clericus, n. 26.

Princeps solet scire numerum, & qualitatem eorum forensium, qui ciuitatem ingrediuntur, & pernoctant n. 4.

Statutum ne stabilia bona localia alienentur in non subditos, & forenses, valet ex causa, n. 5. nec est odiosum, sed fauorabile, & an liget clericos, n. 28.

Mundus est communis patria, n. 6.

Expelli regulariter nemo potest de loco absque causa, ibid.

Popularium appellatione veniunt exteri, aduenæ, & forenses, n. 7.

Forenses non possunt absque causa expelli de territorio, in quod venerant ad habitandum, ibid.

Mercatores sunt vtiles Ciuitatibus, & necessarij n. 8. sine quibus nō possumus viuere, n. 9. & seq.

Mercatura est amica populis, n. 9.

Mercatores ad multa pericula se exponunt. n. 10

nunt, num. 10.

Mercatores debent honorari, & participant in fauoribus, n. 11.

Mercatoribus potest interdici mercatura in certis prouincijs, n. 12.

Princeps potest subditis suis prohibere mercaturam in certis locis, ibid.

Mercatores decocti, falliti, dolosi, & in fugam præparati, possunt expelli de prouincijs; n. 13. 14. 15. & sunt infames n. 16.

Mercatores falliti, & decocti si faciunt contractus, habentur pro non factis, ibidem.

Mercator delegans creditori suo alium mercatorem breui decocturum, vel fugam arrepturum, non liberatur, n. 14. 15. 17.

Decocti, & falliti non possunt facere cõtractus, maximè infra biduum, ibid.

Falliti sunt faciles ad mentiendum, nec valent contractus per eos facti, præsertim infra biduum, n. 15. & sunt infames, n. 16. intellige, n. 22. 23. 24.

Bancherius acceptans literas, vel apodixas bancales, si postea aufugerit, & de dicta fuga est conscius debitor, tenetur ratione doli, n. 17.

Mercatores acceptantes literas desoluendo, si mox aufugiunt, tenentur etiam illi, qui literas miserunt, nec sunt liberati, ibid.

Bancherij falliti, & decocti possunt poni ad torturam, vt indicent pecunias, maximè vniuersitatis, n. 18. 19. 20. & grauiter puniuntur. 21.

Mercatores falliti possunt torqueri vt demonstrent pecunias occultas, ibid.

Fugientes cum pecunijs vniuersitatis, & fiscalibus acrius puniuntur, & si in fortijs Curia venerint, acerrimè castigantur, ibid.

Statutum Florentiæ punit acriter fallitos fugientes cũ pecunijs publicis ibid.

Florentini non timent verecundiam, ibid.

Pecunias publicas portantes secum fugiendo pœna vltimi supplicij sunt, vltra alias, n. 19. 20. 21.

Falliti pro fastu, ludo, & venere, grauiter puniri debent, n. 21. cum seq.

Falliti culpa propria, & dolo, non vitio fortunæ, castigari debent, n. 22. cũ seq.

Dolosi dicuntur, qui scientes se non posse soluere, inducunt fideiussores ad se fideiubendum ibid.

Fideiussores dicitur decipere, qui sciens nõ sufficere eorum bona pro satisfactione, ibid.

Diuitem se faciens cum non sit, & contrahit debita, extraordinariè debet puniri, n. 23. 24.

Socer inducens generum dolosè ad contrahẽdum matrimonium spe futura dotis, punitur extraordinariè, n. 24.

Mercator fallitus, si induxerit creditorẽ, vt partem debiti sibi relinquat, & partem soluat, potest conditione ob turcausam ab eo repeti creditum. 25.

Creditor, si remisit partẽ debiti suo debitori dolosè, potest conditione ob turpem causam id repetere, ibid.

Exteri possunt ex causis prohiberi, ne veniant ad locum ad habitandum, & quid si essent clerici, n. 27.

Clerici an ligentur statuto dictante, ne forenses accedant ad habitandum ad locum, ibid.



Olligitur ex isto præsenti capitulo, ibi tutè venire, quòd pos-
1 sunt mercatores † qui perrexerunt in territorium alicuius expelli, eisque auferri bona, nisi recedãt, hanc questionem inuenio tractam per Iacobin. de S. Georgio in tract. de feudis in verbo, Dux, versic. itẽ quæro, vbi dicit posse interdici eis ingressus, arg. l. diuus pius, ff. de seruit. rust. prædior. Abb. in cap. quoniam in plerisque col. 1. de offic. ordin. Bald. in cap. 1. de forma fidelitatis in vsib. feudor. vbi quòd potest domi-
2 nus † ingressum sui territorij prohibere, & quòd venturis ad patriam alienam interdici possit ingressus, eũ sequitur Surd. cons. 174. col. 2. lib. 2. (argum. eorum, quę dicã infra in cap. 31. Regis incliti Ioannis limit. 2. tom. 6. Bertrãd. cons. 61. n. 4. lib. 1.) subdẽs ipse Surd. n. 6. post Brun cons. 204. vol. 2. quòd potest dominus
3 † loci statuere sub pœna, ne quis forensem recipiat in domum suam, nisi prius eum consignet per bollettinum, vel bullettam offitiali, & ita obseruatur, maximè in Italia, idẽ Surd. cõs. 210. n. 15. lib. 2. & tango inferius in 3. fallentia. n. 26. idẽ Surd. cons. 272. col. 1. ex eod. Brun. Ang. in Auth. de quæstor. §. si vero, Carol. Ruyn. cõs. 28. n. 15. vol. 1. & alijs, & cõsequenter tenentur subditi hoc obseruare, & salutem domini procurare, ne fortè eius sint dicti forenses inimici, quos vitare debent omnino per cap. 1. qualit. vassalli iurar. deb. fidel. cap. 1. quæ fuit prima cauf. benef. amict. & ibi Aluarott. &

hoc ideo permictitur ex statutis forenses
4 reuelari, & consignari † vt Principi, vel
domino loci innotescat numerus, & qualitas eorum, qui Ciuitatem ingrediuntur,
ibique pernoctant, vt subdit ipse Surd.
sub n.7. & seq. Sicut videmus quòd quasi
5 in simili negotio, valet statutum † vt
bona stabilia localia nō alienentur in nō
subditos, & forenses ex caussis statuentes mouentibus, vt post Bart. in l. fin. n.
20. C. de Sacros. Eccles. Oldrad. Bald.
Angel. Dec. Alex. Alberic. Signorol. Cephal. & mille DD., ait iterum Surd. cons.
276. n.8. & 9. lib.2. & n.12. cum seq. &
cons. 313. n.84. 85. lib.2. cum num. seq.
nec erit odiosum, quinimmo fauorabile,
vide inferius nu. fin. non obstante quòd
6 habemus quòd mundus † sit communis
patria, vt ait Bald. in d. cap.1. §.1. de
form. fidel. vt de Roma posui infra in cap.
51. in 6. obseruantia fallentia 8. & expellere aliquos sit interdicere, quæ interdictio non potest fieri sine causa l. relegatorum, ff. de interd. & releg. maximè
postquàm venerunt in territorium, nam
sunt sicut reliquus populus, vnde dicit
textus, subdit idem de S. Georgio, in
d. Auth. de quæstore per illa verba, ibi,
Ciuitas nostra populosa est, quòd appel-
7 latione † popularium, veniunt exteri,
aduenæ, & forenses, & consequenter
contra naturalem æquitatem, & bonum
publicum fieret si expellerentur absque
causa, sicut de forēsib' sentit ipse Surd. d.
cons. 174. col.2. & 3. quia non est alicui
denegandum, quòd ab humana societate conceditur, cap. notandum 13. q.1.
subdens ipse Surd. n.10. & seq. ex Bald.
Martin. Laudens. Aluarott. Cepoll. Caccialup. Crott. & alijs, quòd postquam
tales venerunt ad habitandum, sunt veluti reliquus populus, esto quòd haberēt
diuersitatem linguarum, nam postquam
fuerunt admissi, non potest amplius eis
prohiberi ingressus, ibique alios allegat,
8 maximè in mercatoribus † qui vt ait Arist. Plat. Cicer. & alij, sunt vtiles Ciuitatibus vt hic, ibi, vtilitas Regia, de quorum laudibus benè ponit Tiraquell. in
tract. de Nobilit. cap.33. n.14. & aliqua
per Iacob. Menocch. cons.9. in princ.
lib.1. in quo demōstrat Mercatores esse
necessarios Reipub. per tex. in l. semper
§. negotiatores, & §. licet, & ibi gloss. ff.
de iur. immunit. vbi quòd dicuntur, vtilitatem afferre, Alberic. in l.2. in fine ff.
de nundin. Alciat. resp. 263. n.6. Menocch. d. cōsil.9. in princ. lib.1. Alba cōs.
36. & per Bald. in rubr. extr. de Cleric.
9 peregr. vbi mercatura, † inquit est amica populis, nam mundus non potest certo modo sine mercatoribus viuere, dixit
enim Horatius,

„ *Impiger extremos currit Mercator ad Indos*
„ *Per mare, per terras, pauperiem fugiens.*

10 quia ad multa pericula † se exponunt, vt
refert post Plaut. Annibal. & alios Io.
Bapt. à Costa cons.1. n.144. cum seq. lib.
1. vbi etiā adducit quosdam versus Ouidij
lib.5. Fastor, & licet quamplures periclitantes propter merces periculosas, tamē
multi è contrario congerunt opes, & si
vnus iacturam patitur in reb' aliquibus,
in alijs tamen augescunt, & fit compensatio, vt subdit ipse à Costa sub n.182. &
propterea ī hoc capitulo subditur ratio,
ibi, ex hoc. n. sequitur honor, & vtilitas Regia, ac Regni diuitiæ, & incremētum, vnde dispositum etiam habes in-
11 fra in cap.67. §.11. quòd mercatores † &
alij, qui exercent mercimonias, honorentur, & participent in fauoribus, &
per ea, quæ etiam ait Io. Bapt. à Costa
d. cons.1. nu.178. & 182. vbi ex talibus
mercatoribus vocat Ciuitates fieri locupletissimas propter mercimonia.

Fallit primo quando ex aliquibus casibus placeret Domino Regi illos merca-
12 tores non admictere † nec commorari
in suo Regno, quòd potest, vt hic in decretata sua, vbi excepit duos mercatores cognominatos de Tarigo, & Rossatello, & comprobatur authoritate iuris
communis per l. mercatores C. de commerc. & mercat. ibique disponitur quòd
potest Princeps subditis suis interdicere
mercaturam in certis prouincijs Bald. in
l. data opera n.17. C. de his qui accus. nō
poss. Io. Petr. Surd. cons.152. n.10. lib.2.
& d. cons.174. loco citato, Bald. vbi supra.

Fallit secundo, secus esse quo ad illos
13 mercatores † dolosos, & qui dum contrahunt, sunt in fuga, vel ad fugam præparati, seu decocti, & falliti, de quibus
multa scribit Io. Petr. Surd. cōs.528. lib.4.
vbi quòd tunc illi contractus facti habentur pro non factis, & fides de pretio habetur pro non habita, nec translatum
intelligitur dominium ex Angel. Alex.
Cepoll. Negusant. Salicet. Rip. & alijs,
14 in tantum vt si v. g. tali casu mercator †
creditori suo delegaret alium mercatorem, quem scit breui decocturum, vel
fugam arrepturum, non liberatur propter dolum, vt per eundem Surd. n.8.
vbi quòd quoties mercatores incipiunt
latitare, sicque copiam non facere; &

comple-

complementum nulli dant, præsumitur quòd eo tempore, quo agunt contractus, sunt fugitiui ex præcogitata fuga, hinc si heri contraxit, & hodiè aufugit, præsumitur quòd iam heri, tempore dicti contractus, se fugæ præparauerit, ex Imol. Alex. Marsil. Menocch. & alijs per eum n.9. & recordor posuisse aliqua super Pragm.2. tit.72. de Banchierijs, & Mercatorib. tom.1. pragmaticarum, vbi dixi
15 maximè quando † faciunt actus aliquos per biduum antequàm fallerent, quia æquitas naturalis suadet quòd isti possint prælato die mentiri, & dicit Bald. cons. 399. In libris vol.5. col.1. quod isti falliti sunt faciles ad mentiendum, per iura ab eodem allegata, cum ex modico interuallo fugæ videatur fraus ab eis excogitata (vt etiam tetigi supra in cap.24. Regis Iacobi n.11. tom.1.) subdens Bald.
16 vbi supra quòd isti tales sunt infames † & infamissimi, qui more antiquissimæ legis deberent tradi creditoribus laniandi, vt latius subdam nunc, nam statim ac mutauerunt statum, non licet, etiam bonam fidem, agnoscere in præiudicium aliorum creditorum, & sic non possunt apochas, neq; apodixas facere, nec alias cautelas remissorias: In tantum vt si v.g.
17 debitor † consignauerit literas suo creditori, & ille præsentauerit campsori, siue bancherio, qui eas acceptauerit, & mercator, dictis literis acceptis, aufugerit, tamen, si de dicta fuga est conscius. debitor tenetur ratione doli, non obstāte litterarum acceptatione, vide, quæ post Bald. Alex. Barbat. Castrens. & alios tradit Surd. cons.145. n.10. lib.1. vnde
18 fit vt tales bācherij † mercatoresq; falliti possint poni ad torturam ad hoc vt pecunias indicent, Farinat. de indic. & tortur. quæst. 42. n.35. lib.2. Boer. Decis. 215. præsertim nu.5. vbi multa ad hanc materiam, & maximè si tales aufugientes aufugissent cum pecunijs vniuersitatis, & Fiscalibus, quia acrius puniri deberent, idcoquè laudabile adest statutū Florentiæ cap.161. rubr. de pæn. offic. aufug. cum pec. lib.3. per quod condemnatur in hauere, & persona, vt si quo tēpore venerit in fortijs Curiæ, trahatur ad caudam asini fine assidibus vsque ad locum Iustitiæ, & ibidem pro dimidia plantetur, & pro alia dimidia sua persona comburatur, & omnia eius bona deuastentur, & destruantur, & confiscentur; & pingatur premium in Palatio Principis, vel Senatus concedendo capientibus tales fugientes, & mandando quòd nihilominus fideiussores talis delinquentis teneantur restituere communitati integraliter pecuniam, ad quam ille tenebatur, vt per eundem Caball. n.89. & puto tale statutum ideo sic acriter punire, quia statuentes viderunt Florentinos non timere verecundiam Bart. in l. 3. in fine, ff. de iustit. & iur. vltra alias pænas, quas de iure communi patiuntur
19 dicti sic fugitiui † cum pecunijs publicis, cum sint legibus odiosi, acriterque puniri ait Stracc. d. part. 3. n.6. cum plurib. seq. Plott. & Farinac. de quib. p eūdē Caball. n.90.91.92. vbi ponit quòd in statu Ecclesiastico adest Bulla Pontificalis, per quam imponitur pæna vltimi supplicij talibus furibus, de quibus M. Cato in Oratione, quam de præda militibus diuidenda scripsit vehementer, & illustribus verbis de impunitate, & licentia peculatus conqueritur, inquiens, fures priuatorum furtorum in neruis, atque compedibus vitam agunt, fures publici in auro, atque purpura gloriosè se ostentant, Gell. lib.11. cap. vlt. Decian. de atrocit. iudic. & process. in crim. peculatus n.1. cap.29. lib.8. vbi quòd magna infamia notantur, & ingenti supplicio afficiuntur, quia peculium fisci, vel ciuitatis, & ærarium expilant (arg. eorum quæ dixi supra in cap.116. Regis Federici versic. secundum præceptum cum seq. ibidem tom.2.) acsi ex ore populi panem, cibumque eripiant, & consequenter in his, similibusque criminibus, non debet Princeps vti lenitate, sed seueritate vt dico infra eod. in cap.51. in 7. obseruantia prope finē, & sētit optimè Menocch. de arbitr. iudic. quæst. 90. n.13. & seq. lib.1. & p eūdē Gell. lib.10. Attic. cap.1. & gloss. in l.1. C. qui bon. ceder poss. qui
20 dicunt tales fallitos; † & decoctos posse graui pæna plecti, & carcerari, ac compedibus 15. ponderis vinciebantur, & de quib' loquitur Petr. Caball. in dictis eius resolutionib' criminalibus casu 99. n.82. 87. vbi dicit seuerissimè esse puniendos, & de iure ictibus plumbatarum erāt subijciendi, l. quilibet C. de Decur. lib.10. Stracc. de mercatur. in tract. de decoctorib. d. part.3. n.3. Luc. de Penn. ibidem, Bald. Accurs. Farin. & alij, de quibus per ipsum Caball. quæ cùm non sint in vsu, succedit pæna arbitraria ex Ofasch. Pedam. Decis. 105. n.7. vbi ponit, quòd in locum damnationis in metallum, successe d. pæna arbitraria, vel pæna triremium perpetuò, vt ex apportatis supra in capit. 16. n.16. maximè si talis de-

21 coctio † fuit pro fanstu, ludo, & venere,
vt per Budæum in l. si hominem, §. quoties, ff. depositi, & sic pæna furcarum sunt
castigandi, vt per Cepoll. cons. 39. Boss.
tit. de furtis n. 39. in fine Decian. capit.
28. tit. peculatus, &c. n. 28. Caball. n. 88.
& sic videmus nõ intelligi hoc statutum
22 de his similibus mercatoribus fallitis †
culpa propria, non vitio fortunæ, sed
dolo, maximè decipiendo multas personas sub eorum fide, v. g. si pro eorum negotiatione, siue administratione officij,
vt plurimum solet accidere, aut pro gabellis captis præstitissent fideiussores in
solidum obligatos, prudentesque, scientesque ab initio se esse debitores in tam
magna summa, vt eorum facultates non
sufficerent ad satisfationem, nam ex hoc
dicuntur dictos fideiussores decepisse, l.
aut facta, §. euentus, vbi gloss. & Bart.
23 ff. de pænis, sicut qui, sciens † se non esse soluendo, facit se diuitem, pluraque
contrahit debita, nam extraordinem puniendus est, vt per Plott. in tract. de inlit. inr. super repet. l. si quando C. vnde
vi, § 4. n. 62. Farinac. quæst. 26. n. 28. Menocch. de arbitr. iudic. centur. 4. casu
381. n. 25. lib. 2. ait pulchrè Petr. Caball.
d. casu 99. n. 58. 86. 87. maximè stante
24 periurio, † vt in puncto ait Cepolla cõs.
39. in 3. dubio n. 37. & in 8. dubio n. 62.
vbi loquitur de his fallitis mercatorib. &
bancherijs, arg. vel à simili, quod dicimus de eo socero, qui spe futuræ dotis,
induxit generum, & cum sciret se præstare dotem non posse, id egerit, nam dicitur genero insidiari, & puniendus est
extraordinariè, vt ipse subdit, in tantum,
vt si v. g. mercatori fallito eius creditor
25 † remiserit partem debiti, vt reliquam
sibi soluat, posset conditione ob turpem
caussam ab eo repeti, Marsil. singul. 432.
Sæpe, vnde fit quòd dantur eis deputati,
& curatores ex Stracc. de Decoctor.
fol. 356. n 5. cũ plurib. seq. arg. eorũ quæ
dixi in cooluet. Pan. cap. 46. n. 19. & super
Rit. cap. 113. n. 1. tom. 4. & suo loco addã.
Fallit 3. quòd licet expelli nõ possint,
26 † saltim tamen possunt Principes, & etiã
Barones edicere, & facere statuta, ne
quis audeat sub pæna forensem recipere,
nisi eum ostẽdat offitiali, sic dixi superius
in principio n. 4. & obseruatur Italiæ, &
tempore suspicionis belli, pestis, &c. &
tetigi supra in cap. 10. sub versic. si igitur,
ibi decimo octauo, vbi tracto de Baronibus habentib. merum, & mixtum imperium, Ann. singul. 54. etiamsi ille, qui
27 veniret illuc ad habitandum esset † Clericus, dummodo esset sibi suspectus, &
cum causa hoc facerent, vt post Boss. &
Foller. inquit Ballus de quæstionib. particularibus quæst. 2. n 58. Sic eodem modo videmus valere statutum prohibens
bona in forenses alienari, vt posui superius n. 5.
28 quia non est odiosum † nec iniquum, sed fauorabile, & validum conditum multoties ob publicã vtilitatem,
vt onera facilius exigantur, ita post Bart.
Alex. cons. 116. n. 8. vol. 6. Signorol. cõs.
21. n. 3. Dec. cons. 661. n. 2. Soccin. Iun.
cons. 76. n. 23. lib. 3. Ceph. cons. 53. n. 8. &
cons. 138. n. 20. Corn. cõs. 109. lib. 1. Rolland. d. cons. 80. n. 30. & seq. Decian. d.
cons. 44. n. 126. idem Cephal. d. cons. 451.
n. 340. Rip. in l. filiusfamilias §. diui n. 80.
ff. delegat. 1. Surd. d. cons. 313. n. 84. 85.
cum seq. & n. 101. vol. 3. ex Oldrad. Boss.
Bald. Angel. Alberic. Alex. Ruyn. Ferdinand. Vasq. Tiraq. Iulio Clar. & Cephal. adeo vt recenseat ipse Surd. aliquos
DD. qui tenuerunt, etiam ex dicto fauorabili statuto, ligari Clericos, & Ecclesiam, vt fuerunt Federic. de Senis cons.
35. Zabarell. cons. 144. Barbat. Crott.
Ferdin. Tiraq. & alij, de quibus per Iacob. Menocch. cons. 800. n. 23. sed de hoc
alibi dixi. M. Muta.

De collectis limitandis. Cap. XIX.

ITEM suæ placeat Maiestati, considerata depopulatione locorum, & paupertate ipsorum, limitare, & restringere collectas, ita, & taliter quòd sit habile, & portabile. Placet Regiæ Maiestati dictam limitationem, & restrictionem facere cum consilio dictatum duodecim personarum. Post prædicta, dicta Regia Maiestas cum concordia dictarum duodecim personarum, ordinauit, & prouidit super contentis in dicto capitulo, sic, & prout in responsione aliorum capitulorum particulariter continetur.

Recurras

Recurras supra in cap. 21. Regis Federici tit. de imposit. collectarum tom. 2. ibiquè latè de materia, præsertim in versic. declara tamen, vbi mentionem facio de isto capit. & melius vide infra eod. in cap. 54. cum similibus ibi positis.

De confirmationibus omnium priuilegiorum, & consuetudinum totius Regni. Cap. XX.

ITEM suæ placeat Maiestati nullatenus derogare, seu permictere quòd ab alijs derogentur priuilegia, consuetudines, vsus, libertates, & immunitates totius Regni, & singulorum locorum, immo manuteneantur, & defendantur expresiè, & si qua sint hactenus derogata, reformentur, & grauamina imposita deleantur, ita quòd omnia loca eorum pristinæ, & iustæ libertati restituantur, iuribus alterius semper saluis. Placet Regiæ Maiestati super contentis in dicto capitulo prouidere cum consilio dictarum duodecim personarum, nullo præiudicio alteri generato.

S V M M A R I V M.

Palatia, vel magnas domos ædificare volentes ad decorem vrbis, possunt inuitis dominis capere sibi domunculas contignas soluto pretio cum addito tertia partis, vel dare aliam casam totaliter melioratam ad electionem venditoris, & quomodo, n. 1. cum seqq. amplia n. 14. 15. limita n. 16. 22. 27. 32. 40. 48. 49. 51. 54.

Pragmat. vnica tit. 71. de priuilegio ædificant. Palat. declaratur, ibid. cum plurib. seq. & an sit odiosa n. 4. vel licita, num. 6.

Domunculæ possunt emi ad vsum palatij, & magnarum domorum, ne luminibus officiatur, n. 2.

Vedere rem suam nemo inuitus alteri tenetur, n. 3. amplia, vt nec emere quis cogatur, n. 5. 13. fallit d. n. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Statutum, vt quis teneatur vendere rem suam, an sit odiosum, vel valeat, n. 4.

Pœnitentiæ locus est in contractibus innominatis, fallit in re exposita venali, vbi an liceat mutare propositum, n. 8.

Nundinarum tempore possunt cogi domini locare apotecas, n. 9.

Emere nemo inuitus cogitur, n. 13.

Fabricare volens suam domunculam, an & quando præferatur ei, qui eam vellet vigore dictæ pragmaticæ, n. 14.

Casa, intelligitur de lutea, & humili, terranea, vel oppressa, n. 16. ac parua, num. 21.

Dictio, siue, aut vel, stat expositiuè n. 16. aliquando correctiuè, & aduersatiuè, quandoque secundum mentem proferentis. n. 18.

Hystoriographis credendum est cap. 19.

Cronicis creditur, ibid.

Scripturis in marmore sculptis, & in muro, at lapide, etiam non authenticis, adhibetur fides, maximè vbi de nullius praiudicio agitur, ibid.

Sicilia, captis Syracusis, facta est prouincia Romanorum, & omnes Ciuitates fuerunt deuastata, n. 20.

Catania Ciuitas deuastata fuit, mox restituta, & ornata ædificijs, ibid.

Statutum loquens de futuro non debet trahi ad præteritum, n. 22.

Statutum correctorium iuris communis venit strictissimè interpetrãdum. n. 23. maximè quando læditur ius tertij n. 24. vel si plures effectus operaretur n. 47.

Ratio finalis, & expressa statuti, vel legis attendenda est, n. 25.

Iuramentum confirmatorium, & de futuro non habet locum in assertorio, & de præsenti, n. 26.

Necessitas differt à commoditate, n. 28.

Æmulatio non præsumitur, ibid.

Statuti verbis qui vult se iuvari, debet prius eius requisita, & qualitates probare, n. 29.

Laudimium an competat ex venditione domunculæ iuxta formam pragmaticæ pro ædificanda magna domo, vel palatio, nu. 30.

Prothomisij ius cessat in casa pragmatica

permi

permictentis capi domunculas pro ampliatione ædificiorum, n.31.
Protbomisÿ ius poteſt per principem probiberi, ibid.
Domus appellatione venit omne id, quod comparatum eſt ad eius effectum, n. 33. 34. 35. 36. 37.
Deſtinatio babetur pro facto, n.34.
Domo legata, vel vẽdita venit etiam hortus ad hunc effectum emptus, n.35. & conclaue, & clauſura n.36.
Domo deſtructa remanet area, tamquam debita tali loco, n.37.
Area eſt illius loci, in quo erat prædiũ, vel quid ſimile, ibid.
Pars rei non debet retrabi, nec emi, ſed tota, n.38 39.
Euictio, ſi eſt cauſata in parte, an venditio reſoluatur in totũ, & quãdo, ibid.
Vendere partem rei nemo tenetur, ſed totam, n.39.
Dominus rei in pari cauſa præfertur omnibus alÿs volẽs iddem facere, n.40. 46.
Obſtacula plura vbi ſunt, remoto vno remanet aliud, n.41.
Diſpoſitio loquens in caſu ſimplici, non intrat vbi aliquid additur, n.42.
Rex ſi cogitaſſet aliquem caſum veriſimilem, vel de eo fuiſſet interrogatus, vtiq; diſpoſuiſſet, n.43.
Eſſe quod primum babet, dicitur babere primum frui, n.44.
Præuentio, ſiue occupatio non babet locũ, niſi quando ſunt paria, n.45.
Statutum operans vnum, vel duos effectus contra ius, mitius debet id corrigere, & vnum tantum operari effectum, n.47.
Aedificare volens ædificium tollendo caſunculas, debet iurare de ædificando, & perficiendo, n.48.
Aedificare volens tollendo caſunculas debet ſoluere, vltra pretium, tertiam partem domino, n.49.
Pinguenalens datum ex forma ritus 112. iuis cognitum per alia ſtatuta, n. 50.
Creditor diſtrahẽdo bona debitoris coactè conſequitur, vltra ſuum creditum, quartam partem, ibid.
Aedificia circa ornatũ vrbiũ intelliguntur intra, nõ extra mœnia. n.51. cũ ſeq.
Pronomen, eadem, eſt perſonaliſſimum non extendibile de loco ad locum, nec de perſona ad perſonam, n.52.
Domo legata intelligitur de vrbana, non ruſticana, aut rurali, 53.
Aedificare volens magnas domos, vel palatium vigore pragmaticæ non procedit fauore Eccleſiarum, & piorum locorum n.54.


IDE ſupra in capit. 26. Regis Federici verſic. eodem modo, vbi poſui cõcordantes cõtextus, d. tom. 2. & occaſionem, ſiue materiam mihi præbuit hoc capit. (dum dixit, vt conſuetudines totius Regni, ſingulorumq; locorũ manuteneantur, ac defendentur) tractare de illa etiam conſuetudine approbata, ac confirmata per Sereniſſimum hunc Regem Martinum recolendæ memorię in oblationibus Capitulorum eidem ex parte Clariſſimę Ciuitatis Cataniæ, totiuſque Siciliæ Regni oblatorum vij. Maij. vij. Indict. 1533. obſeruata, approbata, & confirmata per Inuictiſſimam Cæſaream Mieſtatem Imperatorem, ac Regem Carolum. V. in Pragm. vnica tit. 71. de priuileg. ædificãtium Palatia, vel magnas domos tom. 1. pragmat. 9. Septembris xiv. Ind. 1555.
1 nempe † vt volẽtes Palatia, ſiue magnas habitationes, ac ædificia ædificare ad decorem, & pulchriorem aſpectum Ciuitatum, terrarum, ac locorum Regni huius, poſſint paruas domos, caſas, cortilia, aut caſalena vacua, contigua, inuitis dominis capere ſoluto pretio æſtimatæ rei cũ addito tertiæ partis, vel alia caſa totaliter meliorata, quòd tantumdẽ importet ad electionem venditoris, remiſſo etiã hoc ad arbitrium officialium, & eorum iuramentum cum illa concordia duarum partium ipſorum, vt ibidem diſponitur, vbi ideo factum eſt, ne tyrannides vẽdẽtiũ dictas domunculas cũ magno auantagio, pulchra conſtructiones, & Palatiorum, ſpecioſitates impediant, & forma illa adiecta in d. pragmatica, in qua multa requiſita ſunt neceſſaria, quas videbimus in infraſcriptis limitationibus, & concordat pulchrè cũ deciſ. 882. Farinatij; & deciſ. 852. in quibus locis facit mentionem de Bulla Gregoriana ſimili noſtræ Pragm. circa ius congruum, ac plantam domus, & ædificiorum contiguorum, & facit ad hæc textus in l. Senatus §. marcellus, ff. de legat. 1. & quæ ponit Io. Petrus Surd. conſ. 195. per tot. lib. 2. vbi † fuerunt emptę
2 illæ domunculæ ex dominorum deſtinatione ad vſum palatij, ne altius tollerentur, & officerent luminibus dicti palatij, & ſic intelligit quòd erant terraneæ, vel parum ædificatæ, idem Surd. conſ. 207. per text. in l. prædijs §. fin. ff. de legat. 3. in figuratione caſus, vbi inſula, ideſt domuncu-

domuncula, nam sic communiter inter-
petratur per DD. cedit domui cõiunctæ
idem Surdus sub n.6. Quæ realiter con-
tudo videtur primo aspectu nedum con-
tra omnem iuris ciuilis, & naturalis ra-
tionem, & regulas æquitatis, ex quo ne-
3 mo tenetur † inuitus vẽdere rem suam,
vt latè posui supra eod. in cap. 15. num. 4.
cum seq. per l. nec emere C. de iur. delib.
l. inuitum, l. dudum C. de contrah. empt,
cum concordent. b. positis in nostris cõ-
mentar. Consuet. Panh. cap. 26. n. 11.
Vasq. illustr. quæstionum cap. 9. n. 18. &
cap. 17. n. 3. Thesaur. quæst. Forens. 64.
in princ. lib. 1. Couarr. Variar. resolut.
cap. 14. lib. 3. verum etiam contra ius ip-
sum diuinũ, cap. 21. Regum lib. 3. vbi D.
O. M. puniuit Acbab, ad propositum,
Samariæ Regẽ, quia voluit cõpellere Na-
both vicionm, vt venderet sibi vineam
pro ampliando Regio Palatio, Alciat. in
l. ædificia §. perfecisse versic. sed singe,
de verbor. obligat. & cons. 67. n.6. &
4 cons. 90. in principio, vbi dicit † esse o-
diosum illud statutum, pragmaticã, siue
cõsuetudinem de qua loquimur, quinim-
5 mo, quemadmodum † quis non tenetur
vendere, ita è conuerso, nec emere, ex
notatis per Bart. in l. 1. ff. de his, qui sunt
sui, &c. & per tradita infra eod. in cap.
43. versic. colligo 2. quotits nempe lo-
quimur in materia iuris communis, secus
vero si versemur in terminis huius statuti
quia quando quis tenetur vendere, non
sequitur quòd quis etiam teneatur eme-
re, nam non egreditur tunc de persona
ad aliam, vt videbim' paulo inferius mo-
do, n. 13. tamẽ licita est dicta Cõsuetudo
6 † vt per Iason. in d. l. nec emere col. vlt.
idem Alciat cons. 13. lib. 2. vbi latè, pro
& contra, de quibus testatur in puncto,
Ant. de Ballis Varior. tractatuum lib. 5.
fol. 247. in d. prag. vnica, & in terminis
ipsius Bald. in l. 1. C. de comm. seru. ma-
numiss. quem sequitur Iason in l. legem
iuliam col. penult. n. 27. C. de ind. viduit.
tollend. & in simili vidimus in multis ca-
7 sibus † teneri quis inuitus vendere rem
suam, vt in d. l. nec emere adnotatis, &
suis locis præsertim supra in d. cap. 15.
à d. n. 4 5 6. 7. 8. & ibi examino vsque ad
n. 29. ad saturitatẽ, & de quib' per Iason.
in l. actio in fine, ff. de æstimat. action. vbi
ait quòd licet in contractibus innominatis
8 locus sit pænitentiæ †. & possit repeti
quod est datum, præsertim in permuta-
tione, tamen fallit quando fieret permu-
tatio cum re, quæ esset exposita venalis.
per textum in l. 1. C. de rerum permut.
quia fallit hoc casu d. l. nec emere ita vt
nec liceat mutare propositum, Io. Vinc.
de Aon. singul. 84. Ball. vbi supra n.8. &
& quæ dixi supra in d. cap. 15. n. 11. Sicu-
9 ti etiam quando † essemus in casu nundi-
narum, quo tempore obseruatur in ali-
quibus locis, vt Ciues cogi possint loca-
re apothecas mercatoribus illuc venien-
tibus, Carrocc. de locat. & conduct. in
tit. ad materiam, l. necui, quæst. 11. n.
5. Soccin. Iun. cons. 23. lib. 4. relatus per
eundem Ballum vbi sup. n. 7. ex quo fa-
uore publico isto casu datur coactio do-
minis rerum, tetigi infra in cap. 27. Re.
Caroli vers. fauorabiles tom. 8. vbi est
materia nundinarum. Sicuti fauore relli-
10 gionis † vidimus supra eod. in d. cap. 15.
n. 5. cum concordantib. ibi citatis, ad-
do Boer. decis. 322. sub n. 2. Bart. in l. 2.
sub n. 13. ff. solut. matrim. Riminald. Iu-
nior cons. 57. n. 38. lib. 1. Dom. Augusti-
num la Vaggi in Voto pro Lucchini cõ-
11 tra Ciuitatem Messanæ. Sicut fallit † &
limitatur in casu l. & si æquo vbi DD. ff.
12 de legat. 1. Sicuti idem videmus † in ca-
su l. si pœnam, vbi Ias. sub n. 2. ff. de verb.
obligat. ex quibus videri potest, & satis
colligitur in multis casibus esse licitum,
vt quis rem suam vendere cogi possit.
13 Est verum quòd non ob id † sicut iste vẽ-
ditor tenetur vendere, etiam emptor te-
neatur emere, vt tetigi paulò superius,
num. 5. quia hoc statutum, cum respi-
ciat personam, non egreditur de vna
ad aliam, tamquam sit quoddam perso-
nale, ita est videndum in terminis huius
Pragmaticæ, siue consuetudinis in l. 1.
C. de comm. & per Dom. Iason. Mayn.
in l. legem iuliam C. de indict. viduitat.
tollend. n. 27. col. pen.
14 Amplio pro fit, vt non posuit † aliter
domino domus paruę, casæ, cortilis, vel
casaleni cõtigui, dicere quod ipse pariter
est promptus eam extollere, & fabricare,
& quòd sit habilis; quia non ex hoc ex-
cluditur quin teneatur inuitus tradere
iuxta formam dictæ consuetudinis, &
pragmaticæ, nam hunc operatur effectũ,
vt præcisè, & causatiuè, velit, nolit, re-
laxare teneatur, quoniam ipsa consue-
tudo respexit ad speciositatem, pulchri-
tudinem, & ornatum ædificiorum, vel
Palatiorum magnorum construendo-
rum in locis huius Regni, & vt domun-
culæ contiguæ, & oppressæ ad eorum
seruitium capi possint, sat. n. est ipsi do-
mino, à quo res aufertur, vt consequatur
vltra pretium, dictam tertiam partem æ-
stimationis, præuidit quippe, ac cogita-

nit Sereniſſimus Rex Martinus quòd dicta conſuetudo non erat fundata ex iure prothomiſeos, nec ſanguinis, nec vicinitatis, ſtante quia non erat facta venditio pura, nec erat locus Conſtitutioni Sancimus, nec ijs, quæ ſcripſimus ad ſaturitatem in Commentarijs Cõſuet. Panh. cap. 26. 27. 28. cum eius declaratione, preuidit etiam quòd erat ſatis optimè proſpicere Ciuitates, terras, & loca Regni cum pulchris ædificijs aſpectu ornatis, & quò magis domus eſſent magnæ, & Palatia ſumptuoſa, eo magis celebris eſſet habitatio, & quia in hoc magiſterio erat neceſſe vt fieret ampliatio domus, & capere domunculas contiguas, ideo inuitus tradere cogitur dominus, ſed quia cogitauit etiam dictus Dominus Rex noſter Martinus ex alia parte punitionem illam Achab Regis Samariæ propter Naboth vicinum cõpulſum dare vineam pro ampliando Palatio Regio d. cap. 21. Regum lib. 3. & timuit, & propterea mediam viam elegit, ideſt vt cogatur quis vendere, nõ aliter domum magnam, nec vineã, ſed tantum domunculam, vel quid ſimile contiguum, item vt emptor refundat, vltra pretium, tertiam partem æſtimationis rei, vt tetigimus ſuperius. Nec obſtant quæ dicam infra in quinta limitatione, quæ reuera dubium, & ancipitem me reddidere aliàs in cauſa, quam habuimus in Curia Prætoris, Ann. 1615. inter Mandricardum de Meſſina contra magiſtrum Dominicum de Baudo, vbi omnino volebat ipſe de Meſſina vigore d. pragmaticæ quandam tabernam oppreſſam, ſiue terraneam contiguam cum ſuà domo magna, quam tabernam dictus Baudo acceperat ad ẽphiteuſim ab alio, & prætendebat eam altius extollere, & ædificare, & parauerat attractus, dictus Mandricardo fecit ei Cedulas, & fuimus in diſpari voto cum dominis meis Collegis die 14. Aprilis, etenim Sp. de Vacante, & Dominus de Oddo fuerunt in vna opinione cõcordi cum d. Farinacio, quòd nõ præferatur ego vero in alia quod præferatur iuxta formam d. pragmaticæ, nec potui inclinare cum adductis per Farinac. in d. deciſ. 842. & deciſ. 853. quamuis realiter prima facie vrgẽt; nam ipſe Farinac. loquitur quòd in caſu illius Gregorianæ Conſtitutionis, de qua ipſe tractat, erat præfigendus terminus domino domus ad ædificandũ, quo elapſo domus veniebat adiudicanda iuxta formam dictæ conſtitutionis, non ſic eſt in caſo noſtræ pragmaticæ, & dictæ cõſuetudinis, eo quia ſine vlla requiſitione ad fabricandum, nec vllo termino dando, eoſtè tollitur domuncula, facta æſtimatione prædicta, & obſeruatis illis ſollemnitatibus, quæ in dicta pragmatica recenſentur; Item Farinac. loquitur de eo, qui erat dominus, & vicinus vt latè demonſtro infra limit. 5. quod non erat in illo caſu, nam ille de Baudo erat dominus tantum, & ad emphiteoſim acceperat. Item Farin. loquitur quòd illa domus contigua, quæ capi prætendebatur, erat Collegium Germanicum, & ob id Domini de Rota determinauerunt Collegium non poſſe cogi vendere, quaſi ſentiat fauore Eccleſiarum, & religioſorum locorum, non habere locum dictam conſuetudinem, nec pragmaticam, vt dicam infra limit. 9.

15 Amplia ſecundo procedere † etſo quòd ædificium eſſet factum, indigeret tamen dilatatione, quia eſt adhuc locus dictæ pragmaticæ ita eſt videre infra limit. 2.

Limita primo dictam conſuetudinem, & pragmaticam procedere ſecundum
16 ſui lecturam in caſa † cortile, ſiue caſaleno vacuo contiguo ad domum magnam, vel palatium fabricare volẽtis, ibi, egeat ſiue caſa, &c. & conſequenter de domuncula lutea, vel humili, vt exponit Calepinus in ſuo dictionario in verbo, caſa, ex Virgilio Eglog. 2.

„ *Atque humiles habitare caſas.*

& in vita S. Hylarionis in Breuiario Romano [extructa exigua caſa, quæ vix eũ caperet] & de Noſtratibus Bertacchin. in verbo caſa, poſt multos à ſe citatos, & ſic expoſitiuè, vt ragulariter ſtat ipſa di-
17 ctio, ſiue † ex notatis in commentar. conſuet. Panhormi cap. 68. n. 91. addo Alex. conſ. 125. Viſo proceſſu, n. 2. lib. 7. Bart. conſ. 41. n. 3. & ibi Additio, lib. 2. Cardinal. Tuſch. concluſ. 378. n. 6. verbo, dictio, tom. 2. ſicut etiam alibi ſcripſi
18 poſſe ſimiliter ſtare correctiuè † & aduerſatiuè, vt in cap. 34. Regis Iacobi in tom. 1. cap. 1. de ſtat. regular. in 6. Alberic. in ſuo dictionario, in verbo, ſiue; Soccin. Iun. cõſ. 69. n. 21. lib. 1. Menoch. conſ. 817. n. 7. pro vt aliquando talis dictio ex mente proferentis intelligenda ſit, vt per Bald. conſ. 129. n. 2. lib. 1. & colligitur etiam hoc idem intelligi ex his; quæ ſcripſit Thomas Fazell. de reb. Siculis prima Decade cap. 1. lib. 3. (cui tã
19 quam celebri Hyſtoriographo † credendum eſt per tradita in expoſitionibus capitulorum Regni Regis Iacobi in proœmio

mio.n.43. tom. 1. addo Præpof. Alex. in proœm. decreti in princ. Bart. in l.r. ff. si cert. pet. Fælin. in cap. ex parte n.25. de rescript. Mascard. qui multos cumulat in tract. de probat. conclus.287.sicut de Cronicis, & scripturis in marmore scultis, & in muro posuit Matth.de Affl. in prælud. constit. Regni quæst.19. n. 7. & 8.Rodoric.Suarez allegat.8.sub n.22. vbi dicit quòd scripturæ lapidum, etiam nõ authenticorũ faciunt fidem, maximè vbi agitur de nullius præiudicio, qui loquens de Clarissima Ciuitate Cataniæ,
20 postquam † Sicilia, captis Siracusis, facta est Romanorum Prouincia à Sext. Pompeio, cum reliquis Siciliæ Ciuitatibus, vastata est, quàm deinde Cæsar August. (vt Strabo meminit lib.2.) restituit, iterum tamen eam Fidericus II. Roman. Imper. Siciliæ huius nominis Primus Rex, quod ab eo desciuisset, solo ferè æquauit, arcemq; in ea, quæ adhuc extat, ĩ rebellionis formidinẽ posuit qui, pænitentibus mox, ac supplicibus Ciuibus,indulsit, vt vrbem structura humili,ac lutea restituerent,cuius deinceps mœnibus Federicus Aragonius II. huius nominis Siciliæ Rex, quem III. falsò appellant, turres addidit, Martinus mox, vt domos, qua vellent altitudine, ornatu, ac magnificentia, calceque firmarent, concessit, hæc ille. & quod in-
21 telligatur de parua casa† patet ex verbis eiusdem Pragmaticæ, ibi [dummodo sit ad comparationem eius loci, in quo ædificare intendit, &c.] ac remictitur ibidem hoc totum iudicio, & arbitrio officialium, quod maximè attendendum est in isto proposito.

Limita secundo dictam cõsuetudinem ex lectura supradictæ Pragmaticę, pro-
22 cedere de eo † qui habet locum, in quo ædificare intendit, & sic de ædificio faciendo, non autem de iam facto ampliãdo, ita ibi [habeat locum suum in eadẽ Ciuitate, in qua habitare intendat; vel construere aliquod palatium, siue statũ habitationis,&c.] & iterum, ibi [eius locis,in quo ædificare intendit]&in diuersis partibus dictæ pragmaticæ, & consequenter videtur quòd statutum loquens de futuro nõ debet trahi ad præteritum, nec de faciendo ad factum, sic inuenio dixisse Dom. Don Franciscum Rampolla V. I. D. in omni scientia virum eruditissimum in Alleg. Matthæi, & Sebastianæ Abbati cõtra Philippum Amato, qui tractans materiam dictæ Consuetudinis huius Regni, statuti, & pragmaticæ fu-

præscriptæ, subdit quod strictissimè venit interpetranda, & locum sibi vendicare in casu tantum, in quo loquitur, ac cum conditionibus in ea contentis, neque pacto aliquo erit extendenda, quippe quia
23 statutum † correctorium iuris communis venit strictissimè interpetrandum ad traddita in commentar. S. P. Q. P. cap. 32.n.12.Osasc.Pedam.decis.4.n.9.Andr. Gayll. obseru.33. n.9. lib 2. per text. in cap.quæ à iure, ff.de legib. Dec. cons.19. n.3.Cardinal. Tusch.cõclus.496. tom.7. & conclus.607. post Oldrad. cons.150. cũ similib. p eundem Dom.de Rãpolla,
24 qui subdit præsertim pcedere † quoties læditur ius tertij, tunc enim quò magis fieri potest restringenda est,Osasc. decis. 121.n.12.& decis.57.n.3.Ludouic.decis. Luccens.52. n.27. Verall. decis. Rom. 213. part.3. & maximè quando plures effectus operatur, vt subdã inferius n.47. ideoquè determinat ipse D. de Rãpolla intelligi de ædificare intendẽte, & sic de ædificio faciendo,allegat Andr. Alciat.in d.cõs.67. p totũ, & n.20. p text. in l.[nouissima ff.iudic. solu.l.si stipulatus §.cum stipulamur, ff.de verbor.oblig.qui subdit q̃ talis cõsuetudo est facta, vt Ciues incitetur ad exornãdas Ciuitates pulchris domib⁹,vt in ipsa pragm.legitur,ibi[possint habilius pulchris honorari,& ornari aspectib⁹ nouisq, constructionib⁹ adornari,& decorari] & ibi,per quam constructionẽ eadem Ciuitas fiat pulchrior, & iterum, ibi, si tamen cum iuramẽto dictis officialibus promiserit statim incipere ædificare, & quàmcitius potuit perficere,& cõ-
25 struere] quæ ratio † cum sit expressa, & finalis, vt anima legis, attẽdit ex Barbati cõs.40.n.67.vol.4. Crauett. cõs.775.n.6. & cons.888. n.2. Castr. cons.385. vol.2. Bald. cons.250. n.16. lib. 1. & cons.254. n.3.lib.4. cũ similibus, quæ addam infra eod. in cap.21. nu.47. & sic quoties ædificium est ædificatum, cessare videtur ratio dictæ cõsuetudinis in ipsa pragmatica contentæ, non enim est incitandus qui iam est incitatus, & perfecit, licet velit nunc de præsenti aliquid addere, subdens simile videri de iuramento con-
26 firmatorio † & de futuro, vt non habeat locum in iuramento assertorio, & de præsenti, ad quod extendi non debet ex Gratian. decis.234. n.12. Est verũ quòd posset oriri dubitatio contra istam limitationem,& dici quòd si v.g. domus magna, ædificium, vel palatium,esset constructum, indigeret tamẽ adhuc ampliatione,vel augmento,& tunc isto casu est

O licitum

licitum capere dictas domũculas, vel casas, & similes, tetigi supra ampl. 2. prout erat in casu illius de Missina cum Baudo, nam licet dictus Mandricardus habuisset domum magnam, quæ solita locari erat pro vnc. quinquaginta in circa, indigebat tamen dilatatione, et sic illa taberna, vt supra per dictũ de Baudo ad emphiteosim capta pro vnc. tresdecim annualib', quę aggregata cum dicta eius domo, efficiebatur quasi quodam palatium, & ædificium magnum, & ita est de intentione dictæ pragmaticæ, tanto magis respectu loci, in quo est, nempe secus Domũ Professam Societatis Iesu, vbi personæ Magnates solent vicinitus habitare, & per inspectionem oculorum sic apparet vsq; modo, quo casu stante quòd Pragmatica requirit habitationem loci, vt tetigimus superius, & ipsa habitatio consequenter significat nomen collectiuum continens plures psonas, sequitur de necesse quòd habeat locum adhuc in augmento, maximè necessario, v. g. ex familia aucta, & similiter, vt de hac necessitate pono infra in sequenti limitatione, ex Alex. & alijs in l. diuortio §. ob donationẽ ff. sol. matr. Bart. in l. 1. §. si quis ædificium ff. de oper. nou. nunc. & ita intelligo Ballum vbi supra n. 2. & sic ad futura potest extendi, vt in terminis faciunt, ea omnia, quæ scribo infra in cap. 31. Regis Incliti Ioannis limit. 2. tom. 6.

Limita tertio dictam Consuetudinem
27 † & pragmaticam procedere data necessitate dumunculæ, quæ capitur, cortilis, siue casaleni, vel vtriusque simul pro fabricatione, ac constructione magnæ domus, & Palatij, sunt verba expressa, ibi [& ad ipsam constructionem necessariò egeat, &c.] & ob id non sufficit demonstrare, nec docere de commoditate,
28 sed de ipsa necessitate, quæ † satis differt vna ab altera, vt ait idem Dom. de Rampolla, vbi allegat Signorol. cons. 148. n. 3. addo Boer. decis. 320. n. 8. & 9. Rom. cõs. 52. versic. secundo principaliter, & hi dicunt quòd quando illud, quod ædificatur, est necessarium, non præsumitur fieri ad æmulationem, nec in dubio, neq; ex circumstantijs facti, Farinac. d. decis. 853. n. 21. sed oportet vt verificetur id totum, quod disponitur in ipso statuto ex gloss. ordinariè allegari solita in l. mãcipia C. de seru. fugit. nam qui vult se læ-
29 tari verbis statuti † necesse est vt prius eius requisita, & qualitatea probet, vt dixi in commentar. Consuet. Panhor. cap. 43. n. 20. Milanis. decis. 1. n. 45. 46. 103. part. 2. Surd. decis. 39. n. 2. Bart. in l. 1. §. quod autem ff. ne quid in flumin. publ. Rot. Ianuens. decis. 3. n. 2. Becciua cons. 12. n. 14. & seq. lib. 1. consequenter sequi videtur quòd sit hæc necessaria emptio,
30 ac vẽditio, de qua non competere † laudimium, licet Dom. Maur. dixerit quòd sic, vt de eo memini in consuet. Panhor. cap. 26. n. 126. & quòd immo sit necessaria emptio, similiterq; venditio, patet ex verbis vltimis dictæ consuetudinis, vel Pragmaticæ Regis Martini, ibi [possit ab inuito emere, & ibi, in hoc tamen casu omne ius prothomiseos recuperationis penitus cessare determinamus] po-
31 test enim facere Princeps † vt non sit locus iuri prædicti prothomiseos, vt in pũcto scripsi post Vinc. de Franchis, & Affl. in alia consuet. Panhormi cap. 27. n. fin.
32 Limita quarto, vt qui velit † cogere dominum ad vendendum sibi casam, domunculam, cortile, siue casalenum contiguum, procedere dummodo dicta casa, domuncula, casalenus, aut cortile non sit deseruiens destinata ad vsum alterius domus, v. g. magnæ, esto quòd non sit cũ ea collateralis, quia tunc non est locus dictæ consuetudini, sed est necesse quòd aut tota domus cum eius pertinentijs capiatur, soluto prætio cum dicto additu tertiæ partis, aut tota integraliter relaxetur, & non molestetur, sic voluit optimè Dom. de Rãpolla loco citato, vbi erat casus quod ille de Amato prętendebat magasenum, licet coniunctum, & cõtiguum domui ipsius, attamen erat deseruiens domui magnæ ipsorum de Abbati, quod deseruiebat pro cella vinaria ipsorum, quod magasenum ad hunc effectum erat comparatum, vt per testes demonstrabatur, qua de causa censeri debet, & est verè pars ipsius domus magnæ
33 adeo vt veniat ipsius domus † appellatione secundum ea, quæ posui in Consuet. Panhormi cap. 55. in fine n. 20. & in cap. 33. Regis Iacobi n. 75. tom. 1. Alex. cõs. 32. lib. 7. sentit Ballus loco citato n. 3. l. quod in rerum, §. si quis ff. de legat. 1. l. prædijs §. qui domum, & ibi Barr. ff. de legat. 3. l. Caius §. 1. ff. de leg. 2. gloss. in l. olympico ff. de seruit. vrban. prædior. Mantic. de coniect. vlt. volunt. tit. 2. n. 36. lib. 9. Tiraquell. de iure primogen. quæst. 73. vbi concludit quòd per destinationem vnius domus ad perpetuum vsum alterius dispositione facta de domo, venit ad huc domus ad eam destinata, & consequenter huiusmodi destina-
34 tio habetur † pro facto l. & si non sicut

§. quid

§ quid ergo l.lana, & l. vestimentorum,
ff. de aur. & arg. legat. Becciua cons.60.
n.32. Menocch. de arbitr. iudic. Casu
290. n.19. Gabr. de Præsumpt. conclus.
12. lib.1. Paris.cons.125. n.11. lib.4.cum
similibus traditia per Surd. d. cons.195.
35 col.1.& 2. vbi si quis hortum causa † do-
mus comparauit legando doum, hortum
ipsum legasse videtur ex Bald.&Castr.in
in l.olympico ff.de seruit.vrban.prędior.
Nicol.de Neapol. Alex. Ceph. Sim. de-
præt. Mantics,& multis,Ruyn.cons.71.
n.13. vol. 2. & latissimè idē Surd. d. cōs.
207. vbi subdit esse vnū corpus, maximè
quando de vno ad aliud esset aditus n. 2.
3.4.& seq. ex Fælin. Soccin. Iason. Io.
de Amicis, Barbat. Abb.Bald.Alex.Ca-
strens.& infinitis,etiam quòd vna domus
fuisset ab alia diuisa ex Bart. in l. seiæ §.
tyrannæ ff.de de fund.instr.l.quod con-
claue,& ibi gloss.2.ff.de damn.infect.vbi
36 domo † vendita venit conclaue, & clau-
sura in vsum dom᾿ cōuersa,esto qđ paries
esset intermedius, vt notat ibi Bald. An-
char.cons.291.col.1. Alex.cōs.223.lib.2.
Cephal.cons.144.n.16.18.in tantum vt si
destruatur domus, vel annexum ad eam,
37 iam veniat etiam area † quæ remanet
tamquam res debita tali loco, & tamquā
pars ipsiua, ita Bart. in l. si ita legatum §.
si domua ff. de legat.1. & in l. peculium
§. quadrigæ ff. de legat.2. & consequen-
38 ter non potest partem prætendere, sed †
totam rem, Alciat d.cons.13. col.2. Ball.
remissiuè loco citato n.6. pro ut in simi-
li scripsi sic esse in retractu in Consuet.
Pan.cap.26. à n.130. cū plurib. seq. & in
cap. Rit.194.n.9.tom.4. qa sic nec aliter
emptor esset empturus, sicut dicimus de
euictione,de qua, & si regulariter agi nō
possit, nisi pro parte euictas per tradita à
Surd. decis. 295. n.16. cum seq. arg. l. si
quis aliam, ff. de solut. l. cum plures ff.
de euict. l.si duos ff. de cōtrahend.empt.
vbi gloss. & Alber. Imol.Bart. Alex. Ti-
raquell. Cuman. & alij per ipsum Surd.
tamen si nō erat aliter empturus, nisi to-
tam rem, resoluenda erit venditio d.l. si
quis aliam, vbi Bart. ff. de solut. Becius
cons.106. n.49. Curt.Iun. Soccin. Iun.
& alij,de quibus per eundem Surd.cons.
104. n.6. lib.1.& ita in terminis de quib᾿
loquimur ait Gaspar Ant.Thesaur. d.de-
39 cis.64.n.11.lib.1.vbi † quòd non debet
quia compelli ad vēdendum partem rei,
sed qui vult emere, totam rem ipsam cō-
parare teneatur per l.pen. §. fin. ff. de
act. empti cum similib. post. Alberic. &
alios qui determinant totam rem istam
ex bono, & æquo, non ex iuris rigore
agendam, & ita per Consiliarioa Ducis
Subaudiæ determinatum * fuisse.
Limita quinto secus esse quando quis
40 est dominua † & vicinus ad domūculam
quæ prætenditur auferri,nam volēa ædi-
ficare pro amplianda sua met domo cō-
tigua,præfertur semper non domino, di-
xi superius ampl.1. & inferius hic n. 46.
& seq. & ita procedunt dictæ decisiones
Farinat.482. & 853. & ipse loquitur de
eo, qui similiter volebat æquè sumptuo-
sum ædificium ædificare, vel parum mi-
nus secundum capacitatem solitam re-
spectu tam domna inhabitatæ, quàm lo-
catæ vicino,qui eam pretendebat ædifi-
care ex iure contiguo, & consequenter
casua ibi est satis diuersua,nēpe quia ille,
à quo prætēdebatur domuncula, vel ca-
sa auferri, erat dominus, & vicinus, quo
casu potius est licitum sibi retinere eam,
& ædificare pro amplianda sua met do-
mo, v.g. magna,quàm alteri relaxare, &
& illum ornatum, & decorem, quem
volebat alter facere, est promptua confi-
cere iste, & quando vnua est dominus,&
vicinua, præfertur vicino tantum, ma-
ximè quando est cohærens intus, extra,
& iuxta pattes deseruientes ad ornatum
vibis, vt erat in casu dicti Farinacij, Al-
ciat. d. cons.67. n.10. & sic iua prouenit
ex diuersa causa ex Bart. in l. si pluribus
n. 1.versic. si non petitur, vbi Aret. &
• cōmuniter * alij,& Alex.n.3. ff.de legat.
41 1. & vbi † sunt plura obstacula, si remo-
ueatur vnum remanet aliud Farinac. d.
decis 853. n.4. per l.si pro fure ff.de con-
dict. furt. ex Bald.in l. cum lex ff. de hę-
red. instit. Aymon cons.6. n.55. pro vt
dixi de duabua rationibus in capit. Rit.
42 112.n.15.d.tom.4.& dispositio † quæ lo-
quitur in casu simplici,non intrat vbi ali-
quid additur,cap. sequēa de act. Cuman.
Alex. Ias.Cepoll.Corn. & alij de quibus
per eum n.5. & posui in consuet. Panor.
cap.26. n.112. & cap.44. n.37. Serenissi-
mua.n. Rex Martinus nō cogitauit hunc
43 casum † quia vti iustissimua si de hoc fuis-
set interrogat᾿,sic disposuisset,Dom. Rā-
polla vbi supr.p gloss. in l. tale pactum §.
fin. ff. de pact. Roland. Osasc. Menoch.
& multi per Surd. cons.428.n.10.vol.3.
Affl. Dec. Alex. Iason. Castrens. & alij
per eoa,& ob id verisimile, quòd tamquā
casum omissum reseruauerit ad ius com-
mune, & ita realiter in d. Constit. Gre-
goriana est declaratum in §. 3.& x.vt ait
ipse Farinac. sub n.8. & præuentio non
sufficit hoc casu, nam ille dominus, & vi-

cinus quandocunque in re sua iure pro-
prio ad eius arbitrium ædificare poterat,
veluti ille, qui habebat ius, & actionem
vsque ab initio, esto quòd forsan sibi de-
ficeret exercitium, & quod primum ha-
44 bet esse † habet primum frui ex Bald. in
l. si plures n. 3. C. de condit. insert. tum
quia materia prænentionis siue preoccu-
45 pationis † non habet locum, nisi quan-
do sunt paria vt subdit ipse Farinac. sub
n. 18. post Igneum in repet. d. l. dudum
n. 87. Tiraquell. de retr. lignagier §. 11.
gloss. 10. n. 2. Aretin. in d. l. si pluribus
cũ similib⁹, quę in materia sua dixi in cap.
68. Regis Federici n. 18. & seq. tom. 2. &
cõsequẽter cõcludo quòd isto casu si do-
minus, & vicinus vult pariter ædificare
secundum capacitatem sui soli, præfer-
tur non domino, vt tetigi superius n. 40.
per Farinac. d. decis. 842. vbi dat rationẽ
46 quòd in pari causa dominus † præfertur
omnibus alijs volens iddem facere per l.
si cũ dotem §. fin. ff. solut. matr. l. ex facto
ff. de pecul. Capic. decis. 99. Roman.
cons. 22. n. 5. & seq. Iason in l. fin. n. 11.
12. C. de iur. emphit. gloss. in verbo, æ-
quali, tit. qualit. olim feud. poter. alienar.
vbi Aluarott. in §. porro, versic. quæro,
Tiraquell. Gugliel. de Cun. Rainer. Al-
ber. Abb. Bald. Angel. Aretin. & alij,
de quibus iterum per eundem Farinac. d.
decis. 853. qui non meminit de alia sua
decisione, & ideo vult ipse Farinac. quòd
dum pragmatica, consuetudo, statutum,
vel cõstitutio arctat ad vendendum pro
fabricando, in hoc solum corrigit ius cõ-
mune, in cæteris vero, quæ non expri-
mit, censetur se referre ad ius commune,
& ab eo recipit passiuam interpetratio-
47 nem, subdens quod quando dispositio †
correctoria potest vnum, vel duos effe-
ctus contra ius operari, semper sic venit
interpetranda, vt vnum tantum opere-
tur, mitiusque corrigat ius commune per
cap. cum dilectus vbi Butr. Fælin. & alij
extra de consuet. ideoque quando quis
voluisset etiam ædificare, nõ cogitur ad
vendendum, subdit ipse Farinac. non ob-
stante maiori situ, & adiacentia loci al-
terius, qui vellet domunculam, nec prag-
matica redditur ex hoc elusoria, quia do-
minus, & vicinus excipit, & opponit
quòd vult fabricare, & pro ista opinione
faciunt quę scripsi in commentarijs con
suet. Panhormi cap. 42. nu. 24. vbi quòd
tunc dominus domus cogitur vẽdere eã
ædificare volenti, quando esset pauper,
adeo vt si esset diues, & habilis ad refi-
ciendum eam, non aliter cogi posset, &
ita distinguẽdo posui differentiam supra
in d. 1. ampliatione ab hac quinta limita-
tione.
48 Limita sexto procedere † dictã prag-
maticam, siue consuetudinẽ, dummodo
ædificare intendens iurauerit dictis offi-
tialibus, ac promiserit statim incipere æ-
dificare, & quam citius poterit, perfice-
re, & construere, quia est etiam hoc vnũ
de requisitis ipsius. ita ibi, si tamen cum
iuramento, &c. & ibi, vendentium do-
munculas cum magno auãtaggio, vt rea-
liter sic est, nam habere additum tertiæ
partis, vltra solitum pretium, est auanta-
gium.
Limita septimo, vt addatẽ vltra pretiũ,
49 tertia pars † vel alia casa totaliter melio-
rata iuxta ea, quæ posui superius in prin-
cipio huius commenti, & sunt verba; &
& requisita ipsius pragmaticæ, argumen-
to eorum, quæ dixi in cap. Ritus 112. n.
23. tom. 4. & supra cap. 15. nu. 2. de illo
pinguevalenti, & quarta parte solita da-
ri emptoribus, & distrahentibus sibi bo-
na debitorum caoctè pro ijs creditis,
pro quibus procedebant executiones
50 † vt per optimè scripsit Guid. Papa
decis. 98. qui loquendo indiuidualiter
iuxta terminos nostri Ritus ait, quòd
ex æstimatione illa facienda, detraheba-
tur secũdum suum statutum quinta pars
ad vtilitatem creditoris contra disposi-
tionem, l. à diuo pro §. in venditione,
de qua in d. nostro Ritu satis dictum est,
& sic ibi detrahitur illa quarta pars ad v-
tilitatem creditoris, hic augetur tertia
pars ad commodum venditoris.
Limita octauo procedere in Casis, cor-
51 tilibus, siue casalenis, existentibus † in-
tra Ciuitates, & terras, non autem ex-
tra vrbem, Ciuitates, nec terras, ita col-
ligitur expresse ex verbis dictæ pragma-
ticæ ibi, pulchris honorari, & ornari aspe-
ctibus, nouisque constructionibus ador-
nari, & decorari, quod propriè ad ipsas
Ciuitates intus conuenit l. præses, & ibi
gloss. ff. de offic. præsid. & melius ibi,
habeat locum suum in eadem Ciuitate,
quasi dicat, non in alio loco, scimus n.
virtutem, & efficaciam illius pronomi-
52 nis, eadem † esse personalissimum, nec
extendi de loco ad locum, sicut nec de
persona ad personam, vt in consuet. Pan-
hor. cap. 44. n. 23. & supplem ad Ritus
cap. 192. n. 3. tom. 4. qua de re obiter, &
incidenter putarem, ideo fuisse punitum
& cõminatum morti Achab Regem Sa-
mariæ in d. cap. 21. Regum lib. 3. quia
voluit tollere vineam Naboth pro am-
pliatio-

pliatione dicti sui palatij, ob quod fuit interfectus diabolica illa cogitatione Iezabel vxoris dicti Regis, & sic non rem aliter vrbanam, sed rusticanam, quod nõ licet, ex quo cessant rationes ornatus, pulchritudinis, & speciei ædificiorum, & dicta pragmatica, siue consuetudo debet strictè intelligi ad vnguem, nec fieri extensio, tum quia rurales domus non semper inhabitantur, hinc Bald. in l. 1. ff. de stat. homin. ait quòd si testator le-
53 get omnes domos suas † quas inhabitat, non veniet domus ruri extans aliquãdo, non semper inhabitari solita, Fælin. in cap. sedes col. 3. de rescript. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. tit. 2. n. 40. lib. 9. Surd. d. cons. 207. n. 12.

Limita nono non procedere fauore
54 Ecclesiarium † & relligiosorum locorum, vt tetigi supra ampl. 1. siue pro amplianda, siue pro cõstruenda Ecclesia ipsa, aut locis pijs, ita post Couarr. variar. resolut. cap. 14. n. 8. lib. 3. Bald. & Angel. in l. 1. ff. solut. matr. Florian. Fælin. Cepoll. Affl. Gugl. de Cun. & post alios in terminis tradidit Intrigliol. in tract. de casib. conscient. casu 8. n. 35. 36. 37. 38. centur. 1. qui consuluit fallere hoc casu dictã pragmaticã Regis Martini, Soccin. in ei⁹ fallentijs in verbo, vendere col. 1. Grãmat. decis. 75. Ballus remissiuè vbi supra n. 4. & 5.

M. Muta.

Quòd spiritualia, & beneficia Ecclesiastica non turbentur. Cap. X X I.

ITEM suæ placeat Maiestati quòd facta spiritualia non turbentur, nec alterentur, & quòd Ecclesiastica beneficia ordinentur per eos, ad quos spectat, & pertinet de iure. Placet Regiæ Maiestati.

S V M M A R I V M.

Ecclesiastica beneficia non perturbentur, num. 1.

Beneficia Ecclesiastica ordinantur per ordinarium, ad quem spectat collatio, n. 2. cum seq. & quid ad vicarium, n. 4. & quid de capitulo sede vacante n. 5. 6 7. vbi quid de laico. & quid de præscriptione, aut consuetudine, n. 8. 9. 10. 11. & an sufficiat putatiua credulitas num. 12.

Beneficium impetrans debet facere mentionem de valore ipsius beneficij deductis expensis, n. 3.

Fructus intelliguntur deductis impensis, ibid.

Vicarius generalis non potest conferre beneficia ecclesiastica, sed presentatum à patronis confirmare potest, n. 4. & seq. nisi alter esset in possessione, vel ex priuilegio, n. 7.

Capitulum sede vacante non potest beneficia conferre, sed tantum presentatum à patronis confirmare, n. 5. nisi aliter ex concessione, vel ex possessione appareret, num. 7.

Capitulum sede vacante succedit in locum Episcopi, sed non ad ea, quæ iure speciali illi competebant, n. 6.

Beneficia Ecclesiastica possunt etiam conferri per laicos si sic S. Pontifex concessisset, ibid. & n. 8. 9. 10. 11.

Beneficiorum collatio non potest præscriptione, vel consuetudine acquiri n. 8.

Laicus potest esse capax caussarum spiritualium, & ecclesiasticarum, ibid. & excommunicare ex potestate sibi data, & quomodo, n. 9. 10. 11. aliàs non sub n. 17. 18.

Papa potest dare potestatem etiam laico excommunicandi, ibid. & eligendi personam in beneficio, n. 18. & an eum possit facere sacerdotem, n. 19. eum seq.

Feminæ potest etiam commicti facultas excommunicandi, & prædicandi, & quomodo, n. 10. 11.

Monarchiam Regiam habent Reges Siciliæ sibi à SS. PP. demandatam, n. 11.

Beneficiorum collatio nõ valet ex putatiua credulitate conferendi, n. 12.

Beneficium obtinens, & acquirens de eo possessionem minus iuridicè, an obtinebit in possessorio aduersus alium legitimè institutum, ibid.

Reges Siciliæ habent ius nominandi, & præsentandi, & eligendi in beneficijs ex iure patronatus, iddem de Regibus Franciæ, n. 13. etiam in Ecclesijs cathedralibus, n. 14. 15 16. iddem de Regibus Anglorum, n. 17. 18 19. 20. 21. 22. 23. 24. 28. 29. & de Ducibus Alemaniæ n. 29.

do Vandalos, & Sueuios à Regno, & Sararacenos, n.45 46.

Leges Hyspaniæ Partitarum tamquam condita à Rege Alphonso, qui vsus fuit sapientissimis viris, possunt etiam in hoc Regno allegari, n.46.

Rex Alphonsus sapiens fuit vocatus, & compilauit leges Partitarum, & habuit sapientissimos viros, inter quos fuit Azo, ibid.

Ratio ita debet mouere quempiam, sicut lex, ex quo ipsa est anima legis, n.47.

Verbum, sunt, aliquando capitur propriè aliquando improriè, & fictè, n. 48.

Statuentium authoritas non potest remouere naturalē veritatem à subiecto,

Ius patronatus est transitorium ad hæredes fundatoris, etiam extraneos, & fæminas, & quandoque ad primogenitos, n.49.

Ius patronatus ex fundatione, & constructione Ecclesiæ habentes, debent assignare ei bona ex causa dotis, quæ præsumitur, n. 50.

Ius patronatus acquiritur etiam ex consuetudine, n.51.

Ius patronatus acquiritur ex confessione, & cōsensu etiam tacito partium, n.52. 53.

Consensus tacitus quandoq; operatur, sicut expressus, ibid.

Ius patronatus ad probandum sufficiunt literæ priuatæ, n. 53.

Visitandi ius habent Reges Siciliæ in Ecclesijs, n. 54 & solent committere personis Ecclesiasticis, n.55.

Visitationem facere omni anno debent Episcopi in eorum diœcesi, n.55.

Vicereges deberent omni anno visitare Regnum, ibid.

Ius patronatus habent Reges Siciliæ, etiā in Ecclesijs collegiatis, & non collegiatis facta dotatione consentiente prælato, n. 56.

DVO colliguntur, primum, ne spiritualia
1 † & Ecclesiastica beneficia perturbētur, secundum quòd collatio beneficiorū fiat per eos, ad quos spectat. ¶ Quo ad primū est text. in l. repetita C. de Episc. & cleric. quia aliter esset vsurpare, & occupare dicta Ecclesiastica iura, quod est prohibitum, vt vidimus supra in cap. 82. Regis Federici tom. 2. etenim super spiritualibus laici nō se intromictant, vide infra cap. 35. ¶ Quoad secundum regulari
2 ter beneficia Ecclesiastica † ordinantur per ordinatium, ad quem ius instituendi in beneficijs, eorumque collatio de iure spectat, cap. omnes Basilicæ 16. q. 7. cū similibus latè p Dec. adductis in cons. 117. in principio, & cons. 121. refert, & sequitur eum Petr. Benintend. decis. 23. vacante n. 2. v.g. ad summum Pontificē ad quē primariò pertinet, siue per impetrationē, & supplicationē illi factam, siue de per se ex motu proprio cum illis requisitis, vt impetrans semper explicet verū, ne obtemptio ipsius beneficij esset subreptitia, per ea, quę dicit Alex. cons. 72. lib. 1. & iterum cōs. 175. vol. 2. vbi est
3 dupplicatū, subdēs quòd impetrans † beneficium debet facere mentionē de valore ipsius beneficij, alias diceretur impetratio subreptitia, per clem. 1. de prębend. cap. in nostra de rescript. saltim de valore, & reditibus, siue fructibus denecto, vt dicitur, & franco, nam si v. g. quis impetraret beneficium vsque ad valorem centum florenorum, siuē aureorū in anno, modo esset quoddam beneficium, ex quo percipiuntur trecentę corbes frumēti valoris aureorū 300. tamen tot expensę requiruntur, quot ascendūt vsque ad 200. aureos, vtique tale beneficium non dicitur habere, nisi centum aureos, vel florenos in anno Bald. in l. 1. C. de fructibus & lit. expens. quem sequitur Rodoric. Suarez in tit. delas arras sub n. 7. & istud est, quod dicit Matth. de Affl. in constit. Regni, & offitialibus sub n. 1. tit. 87. de prohib. curial. commerc. lib. 1. vbi q̄ fructus semper intelligūtur deductis expensis, v.g. in arando, seminando, putando, & cultiuando terram, quicqd dicat Paul. de Castr. quem videtur sequi Ias. in l. illud C. de Collat. vbi sentiunt quòd hæc impetratio non placet Curiæ Romanæ, & per ea, quæ scripsi in Ritu cap. 112. n. 57. tom. 4.

Quod autem hic dicitur, per eos, ad quos spectat, & pertinet de iure, datur
4 intelligi quòd. ad Vicarium † etiam generalem nō spectat talis collatio ex Benintend. d. decis. 23. per cap. fin. de offic. Vicar. in 6. benè verum quòd tantūmodo præsentatum à patronis potest confirmare, ex notatis in Clement. auditor in verbo debitum de rescriptis, Matth. de Affl. in const. Regni, de quæstionibus sub n. 5. tit. 71. de ordinand. iudicib. lib. 1. sicut de capitulo sede vacan-
5 te † quod nec potest conferre beneficia vt ait ipse Affl. per cap. vnic. ne sede vacante

cante lib.6.cap.cũ illis lib.6.de præbẽd. sed dumtaxat potest præsentatum à patronis habentibus ius patronatus confirmare, cap. cum olim de maiorit. & obedient. cap. 2. de instit.& sic conferre nõ potest, sed confirmare, vnde licet regu-
6 riter Capitulum sede vacãte † succedat in locũ Episcopi, tamen fallit quo ad ea, quę competebãt ipsi Episcopo iure speciali, vt post Fælin. in cap. sedes col. 3. vers. etsi pręlatus, vbi Innoc. de rescript. Io. Petr. Surd. cõs. 205. n. 16. lib. 2. & sic de quolibet alio inferiore ordinario; Nisi ta-
7 lẽ potestatem haberet † aut ex quasi possessione, siue aliàs ex priuilegio, vel similiter, etiamsi per vnum actum hoc appareret ex notatis in cap. querelã de elect. vt puta si appareret per summum Pontif. concessio facta alicui, vt etiam posset conferre beneficia, nõ obstante quòd sit laicus, cui adhuc potest fieri ex priuilegio speciali huiuscemodi concessio ex gloss. in cap. imperium 10. dist. & in cap. in sũma 15. q. 7. cap. 2. de præbend. in 6. non autem ex præscriptione, nec cõsue-
8 tudine † posset acquiri (arg. eorum, quæ dixi de iurisdicione laicorum cõtra clericos infra in cap. 37. Regis Catholici Ferdinandi ampl. 19. tom. 7) ita post Io. Andr. Gemin. & Fælin. in cap. 2. de maiorit. & obedient. Surd. cons. 301. n. 59. lib. 3. ratione quia in spiritualibus hoc est regulare, vt nec præscriptione, neque consuetudine acquirantur; sed quid in iure patronatus, dicam inferius sub vers. & tanto magis, Io. Andr. ad Speculat. in tit. de legat. §. nunc tractemus versic. sed nũqd delegatus, Ant. Xibecc. in compendio Regiæ Monarchiæ sub n. 75. in fine, & subdam inferius. in versic. hinc est, n. 19. ad similitudinẽ eorũ, quæ ponam infra in d. cap. 37. Regis Ferdin. limit. 5. versic. & quatenus vbi conclusi posse laicũ esse capacem caussarum spiritualium, & ecclesiasticarum, etiam criminalium inter clericos (quamuis Barbat. cons. 45. Mandato col. 3. lib. 2. teneat cõtrariũ) gloss. in cap. 2. de iudic. & in cap. bene quidem versic. præter dist. 36. quam gloss. totus mundus sequitur, vt post Augustin. Beroum, quæst. 7. Iul. Clar. in pract. criminali q. 41. versic. sed quid dicendum, Anton. Xibecc. vbi supra. Sic etiã istud idẽ voluit alia gloss. in cap. 1. in verbo, præcipimus, & in verbo, ducibus 94. dist. & ibi communiter * Canonistæ, qui concludunt posse
9 etiam laicum † excommunicare ex potestate sibi data à S. Pont. propter plenitudinem potestatis, quam habet in spiritualibus, & ecclesiasticis caussis, vt dixi de hoc in Repetit. cap. sacro de sent. excõm. lect. 17. versic. limita tamẽ, & versic. secundo laicus, Paludan. 4 sentent. dist. 19. quæst. 2. art. 3. D. Thom. 4. sent. dist. 19. q. 1. art. 1. Couarr. in cap. alma mater part. 1. §. 11. n. 2. Armill. in verbo absolutio n. 34. cum hoc, dare, siue concedere ex potestate delegata, respiciat nõ claues, sed correctionem, & bonum regimen, vnde tunc potius videtur commissa executio, & vsus ipsius excommunicationis, quàm excommunicandi potestatis essentia; Couarr. lib. 3. var. resolut. cap. 20. n. 6. & istud est quod sensit Abb. in cap. dilecti col. 2. de arbitr. quòd tunc omnis causa spiritualis posset lai-
10 co committi, esto quòd esset femina † vt in d. cap. sacro posui, & volunt præcitati DD. Sicuti etiam ex potestate sibi delegata posset prædicare, vt per Dec. in cap. decernimus de iudic. n. 153. & istud est, quod sentire voluit de nostratibus Antonin. Xibecca loco citato n. 21. & 22. & quamuis nihil adducat, dicit tamen esse veriorem, * & receptiorem opinionẽ, quia nõ iudicabunt ex propria, & laicali iurisdictione, de perse (nam hoc eis nõ licet cap. bene quidem; versic. maximus episcopus dist. 96. & cap. verbum Dei de pænit. vbi dicitur quòd solis personis ecclesiasticis reseruatur illa excommunicandi potestas; quibus claues gradatim datę sũt, cap. in noua dist. 21. Abb. in cap. ab excõmunicatione n. 6. de rescript. & per Ioann. Andr. in cap. 2. de præbend. in 6. in gloss. in verbo laico, & per gloss. in cap. præter §. verum in verbo, duci, dist. 32. latè Petr. à Monte in tract. de potest. Papæ, & concil. col. 10. Imol. in cap. Ecclesia col. 3. de Constit. & in cap. ab excommunicato de rescript. ratio est, quia non habet ordinem, vt dicit Iason in l. 1. n. 29. C. de iur. & facti ignor.) sed ex iurisdictione ecclesiæ ei demandata vt subdit Xibecca, prout Reges nostri
11 † Serenissimi Siciliæ, qui habent Regiã Monarchiam à Sanctissimis Pontificibus concessam, & confirmatam, & maximè quando non ex toto facta est subiectio, semperquè tunc laicus ad nudum ministerium videtur esse deputatus, quod de iure laico committi posse nõ ambigitur, immo subdit ipse Xibecca in versic. septimo legatus, quòd potest imponere pœnam excommunicationis, & excommunicare, qua pœna Comes Rogerius, & cæteri eius successores passim in priuilegijs

legis, pro obseruantia eorum mandatorum vsi sunt, & nos voloque magis ex d. cap. 30. Regis Ferdinandi loco citato d. lim. 5. cum versic. habetem sequentibus. Item dominus legit quod non
12 sufficit putatiua credulitas † conferendi talia beneficia, quia licet secundum aliques sufficiat hoc habenti ius obtinendi, vt tradit Perusin. & Dyn. in cap. vide reg. iur. in 6. nihilominus secundum Theologos, postea docto de veritate, alsi est indiget, nec iuuat putatiua ipsa credulitas, quia alias regulariter prodest ex his, quæ ponam infra in cap. 148. Regis Alphonsi versic. hic ergo colligitur, nisi omnino videtur sentire fiere. Beneuenud. d. decis. 25. num. 9. & seq. adeo vt, quamuis ipse videatur concludere, quod si fortasse pertalem putatiuam credulitatem per eum qui credebat posse de beneficio intitulare, fuerit facta collatio, & ita d. ea possessio; ita vt collatus in beneficium non possit postea spoliari, quinimmo restitui in d. beneficio attamen non negasub quin saltem in petitorio postea deficeret, & ideo, esto quod minus iuridice fuerit institutus, colorandi de sua possessione, debeat obtinere aduersus alios, qui vere, & iuridice fuerit in beneficium collatus, illud procedere vt videtur, vel quando vtraque possessiones essent compatibiles, vt ex Dec. cons. 126 & cap. pastoralis de off. ordinar. alias si essent incompatibiles, semper vltima possessio esset attendenda, vt ex eod. Dec. loco citato, tanquam derogans primæ, arg. l. pacta nouissima, C. de pact. cum concordantibus, quæ posui in consuet. Panormi cap. 1 & nu. 6. vel vt obtineat in isto possessorio sic colorato, claudicando postea in petitorio, vt superius tactum est, Io. Andr. in cap. in litteris de restit. spoliat. vbi ait quod quis tuendus est in ea possessione, quam nactus est authoritate illius, qui per omnia se gerebat vti Prælatus, licet non esset, facit cap. querelam de elect. & hoc per litteras manutentionis possessionis etiam eo concessas, vt dixi infra in cap. 43. Regis Ferdin. vbi posui in versic. secundo consequenter, ibi, quæ procedunt, d. tom. 7. Innoc. in d. cap. in litteris, & in cap. dudum de Decim. & faciunt etiam quæ dixi in cap. Ritus 175. ampl. 4. tom. 4.

Hinc est quod cum in hoc Siciliæ Regno nominatio in beneficijs † quæ sunt
13 de iure Regio patronatus, spectet ad Regem, si eligatur alius quam nominatus ab ipso Rege, cassabitur electio, quia ad eum spectat, & pertinet de iure talis collatio, sicut dicit de Rege Franciæ Guglielm. de Benedict. in rep. cap. Raynutius, in verbo, & vxorem, nomine Adelasiam in 2. decis. n. 32. & 336. de testam. & de Rege nostro Catholico testatur Dom. Anton. Xibecca in tract. de Regio iure patronat. ad huc non impresso nu. 45. & 46. intantum vt quando electio, & presentatio aliter esset sic facta per Papam, potest dicere Rex, ego non accepi to eum in Episcopum, quia habeo v. g. ipsum suspectum de proditione, vel propter aliud interesse, & sic Papa tenetur prouidere de alio Episcopo non suspecto Regi, ita post Innoc. scrib. Abb. Hostiens. Dominic. de S. Gemin. Ant. de Butrio, Ioann. Andr. & similes, ait Matth. de Afflict. in prælud. constit. Regni quæst. 18 num. 7. & 8. (pro eis, quæ in materia pono infra in cap. 86. Regis Caroli ampl. 8. tom. 8.) & licet ipse Affl. sentire
14 videatur quod in Ecclesijs † Cathedralibus non requiratur assensus Regius ex cap. cum inter vniuersas de elect. & tangam inferius nu. 27. tamen dico procedere etiam in illis, propter eandem rationem, ius enim patronatus, quod Regibus Siciliæ quæsitum est, etiam præscriptione (vltra alias causas, quas remissiue dedi infra in d. cap. 34. Regis Ferdinandi tom. 7.) ex Cassan. Lambertin. in tract. de iur. patronat. lib. 1 art. 5. quæst. 10. part. 1. nu. 25. Federic. de Sen. cons. 234. Bald. & Butr. in d. cap. querelam de elect. Dec. cons. 124. n. 3. Aretin. cons. 46. & 47. lib. 1. de com. opinione testatur Iacobin. Critin cons. 5. lib. 3 Hyppolit. Riminald cons. 147. nu. 21 & seq. cum similibus per Xibecc. vbi supra nu. 77. & seq. qui etiam citat Ioan. Lup. in tract. de benefic. in cur. vacant. § 10. & latè per Dec. cons. 117. Rocch. de Curt. de iure patronat. tit. pen. Natt. ad Alex. cons. 74. lib. 4. latè Matth de Affl. in d. prælud. constit. d. quæst. 18. per tot. & quæst. 20. vbi latè, Balb. in tract. præscript. part. 5. princip. part. 1. quæst. 9. Crauett. cons. 63. num. 6. Couarr. practic. quæst. cap. 36. n. 6. Io. Andr. Roman. Berous, Rolland. Paris. & alij, de quibus per Dom. Menocch. cons. 90. n. 52. & seq. lib. 1.
15 tum etiam ex dispositione † iuris canonici, & ex sacrosancti Concilij Tridentini ordinatione, vt in d. cap. 34. Regis Ferdinandi latius concludo; quæ comprobantur etiam ex his, quæ legimus in veteri testamento, in quo Moyses Dux Hebræorum constituit in sacerdotem Aaron eius fratrem Exodi cap. 25. & Dauid Rex 24. ministros præposuit lib. 1. Paralipp. cap. 14. Iudas Machab. Dux elegit Sacerdo-

cerdotes, qui purgaretur facta libr. 2. Machab. cap. 4. & quo ad prædicta optimè allego Andr. de Ysern. in proœm. constit. Regni fol. 9. col. 1. vbi dicit quòd etiam olim præsentabant Reges Siciliæ
16 † & inuestiebant de beneficijs ecclesiasticis; & refert fuisse factam concessionem per ecclesiam Romanam Carolo I. Regi Siciliæ, vbi sub sit quod conferebant ea per priuilegia Papalia ex gloss. in cap. placuit 16. quæst. 7. & in cap. nomini Regum, cap. in synodo, & cap. fin. dist. 63. & licet fuerit subtata Regibus
17 Siciliæ † præsentatio electionis dictarum Cathedralium Ecclesiarum, vt dixi superius num. 24. attamen dicit idem Ysern. seruatur Regi Siciliæ hoc in Ecclesijs, in quibus ab antiquo habuerunt ius ipsum patronatus, sicut & Reges Angliorum, vt dixit Bald. in l. rescripta, col. pen. C. de precib. imper. offer. & in proœmio Gregor. quia realiter Reges sunt patroni, etiam in Archiepiscopatibus, Bald. in cap. quando de iudic. Anchar. in cons. dist. 63. & in proœm. decretal. Rex pacificus col. 4. arg. textum, quæ tetigi in proœm. capitulorum Regis Federici part. 4. tom. 2. & appositæ in cap. 2. de præb. in 6. & vide latè per eundem Ysern. aliqua in materia loco citato vsque ad finem, & per Matth. de Affl. in prælud. ipsarum constit. Regni d. quæst. 18. per tot. post Andr. de Ysern. Abb. Sicul. Ioan. Monach. vbi quod quotiens hac authoritate Papæ habent, possunt conferre, & instituere beneficia, ergo regulariter quo consequeretur ecclesiam à laico, esset suspensus, ac peccaret, & posset excommunicari. Sic propterea dixit ipse habuit Rex Carolus à Papa Adriano potestatem eligendi Pontificem Rex Apuliæ, & Rex Franciæ olim in aliquibus Eccle-
18 sijs, & consequenter potest Papa † laico concedere ius eligendi personam in beneficio ex priuilegio ipsius Papæ, quia aliter de iure non potest, cap. Messana, de elect. cum simil. & per ipsum Affl. nu. 3. cum seq. & nu. 6. post Anton. de Butr. & alios, & nu. 5. subdit quòd potest Pa-
19 pa facere laicum Sacerdotem † & quo ad officium sacerdotale, licet ex consuetudine hoc non possit fieri sicut nec ex præscriptione, vt dixi superius nu. 8. sed parcat mihi nunc tantus Doctor, & nescio quomodo ipse Dominus Afflict. dixerit posse S. Pontif. facere laicum Sacerdotem, remanente ipso in statu laicali, prout ita realiter præsupponit, etenim hoc iure non potest subsistere, cum nemo possit esse Sacerdos, nisi ante
20 ea præcedat clericalis ordo, qui est character spiritualis, & figura indelebilis, per quam in ordinatus ab ordinato, etiam in die Iudicij discernetur, vt recordor posuisse in repet. cap. Sacro sanct. nu. 16. de sent. excom. ex Iason. in l. nemo potest sub num. 180. ff. de legat. 1. quanto magis in ordinibus sacerdotalibus, de quibus legitur, vt nec femina possit seruire Sacerdoti in Missa, vt per Dec. in l. fœmina ff. de regul. iur. nu. 40. & propterea pro hac vice non puto dictum per ipsum Affl. esse verum, tanto fortius, quia nihil in hoc allegat, & consequenter non creditur, vt dixi suo loco; & in consuet. Pastor. cap. 44. nu. 29. & quoties aliquid est reprobatum de
21 iure diuino Papa † non potest facere contrarium vt post text. in d. c. vt lit. non contest. ait August. Berous cons. 175. nu. 26.
22 vol. 1. sicut videmus quòd nec Papa pos-
23 sit facere, vt vna eodem tempore sit vxor duorum, glos. & DD. in cap. literas de restit. spol. at. & in cap. gaudemus de diuort. §. affinitatis, & §. mortuis, Auth. de nupt. idem Berous cons. 80. nu. 14. eod. vol. ideoque iudicio meo putarem saluo semper iudicio S. Matris Ecclesiæ non posse S. Pontif. facere, vt merè laicus sit Sacerdos, cum sciamus ad sacerdotium præcedere prius illam sacram vnctionem, quæ non conuenit laicorum puris laicalibus terminis permanentibus, nisi ex causa aliqua ipsum Pontif. moueret: & refert ipse Affl. vidisse quoddam priuilegium Henrici Imperatoris factum Anno Domini 1191. indic. ix. 10. quo affirmat Innocentium Papam III. concessisse, & confirmasse prouisionem Abbatis Monasterij Cassinensis, & spectare, & pertinere ad dictum Imperatorem, & successorem in eius Regnum. ¶ Hinc etiam subdit ipse Affl. n. 6. quòd Reges conferunt De-
23 canatus † ex gloss. in cap. imperium dist. 10. cap. cum inter, de consuet. cap. hinc est etiam 26. q. 1. Si igitur electio spectat ad Regem, non potest verificari illud, quod ait Innoc. in cap. sicut de elect. vbi quòd valet consuetudo quòd mortuo Prælato
24 † Canonici præcisè teneantur denunciare mortem Prælati Regi, eique licentiam petere eligendi Episcopum, Barbat. cons. 11. col. 7. & sequitur idem Affl. num. 9. quia sufficeret hodie quòd denuntiarent Viceregi, & ipse scriberet Regi, vt videmus, si abesset a loco Prælati mortui, & per ea, quæ subdam inferius vers. hinc videmus, quamuis Secretus hodie faciat partes suas in hoc propter spo-

lia.

lia, vt suo loco latius scripsi infra in cap.478.Regis Alphonsi versic. intrando tom.5. Non sequor tamen aliquos ex supradictis Doctoribus in eo, quod dicunt de laicis, per ea, quæ posui in proœm. capitulorum Regni Regis Iacobi, in rubric. ibi, in festo sacræ coronationis tom.1. nam est adeo efficax, &
25 validum † vt non debeat per collationem derogari.Couarr.pract. quæst.cap. 36.nu.3. & 7. Petr. Rebuff. in praxi beneficial.par.3.signaturę n.24.in verbo, nec in iure patronatus, & in tract.de nominationib.quæst. 15.nu. 2. Ignat. Lopez de Salsedo in Addition.ad Bernard. Diaz.regul.400.ius patronatus,&c.vbi refert constitutiones InuictissimiCaroli V. quas edidit Hispaniæ, & Philippi II. per quas determinatur, vt nullus à S. Pontif. Apostolicas literas obtineat, circa dignitates, & offitia, quæ sunt iuris Regij patronatus,aut obtemptis vtatur in derogationem consensus, & postulationis Regibus competentis, ea
26 ratione,quia ius patronatus† laico competens est in bonis patroni,cap. illud de iur. patron. & cap. ex parte eod. quod per S. Pontif. tamquam principem tolli non potest, & priuare eum suo iure sine causa,vt per Anton.et Butr.in cap. constitutus col. 4. de relligios. domib. Felin. Sandæus in cap. ad audientiam l.b.2 col.4.& seq. de rescript.& in tract. quando litteræ Apostolicæ, ampl.5.Zabarell.consl.63.n 1.sicut dicimus de priuilegijs concessis per Principem.siue Regē quibuscumq; quę semper intelligantur confirmata, nec præiudicetur illis, sed in suo robore remaneant,vt demonstro suo loco infra in Capitul.445.Regis Alphōsi,d.tom.4.quemadmodū dicimus de Imperatore, & sic de quouis Princi-
27 pe,† qui absque iusta, & rationabili causa, ius alienum tollere non potest l. item verberatum ff. de rei vendic.l. lucius ff.de euict.quia in maximo læderet in hoc partes, quod esse non debet, vt dixi, præter hæc,in d. declarat.consuet. Panor.d.fol.242.nu.7. & in cap.28. Regis Federici n.202.tom.2. & per Matth. de Afflict. in prælud. constit. Regni quæst. 17.& quæst. 18. & 19. vbi ponit quanta debeat esse hæc præscriptio. Et sic in effectu Siciliæ Reges habēt ius hoc præsentandi, vt expressè colligitur tam ex supplicatione d.cap. 34. Regis Ferdinandi tom.7. quàm ex decretatione facta per ipsum Regem Ferdinandum, & quoad alternatiuam iam dixi supra in cap.7.

28 limit.1. adeo vt quamuis sacrosancta † Concilij Tridentini dispositio sess.25. cap.9. tit. de reformat. det modum, & formam probari titulum iuris ipsius patronatus, non tollat tamen, nec comprehendat iura Regia, nec ius præsentandi Regi competens, vt dixit de nostratibus Antonin.X.becca de Regio iure patronat. num. 2. & 3. vbi concludit quòd ad hæc tollenda specialis mentio requiritur ex Parif.consl. 112. vol. 4. in fine, Petr. Rebuff in praxi beneficiorum in 3.part signat.versic. nec non, nu. 62. Quintil Mandos.in regul. cancellar. regul.11.de reuoc.quæst.13. Io. Nicol. in tract.de iur patron.lib 2.consl.44.Marinus Frecc.de subfeudis in tit. de differ. inter feuda regalia titulata, & alia feuda, different.30. fol. 252. Foller. super constit.Regni in cap.item statuimus nu. 7.& seq tit.de Episc.& clerie.

Et tanto magis quia ex verbis ipsius met Concil j Tridentini colligitur non
29 esse abrogatum ius patronatus † Imperatorum, & Regum, siue Principum à dominijs suis iura imperij habentium, quia excipit hoc, intantum vt ipsi habeant in eorum præsentationibus fundatam intentionem per ea, quę dicit Archidiac. in cap. lectis dist. 63.quem sequuntur Dominicus, Cardinal.Alexand. & Bald in proœm.Gregor.col.2.in fine, versic.Reges patroni, & in cap. quanto in fine de iudic. quod dicit esse notandum pro Ducibus Alemaniæ, & similibus, Paris de Put. in tract. syndic. ver. ciuilitatis cap.2.in fine, Corset. in tract. de potest.Regia cap.34.Gugl. de Benedict.in cap. Raynutius verbo,& vxorem nomine Adelasiam 2.decis.nu.176. Ign. in reper.l necessarios § non alius num. 331.& seq ff ad Syllan. Carol. de Grassalinis lib 2.regal Franciæ iur.3 versic. 2.ratio, Arnulfus Kuzeus in tract. iur. regal.in præfat.nu.6 & in terminis circa Reges Hyspaniæ,Palaz Rouios in rubri de donat.int.vir.& vxor.nu.24 Anton. Xibecc. nu. 11. vbi addit Alphons. Aluarez in specul. Summorum Pontif. cap.41.nu.4.& cap.63.nu.2. Couarr. in regul.possessor in 2.part §.10 num.5.de regul. iur. & de Rege Siciliæ Andr. de Ysern.in prologo constit. Regni nu. 12. sicut de Regibus etiam Franciæ testatur Nicol.Boer. decis. 32. in princ. qui locuntur de iure ante dictum sacrosanctum Concilium Tridentinum, quod & si duos tantum narret patronatus esse
30 validos,scilicet † ex fundatione, & do-

tatione,& prout subdam inferius inver-
fic tum quia, non excluditur tamen pa-
tronatus de constructione, vel præscrip-
tione, vt per Bonifac.de Reggerio conf.
15. n.39.lib 1.de quo memini simplici-
ter in Consuet. S.P.Q.P. cap.65.in fine,
addo Yser.in procem.constit. Regni fol.
5.col.2.gloss.in cap.pię mentis 16.quęst.
6.& capit. quicumq; quod sentit adhuc
Xibecca vbi supra nu. 4. ex verbis dicti
Concilij non excludentis ius patrona-
tus ex multiplicatis præsentationibus
per antiquissimũ temporis cursum,qui
memoriam hominum excedat,nec aliàs
secundum iuris dispositionem.quamuis
in hoc de præscriptione videantur ob-
stare quæ dixi supra in versic. quod au-
tem, sicut videmus quòd nec etiam re-
31 iectum videtur patronatus ius † ex pri-
uilegio Episcopi concesso legitima sub-
sistente causa, prout est com. *opinio,
quam sequitur Bonifac. loco citato nu.
40.probatio enim,quæ de iure commu-
ni fundatur, explosa non videtur.

Tum quia si consideramus sacrosan-
ctum ipsum contextum, non longè ﬁsti-
mus ab ipsius sensu, cum loquendo ex
illis verbis dotatione assignãdo dotem
isto titulo, prout semper sicpræsumitur
vt ponam inferius nu. 50. & fundatio-
ne, videamus Reges huius Regni Sici-
liæ, & maximé possidentes Regnũ tam,
quam possessores illius Comitis, Ma-
gnique Rogerij,qui Regnum ab infide-
lium Saracenorum faucibus recupera-
uit, nedum dotauerunt Ecclesias, sed
summopere ditauerunt, vt subdam in-
ferius nu. 41. 43. sicut fecit ipse Comes
32 Rogerius † qui Archiepiscopatum hũc
Panormitanum in sede Archiepiscopali
collocauit,prout ex Bulla apparet,Dat.
Romæ 16.Maij 1283.& per ea,quæ rãgo
infra in cap. 28. Regis Caroli in princ.
tom.8.ex eod.Xibecca in tract.de regio
iure patronatus nu.37.

Accedat, & fortius quando eligentes
33 ipsi eligunt, † & præsentant personam
idoneam, habilem, & sufficientem,vt in
d. cap. 34 Regis Ferdinandi legitur in
decretata, ibi, vnam electionem faciet
in personam alicuius Siculi, quam sua
Maiestas idoneam, habilem,& sufficien-
tem indicabit, facit constitutio post
mortem tit.25. de morte Baronis nunc.
lib. 3 (licet in hoc non seruetur circa
præsentationem, vt dixi supra in cap.
34. Regis Iacobi rom.1.) dummodo nõ
sit suspecta talis persona illi, cui præ-
sentatur arg.l.fin.§.1.C.de iur.emphit.

sicut de electione Prælati,cap.cum inter
extr.de elect.& hoc pro tanto, quod non
sit, sed quod fieri debet intuendum est
l. licet ff. de offic. Præsidis, & concor-
dat cum d.cap.lectis 63.dist.vbi dicitur
34 Episcopos † electos non instituendos es-
se à Rom. Pontif. nisi epistolam appro-
bationis, quam Cedulam Realem voca-
mus,ab Imperatore,vel Regibus ius præ-
sentandi habentibus, siue alijs Princi-
pibus obtinerent, cum sit æquum,& ho-
nestati conueniens, vt patronus videat
an sit habilis Ecclesiæ administrationi
cap. nobis,& ibi Canonistæ de iure pa-
tron.facit rex. in cap.1.an agnat.& cap.
adrianus dist. 63. nedum petendo licen-
tiam,sed etiam obtinendo, cap. reatina,
& ibi gloss.ead. dist. & adducit Xibecc.
vbi supra nu. 16. textum in d. cap. cum
inter de elect. qui loquitur de Rege Si-
ciliæ vltra farum vbi videas, & cap.
quod sicut eod.tit.de elect. vel an sit su-
spectus præsentanti, vt subdam modo in
sequentibus numeris.

Hinc videbimus infra eod.in cap.30.
35 quod ad Principem † spectat cognosce-
re de morte beneficiati mortui, sicut
tetigi superius nu.24. circa mortẽ Præ-
latorum, ad hoc ne per viuentem ali-
quem fortasse importunum postuletur
eius beneficium adhuc viuentis. Item
ne eligatur in Prælatum aliquis, qui sit
suspectus statui Regis, nam potest ipse
petere de iure, & obtinere deletionem,
vel cassationem talis electionis,vt dicit
Innoc. in cap.super his nu.8.de Accusat.
Andr.de Ysern.in d.prologo constit.Re-
gni nu.16.fol.5.vbi latè qui subdit quòd
36 ideo Regi † præsentabitur electus, ad
hoc vt possit excipere contra ipsum ele
ctum secundum gloss. in cap nobis de iu
re patr. aut si diceret esse sibi suspectũ
de proditione, & suo interesse,& simili-
ter,vt ibi pulchrè per Ysern. Igneus vbi
supra nu.612.Iacob. Bonan. in suo Pa-
negirico post tract. Ioannis de Ysern.
rubr.contra rebelles col 6.fol.112. Ant.
de Burr.in d.cap.quod sicut num.16. vt
puta quia sit de statu præsentantis,nam
dicit ipse, si aliquis non est de statu,non
habet dignitatem, nec in Bononia, nec
in Florentia,arg.eorum,quæ referr Bal-
lus in suo tract. tit. de quæst. partioul.
quæst.2.n.95.post gloss. & Aff in consti.
in locis demanij n.13.tit.78 deiudicibus
annualibus,& notar. libr. 1. ipsius enim
Regis interest,refert,& sequitur idẽ Pro
thonotarius nu. 20. cognoscere qui in-
tra eius insulam, & Regnum sint admi-
nistraturi

nistraturi ecclesias ex Innoc. & Abbate
in cap. super his de accusat. Bald.& idē
Abb.in d.cap.quod sicut, Ferald.in tra-
ctа.de insignib.peculiaribus Regis Fran
ciæ 9. iure, Chassan.in cathalog gloriæ
mundi part.5,consid.24.Carol.de Graf
salin.& Didac. Couarr. ibi per eum ci-
37 tatis locis.Quæ suspectio posset esse † vt
puta quia dubitaret Princeps, ne secre
ta Regni reuelaret, Innoc.in d cap quod
sicut versic.reuelatio in princip,Io.Lup.
de Palaz. Ruuios loco citato, Didac.
Peres lib.1.tit.3.ordinat. Regiarum l.3.
fol.71.quos citat Xibecea vbi supra nu.
31. quemadmodū dicitur de eo, qui re-
uelat secreta Principis iuxta ea,quæ di-
xi in consuet. Panormi cap. 5. in fine,
nam veluti quando Princeps sua secre-
ta sub silentio commictit,magis ornan-
dus, ac decorandus ille veniat secūdum
ea,quæ suppleui in cap.63 Regis Iaco-
bi sub nu.5.cum plurib seq tom.1.sic eo
peius veniet dedecorandus illa non te-
nens secretè, secundum dicta Ibidem, &
ob id, vt sequar quæ præposui, dicunt
Hostiens.in summa in tit,de elect §.quis
possit eligere col.5.versic.sed electione
facta, Carol. de Grassalin. vbi supra fol.
241.versic.quæ maximè procedit, quòd
si Prælatus à Principe seculari tempo-
ralia retinet, vel non, & est suspectus,
vel absque fide, auditur contra eum,
iddem affirmat Io.Andr.in d cap. nobis
col.3.in verbo honestius, & per Xibecc.
nu.24.& per ea,quæ dicam infra in cap.
12.Regis incliti Ioannis sub vers.obliga
tio quarta,prope principium,tom.6.vbi
quòd potest Rex Episcopum non fide-
lem sibi repellere,

Item quia iam solidum est, omnibus-
què cognitum axioma, posse in antiquis
simis,in quibus iam Reges huius Regni
38 Siciliæ versati sunt, ius patronatus †
probari per famam, indicia, & conie-
cturas, prout vult Bald. in l. cum super
C.de rei vendicat.& in auth.quas actio-
nes C.de sacros.Eccles. propè finem, &
cons.310.lib.5.quem refert. & sequitur
Anton. Xibecca in suo tract. iuris pa-
tron.nu.1.ex Abb cons.54.lib.1.Barbat.
cons.6.nu.17.lib.2.Dec. cons. 117, in fi-
ne, cons.174.num.4. Crauett.cons.322,
Rolland.à Valle cons.3.col.1.lib.1.Soc-
cin.Iun.cons.105.num.16.vol. 2.& per
consequens,quoties hoc concurrit, ne-
mini dubium est posse competere legi-
timè ius ipsum patronatus,quanto ma-
gis quia concurrunt multa alia, de qui-
bus infra dicam, & istud est, quod in-
quijt Bald. in l. rescripta C. de precib.
imp.offer.quem sequitur idem Affl.in d.
39 quæst.18.nu.2.quòd Reges † ex consue-
tudine tanti temporis, cuius contrarij
memoria non existit,habent potestatem
in eorum Regnis conferēdi præbendas,
& beneficia ecclesiastica, ponens exem-
plum de Rege Angliæ, Vngariæ, & se-
quitur etiam Alex. cons. 74. vol. 4. viso
puncto col. 3. & refert etiam quasdam
Additiones Bartholi de Bellenzinis im-
pressas super cap. præterea extr.de iure
patron. Archid. in cap. hortamur dist.
61.col.4.Io.Bertachin.in verbo Rex fol.
327.col.3.& fol 328.col.1.vbi loquendo
de Rege Franciæ refert optimo iure da-
re episcopatus in regno suo ex latissimè
traditis in Addit.ad Iacob.Butrigar.in l.
cunctos populos col.4.C.de summ. Tri-
nit.& fide Cathol.

Et hodie Serenissimi Domini Reges
40 nostri Hispanjarum † eo ipso quòd sunt
Reges,sunt etiam patroni omnium Ec-
clesiarum dicti Regni, earum dico Ec-
clesiarum,quæ sunt de Regio eorum pa
tronatus, ita intelligit d.cap,34. Regis
Ferdin.ibi, omnium beneficiorum præ-
dicti Regni, quæ sunt de iure patrona-
tus suæ Maiestatis, subaudiendo illud,
sunt,per essentiam,& substantiam, vt di
cam inferius versic intantum,Palaz.Ru
uios in rubr.de donat.int.vir,& vxor.in
introduct.nu.29,Fælin. in cap. super his
col.4.extr.de accusat.Corsett.de potest.
Regia cap. 34. Xibecea num. 25. & hoc
tamquam fundatores ipsarum Ecclesia-
41 rum † & liberatores huius Regni ter-
centum quasi annis à Saracenis occu-
pati, prout tetigi superius nu. 32. & in-
fra nu.43. Io.Bertachin in suo reperto-
rio in verbo Reges Hispaniæ col. 1. &
vide per Abb. in cap. nobis de iure pa-
tronat.Rocch.de Curt.in eod.tract.ver-
bo, ecclesia, q.t, Imol. in cap. fin.in vlt.
notab.de concess.præbend idē Abb.cōs.
57. lib. 1. Arnulfus Ruzeus in tract. de
iure regal part.1.præfationis nu.17.Xi-
becea nu.42.& fatetur authoritas Sum.
Pontif, Vrbani in multis bullis, & ma-
ximè in vna Dat. 9. Decembris Ann.
1093. cuius verba inserere non graua-
bor. [*Vniuersis ferè per orbem Christia-
norum populis notum esse credimus Sici-
liam Insulam multis condam nobilibus il-
lustratam Ecclesiis, opibusque, & populo
copioso multorum relligione effulsisse vi-
rorum, & quorumdam SS. Martyrum,
& Virginum claruisse martyrio, verum
peccatis exigentibus, tanta species rerum,*

tantaque

tantaque probitas morum adnihilum subito redacta est, efferata n. Saracenorum gens prædictam Insulam ingressa quoscumque ibi Christianæ fidei cultores reperit, alios gladio peremit, quosdam exilio deputauit, plures miserabili seruitute oppressit, sicque Christiana religio per 300 ferè annos à Dei sui cultu cessauit: Dominator autem omnium Deus, cuius sapientia, & fortitudo quando vult, & quomodo vult, regna transfert, & mutat tempora quendam ex occidentis partibus militem scilicet virum, & consilio optimum, & bello strenuissimum ad eandem insulam transtulit, qui multo labore frequentibus prælijs, & crebra suorum militum cæde, ac sanguinis effusione regionem prædictam à seruitute gentilium opitulante Domino liberauit &c] cuius Bullæ verba etiam recitantur per Xibeccã loco citato, vbi ait quòd extant in bulla consecrationis, seu confirmationis Rogerij Episcopi Syracusan. præsentati à Comite Rogerio per Sãctis. Vrbanũ Papam, & per publicum transumptum transumptata per Notarium Franciscum de Siluestro in Regijs registris conseruatum, & sic ex tali fundatione multarum Ecclesiarum in Regno dicuntur Reges Siciliæ habere ius patronatus, non obstante quòd fundatores hoc ius expressè non reseruauerint vt per gloss. in cap. nobis de iure patr. gloss. in cap. si quis basilicam, de consecr. dist. 1 Franc. Marc decis. 1009. Hyppo. Riminal cons. 137. nu. 11. lib. 2. idẽ Xibecca, qui hos citat n. 48 quibus Ecclesijs cõcessa fuerunt plura bona, vt dicam infra cap. 28. Regis nostri Philippi II. tom. 9. in principio, tamquam vni ex bracchijs huius Regni, non obstante etiam quòd non fuerint dicta bona titulo, & ex causa dotis assignata, vt subdam inferius, versic. minimè etiam.

Rursus quia sunt veluti reædificato-
42 res † & reparatores ipsarum Ecclesiarũ,
quo casu acquiritur & ius patronatus,
vt videbimus infra in cap. 93. versic. ob
quam refectionem sub Rege Ferdin.
tom. 7 cap. consuluit extr. de Iudæis,
gloss. Tancred. Hostiensis, & Henric. Bohic.
in cap. quoniam de iure patronat.
Cæsar Lambertin, in tract. de iur. patronat
art. 3. quæst. 6. principali primæ partis
lib. 1. art. 3. Antonin. Xibecca in d. suo
tract. de iure patronat. nu. 29. 30. & 31.
43 vbi ait quòd si Ecclesia † esset funditus
destructa, si aliquis eam reædificat, acquirit
ius patronatus, nam perinde est
ac si ab initio Ecclesiam ipsam construxisset;
tanto fortius, quia hoc Siciliæ
Regnum à manibus infidelium fuit euulsum,
vt tetigimus superius num. 41.
ex quo sequutum fuit quòd longè maius
meritorium, ac pium, quo ad Ecclesiam
militantem, & triumphantem, fuit terras
de ipsorum Saracenorum manibus
recuperare, quàm inter Christianos monasteria,
& Ecclesias de nouo construere,
ita Palaz. Ruuios in tract. de libert.
ecclesiastica par. 2. quæst. 14. reædificãs
44 enim vel † reparans sic habetur, ac si ab
initio cõstruxisset, ita Curt. in tract. iuris
patronatus in verbo, construxerit,
quæst. 8. n. 12. gloss. in d. cap. quoniam de
iure patron. quæ est communiter approbata,
vt testatur Gregor. Lopez in l. 1.
tit. 15. partic. 1. Innoc. in rubr. de iure
patronat. Augustin. Berous in d. cap.
quoniam quæst. 97. de iure patronat &
subdam in versic. sequenti.

Veluti oãquè in Regno Hispaniæ ius
45 † patronatus fuit acquisitũ per Reges
Serenissimos nostros debellãdo Vãdalos,
Sueniosquè ab ipso Regno, vt dicit Gregor.
Lopez in l. 18. tit. 5. part. 1. Palaz.
Ruuios in rubric. de donat. inter vir. &
vxor. in introduct. nu. 24. Alphons. Aluarez.
in speculo SS. PP. cap. 41. & 63. Ferdin.
Vasq. controuers. Illustr cap. 22. nu.
14. sic & hoc Regno Siciliæ, rationes n.
quæ vigent in legibus Hispaniæ l. 18. tit.
5. part. 1. verificantur, & hic, dum nãꝗ
in illis habetur. *[Por que ganaron las
tierras de los Moros, y fizieron las mesquitas,
y echaron de y el nombre de Mahoma]*
in nostris hæc totidem verificantur,
prout ex lectura prædictæ Bullæ
Sanctissimi Vrbani legitur, quæ lex Hi-
46 spaniæ † & Partit. dicit Anton. Xibecca
vbi supra num. 34. & si non possit extra
Regnum allegari, attamen eius ratio,
tamquam prodita à sapientibus viris,
& compilatoribus illarum legum, est
admittenda, maximè quia illæ leges fuerunt
conditæ, & editæ, ab Alphonso Rege,
qui Sapiens fuit vocatus, vsusque est
prudentissimis viris Iurisconsultis ad
leges ipsas compilandas, inter quos
fuit Azo tuba veritatis, vt dixi supra in
præludijs ipsius Regis Alphõsi in 1. part.
tom 4. & ita inquit Ferdin, Vasq. lib. 1.
controuers. Illustr. cap. 1. num. 8. & ob id
etiam si lex, vel statutum, aut aliqua
dispositio nõ adesset in hoc Regno circa
ius patronatus Regium (prout infinitæ
sunt) ista tamen ratio sola Partitarum
posset allegari, cap. frustra dist. 8. l. scire

oportet

oportet, si consequenter verbo sufficit ff. de excusat. tutor. cum qui de dicto. Parsitarum legibus habeatur illa ratio generalis comprehendens etiam ea quae fuerunt obseruata circa defectionem Saracenorum, licet sint speciales gratiosorum ut generaliter est intelligenda l. regula §. final. ibi Bald. C. de sacr. & facti
47 ignor. quodque dictum † ex quo est rationabile, ita debet extendi ad quemcumque, sicut lex ait dicit Andr. de Ysern. in prooem. feudor. col. penult. de Bald. Cyn. & Iacob. de Rauenna ind. §. sufficit, quod obseruant Domini Veneti ut tradit Iason in l. dedi §. fil. ber nu. 4. & seq. ff. de ... dis. caus. dat. ex quo realiter norma legis est ipsa ratio, tetigi supra in cap. proximo nu. 45.

In tantum et illud verbum positum in
48 d. cap. 34. Regis Ferdin. ibi, sunt † de iure patronatus suae Maiestatis, accipiendum sit, non vt impropria quaedam locutio, sicut quando sumitur illud, sunt, vt dicit Bart. & alij Moderni ind. l. §. genera ff. de acquir. possess. Dec. cons. 298. viso in fine, qui ponit illa verba sint, & ide intelligantur Bald. in l. quae fortuitis, colum. 4. C. de pignor. act. vbi ponit exemplum; v. g. dictas statutum, quod Florentini sint originarij ciues Perusini, nam isto casu importat, fingantur, ideft fingantur, cum non possit authoritas statutorum naturalem veritatem remouere à subiecto l. 1. & 2. ff. de vsufr. earum rerum, quae vsu consumuntur, Ias. in d. §. genera nu. 1. ff. de acquir. poss. & quae scripsi infra in cap. 79 Regis Caroli, tit. de pen. vect. tom. 8. sed importat essentiam, & substantiam ex his, quae dicit Bald. in Addition. ad Specular. tit. de leg. l. mercis appellatione vbi gloss. ff. de verb. signif. Bart. in l. si maior. § ... legis in liz ff. de adult. & facit quod dicit idem Bald. in d. l. quae fortuitis, maximè quia ex supradictis, quae vidimus, potest veritas denotari, ob fundationem scilicet, & alia, quae huc vsque posuimus, Alphons. Aluarez, & Ferdin. Vasq. vbi supra, qui etiam concludunt transire ad haeredes, vt modo subdam, & per consequens istud
49 ius patronatus † est etiam transitorium ad haeredes fundatoris, esto quòd fundatores hoc nó dixerint, vt posui aliqua in consuet. Panor. cap. 44. num. 79 addo Alex. in l. centurio ff. de vulg. & pupillari, vbi concludit etiam si haeredes sint extranei, Emanuel à Costa in cap. si pater in verbo trebellianica part. 1. nu. 4. versic. vnde colligitur, Pasett. cons. 47. in singulari qui etiam vide Federic. cons. ... Cardinal. cons. 121. Roman. cons. 368. Adam io ad Bart. in d. l. centurio in litterâ D. & ita post Staphil. concludit Xirbecca num. 4. vbi etiam allegat Zabarell. in d. cons. ... in princ. Grammat. interd consil. criminal. 62 num. 8. etiam si dicti
50 haeredes sint feminae Berous in cap. 1. nu. 54. de iure patron. & ibi Abb. vers. secundo potest dubitari, & in cap. nobis in ... & per Xirbecc. vbi supra, & scripsi in d. consuet. Panor. 44. nu 80. quibus adde Alberic. de Rosat. in l. benè à Zenone C. de quadr. praescript. col. 4. versic. sed an imperator, Menocch. cons. 90. nu. 18 lib. 1. cap. dilecta de praebend. cap. 16. cui de praeb. in 6. cap. dilecto de testib. Aluarez. & Ferdin. Vasq. vbi supra, Gugl. de Bened. post repet. cap. ray-
51 nutius in quaest. de Thesauraria per tot. Valasc. de iur. emph. quaest. 30. num. 10. vbi quòd ius patronatus iure haereditario transferatur, & quandoque primogenitis, tuncque ex iure repraesentationis excludet, & limitat nu. 31. nisi esset ius patronatus libertorum.

52 Minimè etiam fuit necessarium in dictis fundationibus † & constitutionibus quòd feuda, & alia bona fuerint dictis Ecclesijs assignata titulo, & ex causa dotis expresse, quia sufficit qualibet assignatio, nam praesumitur ex causa dotis, vt tetigi superius num. 30. 31. vt in cap. prae meritis, 16 q. 1. Xirbecca n. 62. cap. quicumque, & cap. filijs 16. q. 7. & ita dicit concludere Beroum in cap. quoniam n. 89. de iure patron. Gregor.
53 Lopez. in l. 1. tit. 15. part. 1. vbi allegat Bald. Nouell. in tract. de dot. in princ. col. 6. [illegible]

Praeterea non solum possunt considerari dicta verba in ipso cap. 34. Regis Ferdin. petita, ibi, sunt de iure patronatus suae Maiestatis, supradictis modis, quos vidimus, sed etiam ex illo iure praesentandi, quod habent nostri Reges
54 de consuetudine, † per quam acquiritur ius patronatus, vt per Io. Andr. in d. cap. querelá de elect. vbi Abb. qui testatur de com. opin. l. quod alicui ff. de regul. iur. Xirbecca num. 64. ex Feder. de Senis cons. 234. Cardinal. in clement. 2. quaest. 5. de iure patron. Dec. cons. 117. col. 3. cum similibus, cuius consuetudinis facit etiam mentionem Gregor. XI. in confirmatione capitulorum pacis factae inter Ioannam Reginam Hierusalem, & Siciliae, & magistrum Vbertinum de Carilia ordinis minorum procuratorem Federici

derici de Aragona Regis huius Regni
Siciliæ Ann. Domini 1393. cuius pacis
cōcordiā, & si recitetur a Xibecca n. 65.
tamen quia adhuc eius tractatus non est
impressus, quoque eadem recitabo ipsa
hæc verba, videlicet. [*Omnes insuper*
Ecclesiæ tam Cathedrales, quàm aliæ re-
gulares, & seculares, necnon omnes Præ-
lati, Clerici & vniuersæ personæ Eccle-
siasticæ, seculares, & religiosæ, in electio-
nibus, postulationibus, nominationibus,
prouisionibus, et omnibus alijs plena liber-
tate gaudebunt; nec vnnus in electione,
vel priuilegio dicti Federici, seu eius suc-
cessoris in Regno, seu Insula prædictis as-
sensus, vel concilium, aliquatenus requi-
ratur, quam vbique libertatem ipse Fe-
dericus, ipsiusque in dictis Insula, seu Re-
gno successores semper manutenebunt, &
conseruabunt, & manuteneri facient ab
omnibus subditis suis. dictaque Ecclesiæ,
& personæ, & omnia religiosa, & pia
loca vtentur liberè, omnibus iuribus saluis
sibi, & successoribus suis in Regno præ-
dicto Trinacriæ, seu insula iure patrona-
tus, secundum quod patroni Ecclesiarum
tanta instantia contendunt, & in illis Ec-
clesijs tantum, in quibus Reges Siciliæ hu-
iusmodi ius patronatus habuerunt, sem-
per saluo circa Ecclesias Cathedrales, &
alias regulares, & seculares, & quascum-
que personas, & loca ecclesiastica, tam in
faciendis prouisionibus, quàm alijs Ro-
mani Pontif. iurisdictione,] & in specie
quòd talis sit consuetudo patet per le-
cturam dicti cap. Regni 34. & 32. eius-
dem Regis Ferdin. de quibus ambobus
meminit in indiuiduo Xibecca nu. 66.

Multo instantius, quia etiam ex d.
cap. eiusque supplicatione per Regnum
facta ipsi Regi Ferdinando, insurgit con-
fessio ipsorum supplicantium, & faten-
tium Serenissimos Reges habere ius pa-
52 tronatus † vt ex lectura dicti cap. 34.
apparet, vbi demonstratur de expresso
consensu Prælatorum, qui etiam inter-
ueniunt in eisdem Regni capitulis, vt
suis locis demonstraui, quorum si taci-
tus, quanto fortius expressus prodest ad
illud inducendum, vt dicunt Canonistæ
in cap. 1. & in cap. cum inter de elect.
Gugliel. de Bene. vbi supra decis. 2. num.
373. & in cap. cum longè dist. 63. vbi de
Hispaniarū Prælatis habetur, ad quod
facit etiā Xibecca loco citato sub nu. 67.
dictū Baldi cons. 310. Patronus lib. 5. qui
53 dicit q sicut ad probandū † ius ipsū pa-
tronatus sufficiunt literæ priuatæ illius
Abbatis cum præsentia eius familiaris

scriptæ quibusdam, ibique per verba
enunciatiua fuit mentio de iure pa-
tronatus, sic etiam, & fortius in casu
nostro, vbi verba expressiua continen-
tur Ferret. cons. 393. nu. 7. lib. 1.

Si ergo, vt ex supradictis satis essicien-
ter vidimus quòd Rex noster habet ius
54 præsentādi ergo † & ius visitandi, prout
in indiuiduo ex nostratibus concludit
Dom. Frāc. Milanis in Alleg. pro Abbate
Rocchæ Amadoris contra Procuratorē
Regij Fisci, qui ait quòd præeminentiæ
suæ Catholicæ Maiestatis lædi non pos-
sunt, vt sunt ius visitandi, quod est ip-
sius Regis, sicuti ius patronatus in spe-
cie, ita etiam concludit Anton. Xibecca
in d. compendio Monarchiæ versic. octa-
no potest, quamuis nihil alleget; est ve-
rum quòd semper committitur personis
55 Ecclesiasticis † argumento Esdræ cap.
7. lib. 1. ibi, vt visites Iudæam, & Hie-
rusalem, prout faciunt, & debent omni
anno Episcopi visitationem facere in
eorū Diœcesibus, & scrutari iura Eccle-
siæ vt post Hostiēs. Cardinal. Butr. Imol.
Abbat. in capit. illud de præsumpt. Cas-
sador. decis. 2. de caus. poss. & propriet.
& decis. 8. super regul. Cancellar. quod
commus. causæ, & process. Felin. in d.
cap. illud nu. 6. Surd. consil. 245. num. 29.
& iterum cons. 259. nu. 21. lib. 2. ita alibi
dixi in simili Viceregés, & Præsidentes
habere ius visitādi, immo teneri Regnū
hoc, vt olim, saltim semel in anno visita-
rè, vt posui infra in cap. 12. tit. de syn-
dic. officialib. versic. capiendo, tom. 4.
sub Rege Alph.

56 Amplia † vt Rex habeat ius patrona-
tus in Regnis suis, tam in Ecclesijs col-
legiatis, quàm non collegiatis, in qui-
bus ipse est in quasi possessione iuris pa-
tronatus, intelligendo, quando Rex con-
struxit, vel dotauit Ecclesiam Prælato
consentiente, aliter non in priuatis Ec-
clesijs collegiatis, ita post Abb. Ioann.
Andr. Alex. de Imol. Cardinal. & alios,
Matth. de Affl. in d. quæst. 18. num. 10.
Corsett. in tract. de excellent. Regis
quæst. 2. & ibi laté, & per hæc sit impo-
situs finis huic celebri commento ad
laudem Dei, & S. Petri Apostoli cuius
cathedrā Antiochiæ celebramus hodie
22. Februarij, cum hoc quòd circa præ-
missa, & ne errem, submitto me iudicio
S. Romanæ Ecclesiæ.

M. Muta.

De

De rescriptis contrarijs ex domo Regia tollendis. Cap. XXII.

ITem suæ placeat Maiestati, non consentire, quòd super eodem negotio exeant de camera sua bina, vel plura rescripta contraria. Placet Regiæ Maiestati.

SVMMARIVM.

Apostolicæ prouisiones præsentantur Proregi, & recognoscuntur per Fisci Patronum cum executorijs, & quare n. 1. cum seqq. & nu 13. 14. 16. nec possunt aperiri, nisi prius consignentur sacro consilio, & ab eo recognoscantur, n. 3. & valent hæc statuta ob multas rationes. nu 11. 12. 13. 14. 15. 16. amplia nu 39. 40 declara, num 44. 53. 60. 66. 73. 74.

Papalia rescripta executoriantur. & recognoscuntur per Vicereges, & Fisci Patronum. ibid.

Bullæ Papales executoriantur, & recognoscuntur per sacrum concilium, ibid. & iddem de literis citatorialibus, compulsorijs, indulgentijs, excommunicationibus, dispensationibus, & alijs licentijs pontificalibus nu 4. & quid de legitimationibus, nu 5. 6. & ad postulationem partis, num. 7. 8. & quid de ordinibus sacris nu. 9.

Executoria in Regno fiunt de prouisionibus Apostolicis, & quare, & quomodo, ibid & quid de gratijs aliorum Principum, nu 4. maximè de legitimationibus, nu. 5. 7 8. & creatione notariorum Apostolicorum nu. 6. & ad ordines sacros, nu. 7. 8. & 9.

Beneficij possessio an possit capi absque licentia Domini temporalis, & sic Regis in regno, num. 2.

Comites Palatini nõ possũt legitimare vassallos alienos in terris imperij. & in quibus casibꝰ possint. & an requiratur executoria n. 5. & quid ad ecclesiasticas res et creationẽ Notariorũ Apostolicorũ. n 6.

Legitimationẽ gratia facta à S. Pontifice, vel alijs Principibus, an debeãt executoriari in Regno, ibid. & quid si esset facta ad postulationẽ partis, n 7. 8. 9.

Notarij Apostolici creati in Regno an expediant executorias & an possint cõficere instrumenta, & faciant fidem, & quomodo, ibid.

L. fi. ff. de iurisd. omn. iudic. fallit in legitimatione facta de consensu partiũ, n 8.

Literæ superscessoriæ non possunt fieri per M. R. C. circa literas patrimoniales regium patrimonium tãgentes, nu. 10.

Statuta sæcularia mandantia ne prouisiones Apostolicæ exequantur sine Regio beneplacito valent, & quando non, nu. 11. 12. 13.

Rex Carolus V. Imperator habuit ex priuilegio Synodi, ne vllus Episcopus consecretur absque eius consensu, & quare num. 12. 13.

Papalibus de litteris, & mandatis præsumendum est quòd obediri debeant regulariter, nu 13. & potest interim certiorari S. Pontif. nu 14 cum seq.

Reges Siciliæ sunt in possessione aliquarũ dignitatum, quas S. Pontifex alijs prouidere non potest nisi ad eorum supplicationem, aliàs dicerentur spoliari, num. 15.

Delegati Apostolici, Commissarij. & Collectores exteri non possunt venire contra Siculos sed delegationes diriguntur personis ecclesiasticis Regnicolis, ibid.

Subreptitium rescriptum Apostolicum si est. potest opponi de subreptione, & non executoriari interim, nu 16.

Executoriæ operantur effectum vt iura aliorum sint salua nu 17.

Executoria quando conceduntur. solui debet ius laboris Secretarijs, & alijs officialibus, ibid.

Pragmaticæ, & statuta Regia facta non indigent executorijs, sed registrantur in officio Conseruatoris, nu. 18.

Executorijs non est necesse circa pragmaticas Regias, ibid.

Regia prouisiones, rescripta, & Mandata Regia emanata à Regia Curia debent esse patentes cum sollennitatibus solitis, & an habeant vim vltra annum, ibid.

Priuilegium concessum circa gratias, &

Testator

Testator si confirmat in suo testamento donationem certæ rei, valet relictum esto quòd donatio non appareat, ibid.
Testator si legat debitum creditori, valet legatum, esto quòd contractus non appareat, ibid.
Relato non apparente, an valeat referens, si in eo dicatur, visis de his omnibus &c. ibid.
Rescripta intelliguntur, saluis iuribus alterius, & an sit necessaria citatio, & quando, nu. 44 cum seq. & nu. 51. 52. & quid quando adessent Empara, n. 45
Empara vbi adsunt non exsecuntur res emparatæ absque citatione, num. 45. cum seq.
Sigilla si sunt emparata, oportet vt pars citetur ad disparandum, & quando, num. 46.
Empara … pro literis Fisci, ibid.
Empara vbi … nulla prouisio expediatur secretò, nisi super captura personæ suspectæ, vel in causis patrimonialibus, & criminalibus, & quibus, nu. 47.
Empara non possunt fieri in supremo Consilio circa rescripta Siculorum nisi per Præsidentem Consilij, aut Vicecancellarium, nu. 48.
Princeps si aliqua concedit ex mera gratia, non est opus citatione, nu. 49.
Exequutoria rescriptorum, & mandatorum quando conceduntur, oportet vt citetur pars, nu. 50.
Statuta tollentia ius tertij sunt nulla, nisi sit specificè derogatum, nu 51.
Priuilegia omnia intelliguntur, saluis iuribus alterius, & sub debita forma, & iudices ita decretare tenentur, nu. 52.
Rescripto non debent esse contraria inter se, nu. 53.
Contraria allegans, non est audiendus, ibid. fallit, nu. 54. 55. 56. 57.
L. 1. C. de furtis, ampliatur ibid. & limitatur nu. 54. 55 56. 57.
Contraria licet allegare in diuersis libellis, & instantijs, nu. 54. & in aduocante in casu dubio, nu. 55. in natiuitate actionum contrariorum, nu. 56. in exceptionibus per reum in libratium allegatis, num. 57.
Rescripta duo si concurrunt, attenditur quod est magis speciale, nu 58. & vno sublato, alterum remanet, nu. 59.
Priuilegia duo si concurrunt attenditur id, quod est specialius, & vno sublato remanet alterum, ibidem.
Vinculum dupplex vbi adest, vno sublato, remanet aliud, nu. 59.
Priuilegium producens omnia in eo contenta fateri videtur, nu. 60. cum seq.
Rescriptum producens videtur omnia in eo contenta approbare, ibid.
Instrumentum præsentans videtur scire, & fateri omnia in eo contenta, ibid. nec talis productio reuocari potest, nu. 61. declara num. 62. ratio num 63. & quid stante clausula, in illis punctis partibus &c. nu. 64 65.
Scripturã præsentans videtur omnia, quæ fuerunt in eo dispositiuè probata approbare, non ad enuntiatiua, & incidenter, nu. 62. ratio, nu seq. & quid stante clausula, in illis punctis, partibus, &c. num. 64. 65.
Scripturam habens penes se, & eam producens, videtur notitiam de contentis in ea habere, maximè si est valida, & non impugnata à parte, nu 63.
Scripturam producens cum clausula in illis partibus, & punctis pro se facientibus &c. quid profit? nu. 64 65.
Scriptura est indiuidua, quæ in totum reprobatur, vel approbatur, ibid.
Instrumentum est indiuiduum, ibid.
Scriptura producta, & reproducta ab altera parte, pro vtraque probat, nu. 65.
Statutum debet in totum produci, & allegari, non in particula, aliter non facit fidem, ibid.
Executoria Regia debent intra annum obtineri, nu. 66 cum seq. aliàs actus est nullus, & infertas ad plura, et si res quæ executoriantur non essent in rerũ natura, num. 69. & quid si esset dispensatu nu. 67. & quãdo currat annus, nu. 68. & solent expediri supracarta, nu. 70 & quid quando est facta concessio non à Rege viuente, n. 71. & seq.
Rex quoties concedit gratiam per verbũ fiat, debet expediri Regium exequatur infra annum, nisi aliter dispensatum esset, nu. 67. & quando annus currat, nu 68. & quod si expediantur supracarta, num. 70. & quid si gratiæ sint concessa non à Rege viuente num. 71. & seq.
Clausula ex certa scientia si non est apposita per Regem in confirmatione, nihil valet confirmatum ibid.
Rex si gratiam concessit, & moritur ante literarum expeditionem, tenetur eius successor literas expediri facere, nu. 72.
Gratia facta per Regem debent esse sigillata, & registrata, & quomodo num. 73.
Priuilegia concessa per Regem debent esse sigillo vallata, & registrata, ibid.
Rescripta debent apparere cum sigillo

& registrata, & quomodo, ibid.

Appellatio admittitur ab executorijs literarum & prouisionum, & similium, num 74.

Executoria non sunt concedenda stante appellatione de medio, ibid.



ESCRIPTORVM materiã latè examinaueram infra in capit. 391. Regis Alph. com. 5. vbi etiam de priuilegijs, prouisionibus, & mãdatis, tam Regijs, quàm etiam Papalibus, quod in specie ad vnguem est approbatum per aliud capitulum eiusdem Regis Alph. 436. in qui-
1 bus disponitur, vt circa prouisiones † Apostolicas, ac Papalia rescripta, & Bulias, ante earũ executionem præsententur Illustrissimo Domino Proregi, & recognoscantur per Spect. Fisci Patronũ, ad hoc vt mox exequutoriæ concedantur, quia si apparet de Regis præiudicio, supersedetur in talium executionibus, vt memini de hoc in capit. 79. nu. 6. Consuet. Panormi, concordat etiã cum capit. siue ordinationibus huiusmet Serenissimi Regis nostri Martini infra cap. 67. in versic. Item statanno attenti, quod est § 6. & cũ §§. cõsecutiuis, 7. 8. & 9. per quos §§. & capitula cũ similibus, stante quòd Reges Gloriosissimi, ac Serenissimi Siciliæ habent Regiam Monarchiam, non procedũt quæ ait Dec in cap. Ecclesiæ Sãctæ Mariæ. n. 185. de Cõstitutionibus, & ibi Dom. Abb. cons 83. relati per Alderanum Mascardo conclus. num. 15. vbi volunt, quòd
2 non valeat † statutum, vt possessio beneficij non aliter capi possit absque licentia Domini temporalis quoad Clericos, vocantq; talia statuta contra libertatem Ecclesiasticam, quinimmo statuentes, & seruari facientes essent excommunicati, quia loquuntur ipsi simpliciter in statutis sic conditis contra Clericos, & Ecclesiasticas personas, de quibus tetigi supra eod. in capit. 15. sub vers. ligare n. 43. cũ seq. Nos vero versamur quia Reges Regni huius habẽt potestatem hoc prohibendi stante Regia prædicta Monarchia à Ss. Pontificibus concessa per satis retro tempora ob ser-
3 uitia præstita, nec ab re, quia † optima ratione, fuit concessum per S. Pontificem, vt scilicet scandala, & pericula etiam Rempublicam tangentia euitentur, vt concludit Angel. cons. 23. Nulla persona &c. vbi appellat hæc statuta commendabilia in Ciuitate Florentiæ, eo quòd fuerint inducta in remedium ad scandala, & dissentiones ciuiles euitandas, per quas de facili poterat contendi ad exitum Reipubl. & ideo habetur in d. §§. superius citatis, vt nec talia rescripta aperiantur, nec dissigillentur, neque per aliquem legantur, nisi prius perueniant in posse Regis, vel eius Proregis, eiusque Consilij, & postea de ordine supradicto fiat id totum, quod ordinabitur, & faciunt de illis mentionem Nostrates Siculi in Allegat. pro Barone Priazi cum Illustriss. Cardinale Alexãdrino. & meminit etiã de hoc Martino Rege, Dom. Antonin. Xibecca Protho honorarius V. I. D. in Compendio ipsius Regiæ Monarchiæ (licet Iuniorem eum appellet) & de Rege Ferdinando Catholico, qui statuerunt, ne sine consensu suorum Proregum exeque-
4 rentur Apostolicæ Bullæ, etiam † præsens literæ citatoriales, compulsoriales, indulgentiæ, excommunicationes dispensationes super matrimonijs, super irregularitate, licentiæ dimittendi habitum, morandi extra monasteria, & aliæ quæuis Bullæ, nec concedantur licentiæ datæ Comitibus Palatinis legitimandi, ratione quia non valet legitimatio facta in loco non subiecto, vel extra iurisdictionem legitimantis, & ita conclusi super Pragmatica vocata de Comitibus Palatinis tomo primo prag-
5 maticarũ, quod Comites Palatini † qui legitimandi potestatem haberent, absq; licentia Regis in terris imperij legitimare non possunt, ex verbis dictæ pragmaticæ, ibi [*haviendosi dadolá dicha executoria limitado á algunos para poder vsar facultad de legitimare*] etiam si esset S. Pontifex, quia non potest hoc facere, vt copiosè scripsit Curt. Senior cõs. 65. col. 19. ait Dom. Iacob. Menocch. cons. 16. num. 23. lib. 1. vbi allegat etiam Dec. cons. 85. nu. 8. Curt. Iun. cons. 136. nu. 6. latius Paris. cons. 1. nu. 121. lib. 1. Alciat. resp. 530. nu. 14. Soccin. Iun. cõs. 100. nu. 25. lib. 1. Rolland. cons. 88. qui omnes allegantur per ipsum Menocch.
6 Nisi † tantum ad ecclesiasticas res, ita in d. pragmatica, ibi [*para las cosas Ecclesiasticas y crear Notarios Apostolicos*] de quibus Notarijs Apostolicis videbimus infra in cap. 158. Regis Serenissimi Alphon. in 2. parte, tom. 5.

Ioann.

Ioann. de Amic. conf. 115. latè Dec. conf. 36. nu. 3. & conf. 42. num. 2. & ibi de ipsis Notarijs Apostolicis, Affl. decis. 245. n. 9. vbi an possint conficere instrumenta de rebus tantum ad Ecclesiam spectantibus, Luc. de Penn. in l. fin. quæst. 4. C. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. qui tenet quòd etiam in prophanis possunt conficere instrumenta Notarij ipsi Apostolici, Affl. vbi suprà, & ibi, an possint conficere testaměta, Capic. decis. 201. Boer. decis. 242. & an probent coram Iudice Ecclesiastico, Thom. Grammat. conf. ciuil. 136. & refert V. I. D. Ioann Grillus in constit. Regni, instrumentorum robur, quòd instrumenta confecta per Notarios Apostolicos probant, & fidem faciunt, & ita inuenisse declaratū, & conuentum inter quemdam Legatum Papæ de latere, & Regem tunc Regni, quòd possit contrahi, & testari cum Notario Apostolico secundum vsum Regni, & ita tenetūt Magni Doctores & sentit Ysern. ibi, Luc. de Penna in d. l. fin. q. 4. Affl. in d. constit. instrumentorum robur, nu. 22. 23. 24. Ideoque Notarij ipsi Apostolici fuerunt creati, vt euitetur fortasse illud dubium, verum Notarius laicus possit conficere instrumenta, in causa matrimonij, & re spirituali, quia realiter potest, maximè de consuetudine quicquid aliàs esset dispositum, idem Affl. in constit. Regni, Baiulos nu. 35. 36. tit. 74. de ferijs lib. 1. & per ea, quæ in d. cap. 258. Regis Alphon. suppleo loco citato, & sentit idem Menocch. vbi supra qui ait quòd quoad reliqua, præter nempe successiones iuris ciuilis, valet, & sic ad dignitates Ecclesiasticas, ad quas potest S. Pontifex reddere hos habiles, ac idoneos; quia nullum affert alteri detrimentum. Rolland. conf. vlt. nu. 46. lib. 2. Alex. & Alij, addo Io. Petr. Surd. conf. 1. nu. 14. & seq. vol. 1. vbi dicit quòd nullus Comes Palatinus potest legitimare in terris Imperij, nec de subditis dicti imperij disponere ex Curt. Senior. conf. 77. col. 28. Iason, conf. 70. vol. 1. cum similibus, idem Rolland. conf. 88. nu. 26. vol. 1. Cephal. Zanch. Neuizan. Soccin. Iun. cum concordantibus per Surdum nu. 12. & prout in d. pragmat. vnica ad-
7 notaui; Vel nisi † ad postulationem partis, vt post Rolland. d. conf. 88. n. 25. vol. 1. Socc. n. Iun. cōf. 63. nu. 5. t. vol. 3. Marsil. Paris. Ruyn Dec. mol. Alex. Tartagni. Anchar. Fulgos. Butr. Signorol. Bald. & Bart. per eos citatos Iacob. de Butr. in Auth. item si quis C. de natur. liber. Salicet in 1. Constit. Codicis no. 8 versic. ex prædictis, Surd. d. conf. 1. n. 75 & seq. vol. 1. Alciat. conf. 254 nu. 10. conf. 201. n. 6. Cassan. conf. 11. nu. 15. Neuizan cōs. 99. nu. 3. & 4. nam potest hoc casu iurisdi-
8 ctio prorogari, & fuit limitatio † quam posui supra in cap. 39 Regis Iacobi in 2. intelligentia versic. sicut nu. 101. cū seq. de l. fin ff. de iurisd. omn. iudic. Hostiens. Præposit. Ant. Rosell. Mart. Laudens. Petr. de Vbald. Paris. Capr. Crot. & alij per eundem Surd. nu. 77. & sic tantum-
9 modo ad sacros † ordines, & spiritualia videmus in Bullis non esse necessarias exequutorias, & ideo nec dicti Notarij Apostolici possunt conficere instrumenta in temporalibus, nisi in spiritualibus ait ipse Xibecca. Ad hanc rationem etiā confert Regia pragmatica 1. tit. 15. de
10 diuers. rescript. tom. 3. vbi † quoties sunt emanatæ literæ Regium Patrimonium tangentes, non possint fieri aliæ literæ supersessoriæ, nec reuocatoriæ earum per Iudices Magnæ Regiæ Curiæ, quia agitur de rebus Regium ipsum Patrimonium, & caussas fiscales tangentibus, facit alia pragmatica 5. tit. de rescriptis, & literis Regium Patrimonium concernentibus tom. 2 vbi quòd concessionum, gratiarum, officiorum, beneficiorum, remissionum &c. nulla executoria expediatur sine appositione manus Spect. Thesaurarij, quia tangitur negotium Patrimonij, & quasi per tot illum titulum, & per tradita in cap. 116. Regis Federici nu 33 supr tom. 2. & in cap. 6. Regis Alph. infra tom. 4. nu. 13. & ibi scripsi de rebus Regij patrimonij; literæ enim supersessoriales tūc operantur, quando iuridicè ordine suo extorarentur prout vidimus infra cap. 42. ampl. 4. ibi, sicut dicimus à simili &c. & quæ subdam inferius in versic. cæterum. Nec mirum quia de iure substen-
11 tantur † dictæ Pragmaticæ, statuta, & ordinationes per ea, quæ tradit Ioann. Dridonius de libert. Christiana cap. 2. fol. 32. lib. 1. quem virum Sacræ Theologiæ professione insignē appellat ipse An-
12 ton. Xibecca in suo compendio, non adhuc impresso, de Regio iure patronat. num. 117. vbi referendo verba dicti Io. Dridonij, dicit aliud esse potestatem secularem absolutè mandare, aut constituere, ne quisquam pareat, aut constituere, ne quisquam pareat literis Apostolicis iustitiam, aut gratiam concernentibus, aut ne exequutioni mandet easdem, aliud vero esse potestatem secu-

larem

larem mandare, aut constituere, vt sine
Regio beneplacito, & examine, nemo
pareat huiusmodi literis, nullusque eas
executioni mandet; Primum enim cũ
sit directè contra libertatem, seu pote-
statem Ecclesiasticam, & eam prorsus
tollere, & extinguere, neque potest fie-
ri absque contemptu Ecclesiasticæ pote
statis, neque potest ex ipsius Pontificis
priuilegio conuenire Regi, aut seculari
potestati; Secundùm autem videtur pos-
se fieri absque contẽptu d. potestatis Ec-
clesiasticæ, & absque iniuria, & odio, seu
præiudicio eiusdẽ Ecclesiasticæ liberta-
tis, ac sanctę Sedis Apostolicæ, vel lite-
rarum eiusdem, potest enim contingere
quòd Princeps quispiam, aut ex priuile-
gio, siue commissione Papę hoc faciat,
sicut inuictissimus Carolus V. Impera-
12 tor † habuit ex priuilegio Synodi, ne
sine suo consensu inuestiretur, vel con-
secraretur Episcopus, aut ea causa ra-
tionabili secundum congruentiam loci,
& temporis ad sic statuendum, atque
mandandum moueatur, propter abusus
tollendos, ne præferantur extranei, mi-
nusque idonei, qui, vel per nimiam im-
portunitatem, falsasque suggestiones
literas Apostolicas impetrassent, vel im
petratis abuti voluissent ad pauperum
oppressiones, qui alioquin sub prætextu
ipsarum literarum Apostolicarum lon-
gis litibus, grauisque sumptibus vexari
possent, non quòd Potestas ipsa secula-
ris velit sibi, aut iudicium ecclesiasti-
cum rerum vsurpare, aut viros idoneos
authoritate Apostolica institutos impe-
dire, aut super illorum idoneitate iudi-
cium sumere, sed quòd ad ædificationẽ
Reipub. statum velit ecclesiasticum pro-
mouere, & per multas alias rationes
quas subdam. Vnde quotidie cernimus
Prælatos, & alios disputare de ipsis man-
datis, rescriptis, ac literis Papæ, quæ
ecclesiastica tangunt negotia, benefi-
ciorum, præbendarum, & dignitatum
collationes, prout habemus infra in d.
cap. 67. d. §. 6. 7. & 9. vbi prohibetur, ne
13 vllus Prælatus † recipiatur in Ecclesia,
etiã Cathedrali vacãte, absque expresso
mandato Regio, cui scribatur, q̃ personæ
concurrant in illis dignitatibus, & tran-
seunt ibi Nostrates (argum. serutinij; de
quo supra in cap. 57. Regis Federici vers.
eodẽ modo tom. 1.) De omnibus quippè
literis, & mãdatis Papæ est quidem præ-
sumendum quòd eis oporteat obedire,
dũmodo constet reuerà eas esse literas
à Sede Apostolica emanatas, subsisten-
tibus etiã rationibus, & caussis, quibus
ipse S. Pontifex verisimiliter motus, in-
ductus est ad præcipiendum, & ob id
subdit Driod. vbi supra quòd non debet
ista præsumptio ita violenta esse, vt non
liceat huiusmodi mandata, etiam veris
simè emanata à S. Sede Apostolica exa-
minare, & inuestigare sollicitè an eis
oporteat obedire, ex supradictis caussis,
& ita eum ad literam refert, & sequi-
tur Didacus Couarr. pract. quæst. cap. 35.
nu. 4. quem adduxi simpliciter eum ci-
tando in d. consuet. 76. nu. 6. addo in ter
minis eundem Prothonotar. Xibecca
vbi supra, qui etiam allegat Petrum
Foller. super constit. capit. post mundi
machinam nu. 103. vbi testatur hoc id-
dem seruari Hispaniæ, Flãdriæ, & Fran
ciæ, atque alibi apud Principes Chri-
stianos, vt refert Couarr. loco citato sub
nu. 3. in fine, versic. primum quod pau-
lò &c. Modern. Parisiens. in regul. Can-
cellar. de infirmis resignantibus n. 139.
Assignant Doctores omnes supraci-
14 tati, etiam rationem ob id esse † vt
quandoque differatur ipsarum literarũ
Apostolicarum executio ex rationa-
bili caussa, vt Maximus Christi Vica-
rius interim certior fiat circa; vel pre-
ces, aut suggestiones falsas, eique por-
rectas, neuè fiat Regiæ Monarchiæ præ
eminentiæ præiudicium, vt circa hoc
particulare concludunt Xibecca, & di-
cti Nostrates in ipso compendio Regiæ
Monarchiæ, & in d. Alleg. Baronis Prí-
zij cũ Illustrissimo, & Reuerendissimo
D. Cardinale Alexandrino, vbi subdũt
plures rationes: nempe respectu præ
uentionis caussarum, vel non extrahen-
dorum Siculorum per ea, quæ videbi-
mus infra in cap. regni 442. Regis
Alph. d. tom. 5. vel respectu omnium iur-
dictionum inter personas Ecclesiasticas,
item respectu d. collationis beneficio-
11 rum, quæ sunt de regio iure patronatus,
vt posui supra cap. proaimon n. 1. cũ seqq.
item respectu spoliorum, vt dispositum
est etiã in cap. 478. eiusdem Regis Alph.
eod. tom. 5. & tradit Roderic. Suarez. Al-
15 leg. 13. n. 4. quòd Serenis. Reges nostri
& Castellæ sunt in possessione circa ali-
quas dignitates, quas S. Pontifex non
potest alijs prouidere, nec conferre, nisi
ad eorum supplicationem, alias dice-
rentur Reges ipsi spoliari; & loquitur
de quadam collatione, siue prouisione
facta per S. Pont. D. Ioanni de Stuniga
Magistro militiæ ordinis de l'alcantara
contra Regis voluntatem, qui elegerat,
&

& fecerat prouisionem in personā Don
Alonsi de Monroy, qui prætendebat se
esse dicti ordinis militiæ Magistrum,
stante Regia prouisione, itaut subdat
ipse Suarez quòd licitè potest Rex suam
possessionem defendere mandando, ne
obediatur alterius iussui, & consequen
ter nec ipse, nec ei obedientes, & adiu-
uantes incurrerent, nec inciderent ex-
communicationem, arg eorum quæ ad-
ducit Abb. in cap. si verò, §. si verò il
primo, & cap. dilecto de sent. excom. in
6. & in cap cum olim, de priuileg. & in
cap. cum nō ab homine de iudic. & ideo
Anton. Xibecca vbi supra in fine subdit
quòd Nuntij, nec Delegati Apostolici,
neque collectores, nec Commissarij Apo
stolici exteri non soleant venire contra
Prælatos, aut Ecclesiasticas personas,
sed Delegationes diriguntur personis
Ecclesiasticis Regnicolis. & prout in d.
c. 442. Regis Alph. scripsi ampliat 9. tit.
de non extrahend caus. Aut etiam, & est
16 alia ratio, respectu subreptionis † mo-
nitorij, v. g. quia non esset facta mentio
S. Pontif. de prouisione aliter facta, &
spectare ad suam Catholicam Maiesta-
tem, vt ait Roderic. Suarez. d. Alleg.
13. nu. 1. per gloss. in cap. super literis de
rescript. cap. cum nostris, de concess.
præb. & ibidem Abb. cum concord. quia
tunc ad exequutionem Bullæ Apostoli-
cæ potest opponi de dicta subreptione;
vt per ipsum Abb. in cap. cæterum de
rescript. & propterea subditur in d. cap.
67. d. §. 9. vbi supra citato, quòd illi de
Consilio stent vigiles, vt si aliquid vrgēs
succederet in Regno, vel extra Regnū,
dent statim Domino Regi, eiusque Lo-
cumtenenti, Viceregi, notitiam.

17 Executoriæ † vero in hoc proposito,
illum operantur effectum, qui colligi-
tur ex d. textu, & rubr. prædicti capituli
393. nempe circa præiudicium, & vt iu-
ra alterius semper sint salua, & illæsa
remaneant per clausulam illam, iuribus
alterius semper saluis, de qua multa re-
cordor posuisse supra in cap. volentes,
quod est cap. 28. Regis Federici in vlti-
mā parte textus, n. 477. & seqq. tom. 2. de
quibus exequtorijs soluitur ius laboris
Secretarijs, alijsq; officialibus, ad quos
spectat, de quo dicam infra in cap. 60.
Regis incliti Ioannis tom. 6. non obstan-
te quòd illud capit. loqui videatur de
rescriptis, siue beneficijs impetratis à
Rege, & vide ibidem in versic. noto ex
isto capitulo &c.

18 Cæterum in pragmaticis † & legibus
Regijs non est necessarium concedere
executorias, sed tantum sufficit eas re-
gistrare in registris Conseruatoris, ita
habetur in pragmat. 2. post principium
ibi, sed quia, in tit. de offic. Proregis
tom. 1. pragmaticarum, & tetigi supe-
rius propè principium, vbi adduxi d.
cap. 67. §. item staranno attenti infra
eod. dummodo tamen tales prouisiones
essent emanatæ à Regia Curia cum om-
nibus sollemnitatibus, aliàs nec exequi
possent, & quòd essent patentes, vt dis-
ponitur in alia pragmat. 2. tit. 15. de di
uersis rescript. d. tom. 1. & concordat
cum d. cap. 393. Regis Alph. in fine, ibi,
senza la soscrittione, præter id, quod
excipitur in d. pragmatica, & hoc infra
annū per ea, quæ dicemus infra in cap.
59. Regis incliti Ioannis vbi rescripta,
& mandata Regia, siuè viceregia infra
annum vim habent secundum aliquos,
quod an sit verum, ibi explanabo in
vers. exceptuat tamen cum vers. subse-
quentibus, d. tom. 6.

Et quoniam ponuntur per ordinem
in d. cap. 393. Regis Alph. quatuor dicta
Capio Primum, nempe circa priuilegia
19 v. g. quo ad gratias † quæ debent appa-
rere, & constare per priuilegium, & sic
scriptura exigatur, licet non circa essen-
tiam, saltim adesse ex his, quæ dixi su-
pra eod. in cap. 1. versic. at quia num. 64.
& in conclusione ad Capitula Regis Ia-
cobi sub vers. illud vero, tom. 1.

20 Secundum est circa rescripta † vt in
d. cap. 393. habetur, quæ de iure com-
muni loquendo, vt ait Letus super Ad-
notationib. ad rit. cap. 96. poterant præ-
sentari dum durat concedentis vita ex
Bart. in l. falsum C. de diuers. rescript.
quorum rescriptorum natura est, vt re-
gulentur secundum intentionem ipsius
Principis concedentis, vt colligitur per
text. in l. ex facto, ibi, beneficia quidem,
ff. de vulgar. & pupill. Dec. cons. 33. num.
4. in fine, ibi, vt quemadmodum iure ci-
uili, cuius intentioni natura talis præ-
sumitur, qualis est legis scriptæ, & na-
turalis rationis, idem Dec. num. 5. vnde
21 hac occasione dicitur quòd † rescriptum
Principis reducitur quantum fieri po-
test ad ius commune, vt ibidem, nu. 5.
& per Marin. Frecc. de subfeudis in 46.
authoritate, nu. 7. & libr. 2. vers. quis di-
catur Baro, nu. 5. dicit quod verba Prin-
cipis interpetrantur secundum Consue-
tudinem ipsius, arg. l. vel vniuersorum
ff. de pignor. act. l. qui semisses ff. de vsur.
cuiusque consuetudo, semper est spectan-
da

da in Principis voluntate, vt dicit idem d.tit.de subfeud. quæst. 3.cod.lib.2.quæ regulatur secundum testatoris voluntatem, Affl.decis.44.nu.10. & decis. 162. nu.27.cum similibus.

Tertium est dispositum in d.cap. 393. circa prouisiones Regias, ac Viceregias, quas possumus etiam applicare præsertim ad illas prouisiones, quæ ordinariè fiunt ab Illustrissimis Proregibus, tum ex relationibus in causis fiscalibus, tum ad relationes Secretariorum, vt puta si super memorialibus illis por-
22 rectis dictum, ac prouisum esset † si ita est fiat, & hoc casu, secundum aliquos si Princeps super petitis sic concesserit, gratia non est condicionalis, nec suspenditur iurisdictio, sed tantum exercitium, vt per Io.Franc. de Ripa in cap. ex parte nu. 28.de rescript.& consequenter prouisio, gratia, & decretatio est perfecta ex dicto solo verbo, fiat, vt per Bal. in l. fin. in princ. C.de comm. seru.manum & in l fin.col.2. C.Senten. resc. non poss.& in l humanum in fine C.de legib. Dec cons.75.colum.7. & per ea, quæ ait Joann.Calder. in cap. quisquis de elect. Affl.&.decis.253.sub num 6. & ibi Vrsil. & Thom Gramatic. Est verum quòd om-
23 nes† qualitates expressas debeat supplicans probare, & demonstrare, vt tenuit ipse Rip.respons 177.& possumus inferre ad eam decretatam factam per Principem, dum circa supplicata ad instantiam creditorum insistentium, vt eorum debitores capiantur etiam diebus festiuis, & feriatis, vel in quacumque hora vt scripsi in Consuet.Panhor.cap.71.nu. 19.20.21.& in cap.9.Regis Iacobi num.
24 59.tom. 1. decretant † si latitant, capiantur in diebus festiuis, & feriatis, & prout petitur, num solemus saltim oretenus informari per testes, vel relationes porteriorum de tali latitantia, & sic illa conditio, & qualitas per Principem apposita probari, demonstrari, & verificari prius debet, & per ea, quæ tradit Iason in l.certum est, num. fin. C. vnde legit. vbi subdit citandos esse etiam illos, de quorum agitur præiudicio.& per consequens, si non suspenditur ipsa iurisdio, & tetigimus, sequitur vt dicamus vt princeps tribuisse ipsammet iurisdictionem intelligitur, sicuti quando
25 v.g.prouiderit, talis audiat † cognoscat, nam ex hoc tribuit iurisdictionem delegato per huiuscemodi prouisionem ita post Rot.decis.6.de rescript. & decis. 9. ait Ludouic.Sacca cons.2. num. 51. post gloss. in §. audient, Auth. de defensor. Ciuit. Celsus Hugo.in tract. clausul. nu. 87. Mandos. Berous, Abb. de quib. per eundem Sacca vbi supra. Et consequen-
26 ter debent † expediri litteræ de Cancellaria, siue de Secretaria de huiuscemodi prouisionibus cum Regio exequatur, vt demostrant DD. in l. Bene à Zenone, vbi Bald. in 2.lect.C.de quadr.præscript.& per Cardinal Florentin.in proœm. Clement.§ nec sanè, & in Clemen. 1.§.1.quæst.2.de priuileg.idem Bald.in l.si qua per calumniam C.de Episcop. & Cleric.& in d.l.humanum: & hoc in illis gratijs, siue prouisionibus, in quibus à communiter accidentibus, requirerentur scripturæ, siue priuilegia, nam sunt
27 nonnullæ † quæ, eo ipso quòd concessæ sunt, perfectæ sunt absque aliqua executoria, quæ fundatur, & stat super scriptura, per ea, quæ tradit ipse Affl.d.d. decis.253 qui infert ad gratiam Pontificalem, & Papale, ac Apostolicum priuilegium, quod valet, esto quòd scriptura non appareat vt subdam nunc, dummodo constet de eâ ex Ioan.Andr. in clem. dudum.§ nos etenim de sepultur.Innoc. in cap.constitutus de rescript. & notauit ad l.mandatum C.mandati gloss.in cap. institutionis 24 quæst.2. vbi quod Princeps sine scripto dat priuilegiũ, & alias dixi quòd solo verbo perficitur gratia Regis, vt in cap.38.Regis Alph.sub nu. 4.tom 4 & infert ipse Affl vbi supra ad assensum Regis, qui dummodo probetur valet, nõ obstante signatura non apparente, sic infert etiam nu.5. ad Indul-
28 gentiam † illam toto mundo notoriè apud fideles calendis Augusti proclamatam concessam Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum, & Beato Francisco de Assisio, & Ecclesiæ B. Dominici de Perusio, quam nos vocamus Portiunculam, nam sufficit, & valet, licet priuilegium non appareat in scriptis, Clement.1.de Sepult.arg.eorum, quæ adducit Angel. in l.1.in fin.C.sent.passis, vbi videtur casus, quòd priuilegium principis non est semper necesse vt redigatur in scripturam, vt tetigi modo ¶ Sic etiam inferre possumus ad eam commissionem
29 per Principem factam decretatã, † quòd omnes Iudices talis Tribunalis expediant, vel vnus ex illis, quod est quando dicit vnus Iudicum prouideat, est verum quòd tunc facienda est discussio ad effectum si omnes haberi possunt, alias vnus faciat, ita Bart.in l.si fundum §.his verbis ff. de legat. 1. ¶ Sic quando est com-

30 cōmissum negotiū † per Suā Excellētiā,
& Principē, attēta realitate negotij (vel
similiter, vbi sūt acta, & apodixæ, vt sub-
dā in seq. versic. nu. 34.) nā quo ad primā
decretatā tunc dicitur commissio facta,
quādo cōmittitur alicui id, quod non est
de iurisdictione illius cui cōmittitur vi-
de pulchre Affl. in cōst. Regni, Iustitia-
rij nomen in gloss. in verbo, commissæ
tit. 44. de offic. Iustitiariatus, lib. 1. & ar-
gumento eorum, quæ posui ad Ritum
cap. 99. num. 13 tom. 4. vbi loquutus fui
de caussis summariè cōmissis per Prin-
cipem, qui quando decretauit prædic-
31 to modo, attenta realitate negotij † tunc
Iudex non potest amplius cognoscere
super pacto de non opponendo in con-
tractu apposito, vt de nostratibus ait
magnus ille Doctor Octauius Corset-
tus in suo repertorio in verbo Princeps
vbi remittit se ad cartulas, & allegatio-
nes pro Ascanio Agnello contra Troia-
num de Afflicto, & per talem prouisio-
nem videtur sublatus rigor, dictumque
de non opponendo pactum, quod face-
re potest Princeps, per capit. studuisti
de offic. delegat. & ibi Bald. & Affl. de-
cis. 128. Menocch. de arbitrar. iudic. q.
32 52. & quando prouisio est † dubia debet
consultari cum Principe, non cum alio.
Berous, & Dec. in cap. cum venissent de
iudic. cap. ordinarij, §. si vero, de offic.
ordinar. Bart. & alij in l. ex facto, ff. de
vulgar & pupill. sicut memini legisse de
33 statuto † quod quoties dubiū est, debet
per ipsum Principem interpetrari, & cū
eo consuli (argumento eorum, quæ dixi
de consultatione cum Principe facienda
supra in cap. 540. Regis Alph. versic. &
datur modus, tom. 5.) Bart. & Bald. in
l. omni C. de sacros. Eccles. & in d. l. ex fa
cto, vbi Angel. & Imol. & in l. omnes po-
puli ff. de iust. & iur. Barthol. Capoll. in
rubr. de verb. signif. par. vlt. versic. quæ-
ro quarto, Bald. in l. postquam col. 2. C.
de pact. & ita post Andr. Barbat. Franc.
de Aret. Alex. & alios testatur Io. Ber-
tacchin. in verbo, statutum fol. 103. col.
4. isque dandus est intellectus, quemad-
modum darent statuentes ex gloss. &
DD. in l. tale, §. fin. ff. de pactis, nempe
secundum præsumptam mentem statu-
entium ex qua Bald. in l. nulli C. de sen-
tent. in fine. Iddemque quando ipse Prin-
34 ceps † decretauerit, attenta realitate
negotij vbi sunt acta, & apodixæ, vt teti-
gi paulo superius in antecedenti versi-
culo num. 30. prout paucis abhinc annis
vidimus tales prouisiones, nam rigor
adhuc pacti prædicti de non opponendo
est sublatus, est verū quod hæc prouisio
solet declarari per Illustrissimos Pro-
reges, nempe, vbi sunt acta, & apodixæ
solutionum, & sic intelligunt ipsi Domi-
ni Proreges, prout pluries vidi tales de-
cretationes ex Secretaria maximè fac-
tas Ann. 1615. exhibitas coram Tribu-
nali huius Senatus Panhormitani ¶ Sic
35 etiam si prouiderit Princeps † quando
ab eo petitur dilatio, quòd Magna Cu-
ria, vel Curia Prætoriana, vel similiter
talis, vel vnus Iudex prouideat oppor-
tunè, nam intelligitur, vt quilibet Iudex
possit concedere dilationem mensium
quatuor, exceptis casibus, ne sit debitū
iuxta formā Bullæ, in seruitijs persona-
libus, loherio domus, vel ne habuerint
aliā dilationē debitores, & ne sint ditio-
res creditoribus, nec sit pro ratho, aut
non sit contra fideiussores soluētes vide
actū Excellentiæ Suæ Ann. 1526. 16. Iu
nij 14. Indic. & ita in dies videmus, quòd
solent dicere Domini Proreges habeat
dies octo, quindecim, vel totidē, dūmodo
alios non habuerit, vel præter ratū, & si-
militer. ¶ Et si fortasse, prout realiter vt
36 plurimū in dies videmus, Princeps † fac-
tam prius primam commissionem ali-
cui Iudici, reuocasset de facto & alteri cō-
misisset, eique non fuerit v. g. de pro-
cessu agitato vsque ad sententiam ex-
clusiuè narratum, ac de citatione facta
ad audiendum sententiam, talis reuo-
catio videtur subreptitia, & non valet
noua commissio, nisi expressè deroge-
tur primæ cōmissioni in caussa, ita post
Philipp. Franch. de Perusio in cap. vt no-
strū, col. 4. de appella. Canonistæ, & Abb.
in cap. cæterū de rescript. Dec. cōs. 295.
col. 3. in fine: Reliquas vero decretatio-
nes, quas Principes solēt facere, nolo hic
trāscribere, recordor partim posuisse in
cōmentarijs Cōsuetudinū Panormi, præ-
sertim in cap. 3. prope finē n. 87. vbi men
tionē facio de illa ordinaria decretatio-
37 netquam solent facere Illustrissimi Pro-
reges, nempe Magna Curia prouideat
de Iustitia, vel vnus Iudicum, siue talis
& iddē si decretatum fuerit, quod iustū
fuerit, decernatur, vt ait post Dom. in c.
quoniā §. notab. de imm. eccle. in 6. Ang.
in Auth. de hæred. & falcid. §. exhæreda-
tos Dec. cōs. 233. viso tenore, col. 1. & par-
tim super Ritu tom. 4. & aliquas super
tomis iam impressis, ibi videte, & data
occasione dante Domino aliàs dicemus
nonnulla, & transeo ad alia.

Vltimum in ordine positum in d. cap.

391. Regis Alph. est circa mandata Regia quæ similiter debent obediri, vt ibi, nec contemni, aliter cadit punitio (ex his quæ late posui supra in cap. 23. Regis Federici sub vers. ita legitur, vbi posui de materia contemptus ipsorum mandatorum, & in cap. 116. eiusdem Regis versic. in primis tom. 2.

38 Amplia primo † vt non facta supradicta executoria per Præsidentem, siue Vicecancellarium, prout etiam in alio capit. 194. eiusdem Regis Alph. aut Fisci Patronum Consilij Regij Patrimonij, nec Dominus Viceregs possit dicta mandata, priuilegia, rescripta, &c. exequi, ita in fine d. textus 393. habes, & similem contextum in d. cap. 436. eodem tom. 3.

39 Ampliare possum secundo † dictum cap. 391 cum similibus, etiam procedere, maximè quando talia rescripta, priuilegia, prouisiones, & mandata forent relatiua concessa per Principem, quia nihilominus subaudiuntur, saluis iuribus alterius, vt subdam inferius declaratione prima. num. 44. & tanto magis quando relatum non apparet, quia esset dubium an tales concessiones relatiuæ valerent, vt dixi supra in cap. 44. Regis Iacobi tom 1. ex Pern. in tractat. de Rege, & Regina col. 5. per Auth. Si quis in aliquo C. de edend. licet reuera hoc casu valent, etenim, etsi fabricator instrumenti, de quo loquitur d. Authentica, non habeat potestatem aliquem obligandi, nisi quatenus contrahentium consensus interueniat, & sic relatum appareat, attamen in Principe † & Rege,

40 & absoluto, qui habet potestatem condendi legem, & si non appareat relatum ad quod facit relationem, videtur attamen saltim de nouo concedere, ac disponere, dat rationem, quia tam hoc, quam illud potest dici authenticum, & originale, ex quo absque, eademque potestate vtrumque dependeat, licet id, ad quod refertur non appareat, nisi dicamus cum eodem Gugliel. de Pern. quod

41 dicta authentica † si quis in aliquo, verificatur etiam isto casu, dupplici ex capite; Primo quia non relatum, sed eius exemplum produceretur, & consequenter in his Regis concessionibus esset necesse apparere de relato, & quamuis litera Regia relatiua disponat, nihilominus eius exemplum productum non videtur disponere. Secundo quia in prima iam scitur quod adest subscriptio Regis, sigillum, & similia, quo casu, si producitur exemplum, careret huiusmodi sollennitatibus, & per consequentiam non probaret, nec fidem faceret, quoniam rescripta Principis non possunt exemplari, ratione quia in exemplis non continuatur subscriptio, & hoc fore vtimur, subdit ipse Pernus in d. cons. 23. per gloss. in l. probatorias C. de diuers. rescript. lib. 12. & istud est, quod volunt dicere Nostri Doctores, quod relato nō apparente valet referens, ideoque subdunt ipsi, quod si actor referat se ad instrumentum, in quo tamen nihil reperiatur, si tamē probat per alia iura probationes, debet obtinere, non obstante relatione instrumenti, in quo nihil reperiatur, vt posui in d. cap. 44. Regis

42 Iacobi. Sicuti videmus, † quod quoties ille, qui facit relationem, posset iterum principaliter disponere, statur eius assertioni, esto quod relatum non appareret, & nihilominus cum toto hoc referens est in relato, ita post Bald. in d. Auth. Si quis in aliquo col. 2. & ibi Dec. col. pen. Beroum conf. 198. nu. 23. vol. 1. Menoch. conf. 96. nu. 42. Roman. Iason. Bellon. Rip. Crauett. Decil. Pedamont. & aliis, Dominus Surdus cons. 241. col. 3. & seq. vol. 2. vbi ponit exemplum de eo, qui in testamento confirmat donationem certæ rei, esto quod donatio non appareret, sic de testatore legante debitum, nam valet legatum, esto quod contractus nō appareat, per l. si donatio C. de donation. & ibi Bald. & cons. 418. vol. 5. Iason. in l. admonendi, nu. 41. ff. de iureiur. & ibi 10. Franc. Ripa, num. 35. Dec. cons. 63. Simon de Pretis cum similibus per ipsum Surd. qui subdit alias plures illationes, Sed quid si in exemplo prædicto diceretur, visis de his omnibus, & contentis in litera, &c. an sufficeret? vide eundem Pern. d. cons. 23. in fine.

43 Declara primo † vt intelligi debeant supradicto modo, saluis iuribus alterius, vt tetigi superius in præcedenti ampl. 2. nu. 40. & consequenter, auditis partibus, cap. 7. Regis Caroli, vbi tangam infra tom. 8. neque citatio reponitur necessaria, alias rescripta, & similia sunt nulla, vt videntur voluisse Alex. cons. 63. nu. 12. 13. lib. 2. DD. in l. fin. C. de legibus, Soccin. Iun. cons. 13. num. 37. & seq. vol. 1. Grammat. decis. 107. nu. 4. 5. Ludouic. Roman. cons. 487. maximè

44 quando adessent comparæ † Est verum quod quando non reperirentur tales comparæ, solet in praxi seruari quod exequatur absque citatione, vt de Nostra-

ttibus

tibus scripsit Dominus Don Ant. de Bo-
nona in consilio pro eius Matre contra
Andream Salazar versic. nam respon-
detur, cui addo in materia emparæ,
quæ scripsi infra in cap 378. Regis Se-
renissimi Alph. versic. infertur 2. tom. 5.
ex Cumia remissiuè in sua practica post
Ritum fol. 5. col. 2. prope finem, quãuis
nõ alleget, qui loquens in proposito
46 emparæ, ait † quòd si sigilla emparata
reperiuntur, opus est vt pars citetur ad
disparandum, quæ emparæ non fiunt,
nisi pro literis partium; non autem pro
literis Fisci, quia in ipso non cadit em-
para, vide Pragmaticam 3. §. 2. tit. de
offic. Aduocati, Procur. & Sollicit. Fis-
calis, de quibus emparis sentijt aliud
capitulum Regni, quod est comproba-
tum, & insertum cum toto eius tenore
in alia Pragmat. 5. tit. 15. de diuers. re-
47 script. tom. 1. vbi præcipitur † quòd
quoties adest empara, nulla prouisio
expediatur secretè, nisi agatur super
captura alicuius personæ suspectæ de
fuga, vel in caussis Patrimonialibus, &
in criminalibus, vbi non proceditur per
termini dationem, quia illi casus sunt
exclusi per dictum capit. Regni inser-
tum in supradicta pragmatica. De qui-
48 bus emparis † sentitur etiam expressè in
cap. 304. eiusdem Regis Alph. eod. tom. 5.
vbi quòd non possunt fieri in supremo
Concilio, & sic in Curia Regia circa
prouisiones, & rescripta Siculorum, nisi
per Præsidentem Consilij, aut Vicecan-
cellarium, & ita etiam non obstantibus
supradictis doctrinis determinat Ce-
phal. cons. 439. nu 1. 46. 47. 48. 49. libr. 3.
49 qui ait quòd ea † quæ exeunt a Princi-
pe ex mera gratia, non indigent citatio-
ne, & ita esse stylum Curiæ, vt post Ab-
bat. in capit. cum olim de re iudic. Dec.
cons. 390. num. 15. Bald. & Alex. & alios
50 ait ipse etiam Surd. Est verum † quòd de
iure Regni habemus, vt circa Regium,
vel Viceregium exequatur in Regijs
prouisionibus, & rescriptis debeãt par-
tes citari, sicut etiam est dispositum per
capit. 476. eiusdem Regis Alph. d. tom.
5. cum similibus; & sic circa prædictum
præiudicium, & ius partium illæsum, ac
saluum, non intelligitur Princeps infer-
re præiudicium, & ita etiam habes com-
probatum infra in cap. 436. eiusdem Re-
gis Alph. eod. tom. 5. Immo adsunt in
51 Italia † statuta, & decreta, quibus ca-
uetur, vt omnis concessio, & priuile-
gium tollens ius tertij, sit nullum, vt ait
Curt. Iunior cons. 10. sub num. 32. nisi
fiat in specie derogatio per Principem
qui potest ex his, quæ dicam infra eod.
in puncto in capit. 29. & ibi Boniorn.
ex Baldo in cap. quamquam de rescript.
subdens ipse Boniorn. hoc esse etiam de
iure communi, Pern. in d. cap. 29 Neui-
san. cons. 12. col. 24. & 25. inter consilia
Albert. Bruni inserti in tit. quæ sint re-
galia, versic. bona comm. tenentium col.
5. & in cap. si facta n. 30. si de feud. fuer.
controuers. Grammat. dec. 66. Ioann.
Aloys. de Septimo in d. cap. volentes nu.
266. idem Pern. cons. 3. num. 4. & per d.
capit. 29. infra eod. declaratur quòd
52 omnia † & singula priuilegia, cuiuscum-
que gratiæ, & concessionis, sint, intelli-
guntur, iuribus alterius semper saluis,
& sic fiant sub debita forma, & antiqua,
& ibi Fimia ex Pern. d. cons. 3. in fine,
Dec. cons. 11. col. 3. qui ponunt multa de
hac clausula, aliterquè factæ sint nullæ,
& iterum in alio cap. 42. sive Pragma-
tica, infra eod. vbi ordinatur quòd pri-
uilegia, & prouisiones in Cancellarijs
Regijs, fiant iuxta formam antiquam,
& debitam tempore Regis Federici, se-
cundum quam ordinentur, vt ibi habes,
& Iudices teneantur iudicare cum dicta
clausula, vt indies præsẽtamus rescripta
hoc modo, præsententur, vt exequantur
saluis priuilegijs vrbium, faciunt ad
propositum quæ dixi supra in cap. 28.
quod est d. capitulum volentes dicti
Regis Federici sub versic. ex vltima
parte nu. 477. & seqq. tom. 2.
Declara secũdo quo ad ipsa rescripta,
53 scilicet † ne sint contraria, quia iam est
ordinatum hic ne super eodem negotio
exeant de Camera Regali bina, vel plu-
ra rescripta contraria, ratio euidentis-
sima est de iure, quia in l. 1 C. de furtis,
vbi adnotaui, dispositũ habemus, quòd
allegans contraria non est audiendus,
intantum, vt ibidem scripserim, illam le-
gem procedere, vt neque possit audiri
allegans id, cuius contrarium non esset
postulaturus, ita collegi ex Bartol. in l.
si pignore §. si creditor ff. de pignorat.
action. Est verum quod patitur multas
fallentias d. l. 1. quas ibidẽ per Iasonem
videas, vbi licet regulariter allegans
54 contraria non est audiendus † non ta-
men semper est verum vt ibi per eum.
Sicut in diuersis libellis, & instantijs li-
citum est allegare contraria post text.
& ibi idem Iason in l. rum qui C. de in-
offic. testam. in princ. & in l. qui Romæ
§. seia col. 2. in princ. ff. de verbor. obli-
gation. pulchrè Bart. in l. Papinianus §.

R 2 sed

ſed nec impuberis nu.2.ff de inoffic. te-
ſtam. vbi ait eſſe verum in diuerſis per-
ſonis, & in eiſdem, quando in prima in-
ſtãtia ſuccubuit alter. Sicut in aduocãte
55 in caſu dubio † licet allegare contraria
Carrocc. de locat. & conduct. in tit. de
fructib. & lit. expenſis, nu.76. Prout quo
56 † ad natiuitatem actionum, etiam con-
trariarũ, quia non impeditur allegari
contraria, ſed quoad exercitium ſic, vt
per Bartol. in l. ſi ſeruus ff. commod. Et
57 maximè in reo † qui poteſt plures ex-
ceptiones, etiam contrarias allegare ex
Affl decis.134. Quædam nu. 3. per text.
in cap. nullus pluribus de Regul. iur. in
6. Sicut in propoſito concludo quòd ſi
58 v.g duo reſcripta † concurrunt, atten-
ditur illud, quod eſt magis ſpeciale,
prout de duobus priuilegijs, ita tradit
Iacob. Menocch. conſ.36.nu.9 lib. 1. poſt
Dec. in cap. 1.nu.7. de Reſcript. vbi Ripa
nu 65 67. Berous, n.49. idem Dec. conſ.
147. col. pen. Iaſon. conſ. 12.nu. 13. lib.3.
cum concordantibus. Ruyn. conſ. 163.
59 num. 14. vol.5 & vno † ſublato alterum
adhuc ſupereſt, vt dicimus de dupplici
vinculo per ſe diuiſim alteri efficaciter
obligatus eſt, l. ſi dominus ff. de ſeruit.
vrban. prædior. Oldrad. conſ.268.nu.2.
Rebuff in tract. de decimis quæſt. 13.
Felin. Suarez. Cotta Dec. Alb & Didac.
Couarr. quos refert, & ſequitur idem
Menocch. loco citato, nu 36.

Declara tertio, vt taliter producens
60 † ſiue præſentans priuilegium, reſcrip-
tum, vel quid ſimile, videatur omnia
contenta in illis fateri, ſicut dicimus de
instrumenti præſentatione, quia vide-
tur omnia in eo fateri, & ſcire, Angel.
Barr. Caſtrenſ. Alex. Crauett. Cephal.
Menocch, Boccius, & Burſatt citati per
Surd conſ 88 nu, 12. lib.1. ſicut de pro-
ducente ſententiam, poſt Bart. Bald. Be-
roum, Boer. Pariſ, Modern. Pariſienſ,
Crauett, Natt, Albam, Rolland, Dec, Pe-
damont. deciſ. idem Surd. conſ 99, n.36,
eod. lib.1. idem Surd. conſ.60 nu.11. eod.
vol.1, Affl. & Grammat. ad eum deciſ.
61 14. nu. 6. intantum vt talis † productio
reuocari non poſſit, Roman. conſ. 433.
Guid. Papæ deciſ.133. & deciſ.143. Aym.
Crauett. de antiquit. tempor. part. 1.§.
quæritur (benè quidem quòd tunc pro-
ducens ſcripturam cenſeatur approba-
62 re omnia contenta in ea, nempe quo ad
illa, quæ fuerunt diſpoſitiuè prolata, nõ
quoad ea, quæ enunciatiuè, & inciden-
ter, Bald. in cap. cum venerabilis de reſ-
cript. Alex. conſ.16. col.4. lib. 5. Ioſeph

Ludouic. deciſ.19.nu.25. multa cumulat
Io. Franc. de Ponte in d. conſ.2. à nu. 23.
cum plurib. ſeq. fol. 152) & ratio eſt, quia
63 qui habet ſcripturam penes ſe † præſu-
mitur habere notitiam de contentis in
eadem, l. non eſt ferendus, & ibi Bald.
ff. de tranſact. qua de cauſa, eam ſcrip-
turam producendo, videtur fateri con-
tenta, & hoc quando ſcriptura eſſet va-
lida, vt ait idem Affl. & Grammat. ad
eum deciſ.13. vel quando dicta ſcriptu-
ra non eſſet impugnata, ſed acceptata
per partẽ aduerſam, vt ait Franc. Marc.
deciſ. nu 46. part. 1. faciunt notata per
Bartol. in l. poſt legatum ff. de his, quib.
vt indign. Imola, & Bald cap. cũ venera-
bilis n.35. de except. latè Alex. cõſ.108.
n.5. vol.5. & hoc non obſtante illa clau-
ſula, ſiue cautela, qua vtuntur Cauſidi-
64 ci producentes ſcripturas † in illis par-
tibus, punctis, & lineis, quæ pro ſe face-
rent, & non aliter, quia, vt dixi in Con-
ſuet. Panormi capit. 66.nu 32. & in cap.
36. verſic. pro complemento, ſcriptura
eſt indiuidua, quæ in totum vel debet
approbari, vel reprobari, vide quos plu-
res cumulat Ioſeph Ludouic. d deciſ. 19.
Fuit, nu.26 & nu. ſeq. vbi docet de com.
* opinione, dicẽs quòd ſi forſan nõ adeſ-
ſet talis proteſtatio, valet talis clauſula,
& loquitur per verbum, forſan, addo de
Noſtratibus V.I.D. Don Gilibertum de
Bononia in Allegatione pro Sigiſmun-
do, & Hieronima de Platamone, quam-
uis tenera hodie ſic inoleuiſſe videtur
ſtilus, vide Boer. deciſ.243. lib. 2. Addi-
tio ad conſilium Signoroli poſitum in
Conſuet. Bituric. fol.75. ſed quòd immo
talis proteſtatio, ſeu clauſula minus re-
leuet, nec poteſt opponens de ea ſe læ-
tari, nec ſuper ea fundare aliquo modo,
voluit Bald. in l.1. C. vt quæ deſunt ad-
uocat. & in cap. præſentium col. 2. extr.
de teſtib. & hanc eſſe veriorem *opinio-
nem tradit poſt Iaſon. Paul. de Caſtr.
Crauett. Roman. Mandoſ. Marcus An-
ton. de Amatis deciſ.1. ſub nu.49. Angel.
in l appellanti ff de appellat. Roman. d.
conſ.433. cum ſimilibus per Viuium de-
ciſ 438, nu. 3. lib.3. maximè, vt ipſe ſub-
65 dit † quando eadem ſcriptura reprodu-
ceretur ab altera contraria parte, tunc
namque pro vtraque parte probaret in
totum ſine ſcrupulo, argumento ſtatuti,
quod debet in iudicio allegari, & pro-
duci intotum, non in particula tantum
vt effectum habeat, vt per Bartol. in l.
omnes populi quæſt.7. princip. col. vlt.
verſic. quæro quid ſi in aliqua Ciuitate
ff. de

ff. de iustit. & iur. & in l. inciuile ff. de legib. & in l. praescriptione col. vlt. C. si contra ius, vel vtil. publ. vbi dicit quod debet allegari, & produci, sicut instrumentum, & consequenter non faceret fidem dicta particula statuti, prout subdit ipse Bart. vbi supra, & in l. 1. § fin. ff. de edend. Alex. & alij, de quib. per Io. Bertacchin. in verbo statutum fol. meo 109. col. 4.

66 Declara quarto † vt Regium istud Exequatur debeat obtineri infra annũ, ita dicit in indiuiduo Dom. Io. Francisc. de Ponte in d. conf. 2. sub num. 108. vbi subdit quòd debet in tempore peti, & iddem ait in conf. 3. nu. 16. ex quadam Pragmatica Neapoli edita Ann. 1558. & conf. 5. nu. 32. vbi quòd aliàs non facta executoria infra dictum annum, actus esset nullus (subdam inferius) à nu. 44. vsque ad nu. 54. ex Affl. decis. 315. num. 55 (argu. eorum, quae dicam infra in d. cap. 59 Regis incliti Ioannis de bannis, & pragmaticis infra annum vim habentibus) & quomodo tom. 6. & quoties Rex

67 † concedit gratiam per verbum fiat, debere expediri dictum Regium exequatur infra dictum tempus, etenim ne dum Rex videtur prospexisse partibus, sed sibi, ita ipse de Ponte num. 65. 68. & seq. nisi ex dispensatione aliter obtemprum esset, vt subdit idem locis citatis, & est prima fallentia, nam tunc posset executoriari etiam post annum facta mentione dicti lapsus, intelligendo de dispensatione facienda per ipsummet Regem, aliter Collaterale non posset dispensare, quia esset renocare, & reuidere quod Rex ipse fecit, bencucrum quòd in hoc de dispensatione puto quòd Prorex posset dispensare ex his, quae tradidi in prooemio Capitulorum Regis Iacobi sub versic. ex causa, nu. 51. cum plurib. sequentibus Tom. 1. & infra in cap. 418. Regis Aloh in versic. cum ergo, d. tom.

68 5. qui annus † secundum dictam Pragmaticam currebat à die datae priuilegij & prouisionis, vt ibidem per ipsum à Ponte, aliter executoriae, vt tetigi, essent nullae argumento eorum, quae disponuntur per iura communia, vt scilicet quãdo lex requirit sollemnitatẽ aliquã in actu iã in esse deducto, illudque, quod requirit, esset cum temporis praefinitione, vtique communiter concluditur quòd ex lapsu temporis ille actus remanet nullus, cum fit pro forma, vt ipse de Ponte subdit num. 17. ex Angel. cons. 36. Iason. & alijs in l. vniuersa C. de precib. Imper. offerend post Paris. & Felin. in cap. quoniam frequenter, vt lit. non cõtest. maximè quando lex vlterius procederet annullando, si aliter fieret, vt tangam modo; prout scripsi infra in capit. 264. versic. tertio colligo, eiusdem Regis Alph. eod. tom. 5. vbi loquor de registratione actorum infra certum terminum: sicut etaliter versamur in terminis cap. 61. Regis Catholici Ferdinandi, vbi circa donationes, quae non registrantur in termino, aliter sint nullae, vt modo tetigi vlterius annullando, & ibidem ponam ampl. 10. tom. 7. sic dixi in d. tom. 5. in cap. 45. ampl. 5. circa inuestituram petendam infra annũ, ergo secus vbi aliter lex non disponit nec progreditur; prout de seruitio militari non praestito scripsi supra in cap. 29. Regis Federici versi. declara, nu. 12. tom. 2. sed non affirmo, subdens ipse Io. Franc. de Ponte in d. conf. 3. num. 26. &

69 seq. quòd ex quo † elapso tempore istae executoriae non valent, perinde iudicare debemus ac si nunquam fuissent, illaeres, quae executi ntur, in ierum natura, vt post Affl Andr. & Aluarott. in cap. si quis fecerit, quo tempor. miles. & paria sunt non expedire, & inutiliter expedire per text. & ibi gloss. in l. 1. verlic. inhabilis, vbi allegantur concordantia ff quod cuiusque vniuers. nomine, l. non putauit, §. non quaeuis ff. de bonor. possess. contra tabul. & latè per eundem Affl & Ysern. in cap. 1. num. 13. quae sit prima causs. benefic. amict. quas authoritates, & verba eadem repetijt idem à Ponte d. conf. 5. nu. 84. 85. vnde dat ipsemet remedium in d. conf. 2. & 3. numeris praecitatis; & est quòd vltra dispensationem, de qua tetigi superius,

70 solet † in practica obseruari, semperq; sic fuit practicatum, quòd expediuntur supracartae per eandem Regiam Maiestatem per quas dispensatur lapsui temporis, & eo non obstante mandatur executio priuilegiorum praedictorum infra aliam temporis dilationem, & hoc ex certa scientia, vt ipse subdit nu. 32. aliter namq; si ipse Rex confirmasset, & non ex certa scientia, vtique nihil iuuaret ex Bald in l. nominationes C. de appellat. & in cap. 1. quae sit inuestitura, Hostiens. & alij in tit. de confirmat. vtili, vel inutili, Alex. in l. more maiorum ff. de iurisdict. omn. iudic. Gloss. Parisiens. in §. 1. gloss. 4. nu. 27. ¶ Item, licet debeant

71 exequi infra annum, fallit † secundo quando gratię nõ siquidem fuissent concessae

cessæ à Rege viuente, sed ad eius prædecessoribus: nihilominus tantummodò v.g. peteretur confirmatio, quo casu nō obstante quòd hæc confirmatio non esset infra annum executa, nihil noceret, ita recordor vidisse, & legisse, Peregrin. cons. lib. 1. ea ratione subdit esse; quia gratiæ, & priuilegia non egent cōfirmatione, ex quo perpetuo valent (argum. eorum, quæ dixi de capitulis Regni, quæ stare debent in viridi obseruantia supra in cap. 26. Regis Federici, d. tom. 2.) ex Surd. ibi per me citato, &
72 alijs; tantum vt si v.g. moreretur † Rex qui priuilegium, vel gratiam concessit ante literarum expeditionem, teneatur successor literas expediri facere, Rot. decis. 882. Bonifa. in procem. Clem. Nūc igitur, nu. 16. Rebuff. in pract. beneficiorum part. 2. super regul. 35. gloss. 21. nu. 3. idem Surd. cons. 514. nu. 16. vol. 4. Bal. in l. humanum C. de legib. & in l. si qua per calumniam nu 5 C. de Episc. & Cleric. idem Surd. cons. 109 nu. 6. lib. 1. vbi hoc limitat procedere in gratia superioris, quia in gratia inferioris secus est, cum non sit propriè gratia, nec donatio, sed iustitiæ executio.

73 Declara quinto † vt omnes istæ gratiæ, priuilegia, rescripta, & similia sint sigillata ex his, quæ videbimus infra in d. cap. 578. in principio, d. tom. 5. ac etiā sint registrata, saltem per tria illa registra, nempe Magistrorom Rationalium, Prothonotarij, & Secretariorum, ac teneatur Conseruator capere notam ex registro dictorum Magistrorum Rationalium, sic infra in alio capit. 589. eiusdem Regis Alph. eod. tom. 5. & illud est etiam, quod dicitur in d. cap. 593. quòd rescripta Regia, literæ, ac priuilegia debeāt registrari in registro ordinario, quod debeat permanere in posse Cancellarij, vel eius Locumtenentis; & prout in pragm. 3. tit. 15. de diuers. rescript. tom. 1.

74 Declarō sexto nisi à talibus † executorijs non penderet appellatio, quia tūc nec iure diceretur possidere, vt per glo. in Clemen. 1. de sequestr. possess. & fruct. cum concordantibus, sentit in proposito Berous cons. 7. nu 8 & 9. libr. 1. vbi quid si appellatio ab executorijs esset iniusta, quod non ob id potest percipere fructus, & emolumenta, & ex his sit finis impositus huic vtili commento ad laudem B. Mariæ Virginis ad Niues hodie 5 Augusti, cuius festum celebramus gaudentes.

V. I. D. Muta.

Quòd damnificati subueniantur de bonis damnificantium, Cap. XXIII.

ITem placeat Regiæ Maiestati, quòd illi, qui fuerunt damnificati per Barones, & personas alias, habeant satisfactionem damnorum super rebus, & bonis omnibus, quæ fuerunt ipsorum Baronum, pro rata scilicet bonorum, non obstante quòd aliqua ex his in alios sint translata. Non est rationabile.

ESt pulchra materia, de qua cum alio capit. concordante scripsi supra in procemio capitulorum Regis Federici versic. in 2. parte tom. 2. vbi habes examinatum istud capitulum, & ob id ad ea omnia, quæ ibi adnotaui, me refero.

Quòd Regium Concilium ordinetur per aliquos prudentes viros Siculos. Cap. XXIIII.

ITem suæ placeat Maiestati, ordinare Consilium suum hoc modo, videlicet, quòd ipse dominus Rex eligat certum numerum prudentium virorum sufficientium ad consilium. Siculi

culi vero, tam Prælati, quàm Barones, & Vniuersitates eligant æqualem numerum Consiliariorum proborum, & expertorum, qui omnes simul, aut maior pars ipsorum, vna cum Serenissimo Domino prædicto, aut sine eo, quando sibi placuerit, habeant consulere, & examinare, concludere, & terminare omnia negotia occurrentia, tam in factis gratiarum, quàm in singulis alijs rebus, & causis, quarum determinatio sit firma, valida, & efficax, & executioni debitæ mandetur, nec fiat aliud Consilium speciale, & secretum, itaquòd sua Regia Maiestas prouideat ipsis Consiliarijs eo modo, quo possint sequi præsentiam suæ Maiestatis. Regia Maiestas prouidebit super præmissis, prout sibi videbitur rationabiliter.

SVMMARIVM.

Regi non possumus statuere modum circa ordinationem sacri consilij, sed ipse sibi ordinat nu 1. cum seqq. & nu. 5. 6.

Rex præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris ibid.

Principi non possumus obijcere, cur ita facis nu 2.

Principi sufficit pro ratione voluntas, ibid.

Princeps nulli necessitati subijcitur, & sedes libertatis in eo est, & nullis terminis restringitur, nu. 3. cum seqq.

Regia maiestas nullis terminis limitatur num 4.

Sacrum concilium sibi ordinare spectat ad Regem, nu 5.

Princeps vnum calamū, & vnam linguam habere debet, non plures, ibid.

Imperator vult, vt eius Procurator omnia agat cum consilio, nu. 6 & seq.

Consilijs nos adinuicem adiuuare debemus, & omnia agenda sunt cum consilio, ibid.

Consilio si aliquid esset faciendū, & omitteretur, esset nullum id sole, nu. 7.

Vassalli non debent quærere quibus rationibus Rex gubernet, nec eorum gesta, neque sensus exquirere nu. 8. & seq.

Vassallorum Regiorum gloria est obsequium, ibid.

Milites non debent cogitare quo consilio ducantur, nu. 9. & seq.

Militum est obedire Ducibus exercitus nec transgredi iussiones, esto quod res prosperè sequatur, aliàs capite puniuntur, nu. 10.

Princeps est omnia, & super omnia, & facit vt Deus, & est Iudex & Consiliarius ordinariorum, & Consiliariorum, nu. 11.

Consiliarios bonos, & expertos debet habere Princeps, siue Rex num. 12. & quare nu. 18.

Consiliarij boni non debent alludere Principibus, nec iram eorum accendere malis exhortationibus. ibid.

Consiliarij boni semper debent dicere Principibus veritatem, ibid.

Iudex non debet declinare à veritate propter Coniudices votantes contrarium, nu. 13.

Veritatem præhonorare sanctum est, & maior est Cæsare, & magis amica, ibid.

Consiliarij antiqui semper debent esse, vt instruant nouos, num. 14. & iuuenes num. seq.

Consiliariorum seniorum & antiquorum consilium dicitur salutiferum, & sequi debet, num. 15. & præcedit iuuenum consilium, & quando nu. 16.

Consiliarij iuuenes non sunt præponendi senioribus, & eorum consilium non præcedit, nisi essent perspicaciores, & quorum authoritas sit attendenda, ibid.

Consiliarij in Regno sunt viginti sex, quorum magna est authoritas, repræsentant Principem, habent potestatem legis condendæ, & iura transgrediendi num. 17.

Imperator Fidericus ideo fuit depositus ab imperio, quia habuit Iuris peritos non bonos, nu. 18.

Consiliarij

Consiliarij an sint in maiori dignitate constituti, quam Capitanei, nu. 19. 20.
Consiliarij dicuntur pars corporis Principis, & cum sequi tenentur, ibid.
Capitanei licet sint in maiori dignitate, q̃ Consiliarij, tamen quoad administrationẽ Iustitiæ criminalis sunt maiores, n. 20.



NIMIS impertinẽs quidem fuit hæc Regni petitio, supplicando Regi, vt acciperet normã modum, & regulam ab alijs circa ordinationem Sacri Consilij, stante quòd de Regibus loquitur quòd omnia † iura habent in scrinio pectoris, & propterea ipse Rex in eius decretata respondidit, quòd in hoc prouidebit, prout sibi videbitur rationabiliter, q. d. quòd nesciunt quid petant in ista petitione, & consequenter, sentit Rex, quòd nõ est rationabile, sicut supra cap. proximo, etenim, prout Principi non possumus dicere, cur ita facis † vt ait Iason in l. rescripta, col. 1. C. si contra ius, cap. in memoriam distinct. 19. l. 1. ff. de Constit. Princip. ita nec possumus ei imponere legem, quia sufficit pro ratione voluntas secundum gloss. in cap. proposuit, de concess. præbend. & in cap. si gratiosè, de rescript. in 6. cum similibus per Chassan. in Cathalog. gloriæ mundi, part. 5. consider. 24. versic. 62. cuius loci etiam memini in commentarijs consuet. Panor. in proœm. nu. 26. & super declarat. cõsuet. 27. nu. 7. & 58. fol. 142. cũ seq. & hac de causa nec licet nobis ordinare ei modũ nec regendi regulã, ratione quia † ipse nulli subijcitur necessitati, sed sedes libertatis in eo semper est, per ea, quæ tradit Franc. Curt. sen. consil. 49. col. 12. Bald. in l. 2. C. de seruit. & aqua col. 6. Alex. idem Curt. Iason, de quibus per ipsum Chassan. vers. 134. vnde ortum fuit quòd nemo ei potest dicere cur ita facis, vt tetigi modo, temerariũ † quippe est Maiestatem Regiam velle terminis limitare, vt post Luc. de Penna in l. contra col 4. C. de re militar. Ioann. Andr. Barbat. Curt. Hostiens & multos subdit ipsemet Chassan. versic. 208. ex quo ad Regem spectat † ordinare sibi suum Sacrum Cõcilium, ex ijs, quæ tetigi supra in cap. 8. versic. prædictorum, nu. 20. & subdam inferius, de Principe enim loquitur, & scribitur quòd debet habere vnum calamum vnamque linguam, non autem plures calamos, nec plures linguas, vide Marsil. singul. 166. latè Riminald. Iun. cons. 13. sub nu. 11. & seq. lib. 1. ex Bald. consil. vlt. col. 5. vol. 1. Cardinal. consil. 141. & in simili proposito posui infra in cap. 1. Regis Catholici Ferdin. in 3. notab. in fine tom. 7. & sicut ipse ordinat Consilium pro alijs, multo magis pro se, apparet enim in Constit. Regni, Authoritatem, tit. 85. de locat. Demanij, lib. 1. vbi Affl. 6 nu. 11. dicit quòd Imperator ibi vult † vt eius procurator faciat omnia cum consilio, allegat verbum Catonis.

„ *Consiliũ arcanũ tacito cõmitte sodali*, quia Consilijs nos ad inuicem adiuuamus, cap. in præsenti 13. quæst. 2. scriptum est namque, omnia fac cum consilio & non te penitebit, Eccles. capit. 32. & Prouerb. cap. 13. astutus omnia agit cum 7 consilio, in tantum, vt quando † v. g. aliquid esset faciendum cum consilio, si illud omitteretur, & sic sine consilio fieret, esset irritum, dicit ibidem Affl. per cap. ex litteris de diuort. Luc. de Penna in l. omnes la 1. colum. 10. de Decurion. lib. 10. & quæ suppleo infra in cap. 37. Regis Incliti Ioannis, extẽsione 3. tom. 6. & facit ad prædicta quod refert Surd. cõs. 574. n. 16. vol. 4. vbi quòd vassallorũ sub-8 ditorũ † nõ est quærere quibus rationibus dominus gubernet, nec eorũ est existimare Principũ gesta; sed à Deo summũ hoc iudiciũ est datũ, & subditis obsequij gloria relicta est, illisque illicitũ est Principis sensus exquirere, vt solebat dicere Senatui, & Tiberio Imperatori M. Terentius Eques Romanus apud Tacit. lib. 6. annalium, eademque ratione, subdit ipse Surd. Cæsar. lib. 1. de bello 9 gallico Milites † suos incusauit, quod cogitandum putarent, quo consilio ducerentur, arrogãterque facere eos, qui de consilio imperatoris desperarẽt, vel ei præscribere auderent; quoniam 10 ad eosdem Milites spectat, inter alia † obedientia per text. in cap. summa 24. q. 1. sed quicquid sibi veliter imperatũ est, obtemperare; ac Ducum præcepto annui, & iussionibus Gubernatoris exercitus quoad ea, quæ ad bellica rem spectant, parẽdũ omnino, ita vt si quis contemnat, etiam si rẽ prosperè gesserit, capite puniendus sit, ita post text. in l. 3. §. in bello ff. de re milit. Bartol. Cepoll. Luc. de Penn. Valer. Maxim. recenset Cassan. in d. Catalogo Gloriæ Mundi part. 9. cõsider. 34. vbi multa facta militum

rum non obedientium Ducibus refert, & capite punitos. & ita quandoque obseruasse audiui Inuictissimum illum Carolum V. Imperat. & Regem nostrum in nonnullos exercitus sui strenuissimos Capitaneos eius mandata transgredientes, vel quid simile agentes, ipso inconsulto, esto quòd res prosperè se gesserit,
11 ex quo ipse Princeps est omnia † & super omnia in temporalibus, vt alibi, & in ijs, & in spiritualibus scripsi de S. Pontifice in Consuet. Panor. cap. 66. nu. 46. & nu. 48. Regis Iacobi tom. 1 & suo loco supplebo, & facit vt Deus, sicque Iudex ac Consiliarius ordinariorum Consiliariorum, & Legatus Dei, vt post Curt. Sen. locis citatis, Bald. in cap. 1. de nou. form. fidelit. tangit Chassan. d. consider. 24. in fine, & faciunt quæ ad propositū dixi supra in cap. 16. Regis Iacobi nu. 28. tom. 1. vbi habes an, & quomodo possint saltim duæ partes Consilij Sacri congregare Cōcilium Sacrum, negligēte Domino Prorege illud cōgregare. ¶ Est verum quòd intentio Regni fuit in prouideri studendo de bonis Consiliarijs
12 Regi † sicut hic in textu dicitur, ibi, Consiliariorum proborum, & expertorum ob beneuolentiam Regis, nec alludere Principibus, malisque exhortationibus iram eorum quandoque attendere, & inflammare cap. si ut §. quæ vero extr. de homicid. & per ea, quæ ait Isern. in cap. 1. §. contrahentium incestas nuptias, nu. 42. tit. quæ sint regal. Dom. Io. Franc. de Ponte in tract. de potest. Proregis tit. 1. nu 29. & seq. boni enim Consiliarij Regis semper debent dicere ei veritatem, & non quod eis placitum est, moderatè tamen secundum Apostol. ad Thimoth. cap. 2. vt ait idem Matth. de Affl. in constit. Regni, item dura, & dira, nu. 6. tit. 51. de inquisition. per cap. 23. Exodi, non de-
13 clinabit Iudex † à veritate propter con iudices votantes contra veritatem, quia, vt ait ibi Nicol. de Lyra, sanctum est præhonorare veritatem, 1. Ethicor. & ex Bald. in l. Emilius fol. 5. de minorib. quod licet magnus sit Cæsar, maior tamen est ratio, & veritas, cap. 4. lib. 2. Esdræ, & isto casu omnia consonabunt ad tradita infra in cap. 79 Regis Caroli in princ tom 8. propter quod solet dici Amicus Cato, amicus Socrates, magis amica veritas, & propterea subdit idē Affl. in constit. Regni officiorum sub nu. 4. quòd in consilio semper debent esse
14 aliqui officiales antiqui † qui instruant nouos iuxta illud Ouidij,

» *A boue maiore discat arare minor*,

quia, & si à principio maxima sit inæqualitas, ex illo eiusdem Ouidiani carminis.

» *Quā malè inæquales veniūt ad aratra iuuēci.*

& tamen postea ex dicta disciplina fit æqualitas, cap. omnis ætas 12. q. 1. cap. quid autem 24. q. 3. cum similib. & per eundem Affl. in Constit. Regni, cum iuxta nu. 2. tit. 72. de salario baiulorum
15 eod. lib. 1. vbi ait consilium † antiquorum virorum dici salutiferum, & satis esse reprehendendos, ait ipse, dominos temporales, & spirituales, quando consilium sapientum, & rectè suadentium nulla ratione patiantur suscipere, per text. in cap. 1. dist. 84. & cap. ridiculum 12. dist. vbi quòd ridiculum, & satis abominabile dedecus est, vt traditiones, quas antiquitus à patribus suscepimus, infringi patiamur, & facit cap. 10. lib. 2. Paralippon vbi Roboam relicto consilio saniorum acquieuit consilio iune-
16 num † dicens illa verba dura, ibi, minimus digitus meus &c. est verum quòd solent esse perspicariores multi, vt vidimus in commentar. Consuet. Panormi capit. 68. num. 54. 55. addo Bartol. in l. Gallus, nu. 10. ff. de liber. & posth. & quod habetur in d. cap. 4. Esdræ lib. 1. vbi Rex Cyrus secutus fuit consilium eorum Consiliariorum, & illi Consiliarij vocant se comedisse, & esse memores salis, quod in Palatio comederunt, quod potest applicari ad illud sal, de quo scribitur in Ecclesia per Euāgelistas, ibi, vos estis sal terræ, pro Doctoribus, & infert idē Affl. quòd quoties consiliū iuuenum est discors à consilio antiquorum, illorum sententia est magis attendenda, quorum antiquior, & potior extat authoritas, cap. Domino sancto in fine dist.
17 50. ¶ Et in Regno Consiliarij † olim erant tresdecim, hodie sunt viginti sex, vt ait Dom. Don Marius de Gregorio olim F. P. & postea Præses Consistorij S. R. C. in hoc Regno in consilio suo impresso pro Illustrissimo Marchione Elcis, nu 94. & 123. & 124. vbi subdit esse magnā eorū authoritatē, ex quo representāt Principem, & habent potestatē leges condendæ, & eis licet iura transgredi ex Guid. Papæ, & alijs ab eo citatis, & de quibus post Gugl. de Benedict. in Repet. cap. Raynutius in verb. & vxorē nomine Adelasiam, & alios loquitur Chassan. in d. cathalog. Gloriæ mūdi part. 7. consider. 9. per tot. ex Alber. Ias. Specul.

Barbat. Vna de caussis, pro qua fuit de-
18 positus à Regno † & Imperio Fidericus Imperator, legitur quòd habuit Iurispe ritos non bonos secundum Andr. de Ysera. in cap. si iudex in fine, de pac. te-nend. quem refert, & sequitur Matth. de Affl. in prælud. constit. Regni quæst. 31. sub nu. 11. & iterum in proœmio 3. Nos itaque fol. 13. nu. 6. vbi addit quòd eius propositum ab initio fuerat bonũ, sed quia mox non fuit continuatum propter malam iustitiam, vt dixi supra in cap. 7. Regis Federici versic. & vna inter alias, tom. 2. ob id etiam deposi-tus fuit, & ad hunc textum faciunt ad-ducta per Tiraquell. in tract. de nobilit. fol. 74. nu. 26. & fol. 115. nu. 18.

An autem Consiliarij sint in maiori
19 dignitate constituti † quàm Capitanei Iustitiæ, dic sic, ratione quia dicuntur pars corporis Principis, l. quisquis C. ad l. iul. maiestat. & ibi Salicet. Guid. Pa-pæ quæst. 344. & ita post Gaguin. in eius chronicis, Gugli. de Benedict. & alios refert Chassan. in catalog. Gloriæ Mũdi d. part. 7. d. considerat. 9. Io. Petr. Surd. cons. 56. nu. 8. lib. 1. & hac de causa te-nentur sequi præsentiam ipsius, vt in fi-ne nostri textus habetur, & facit Prag-mat. huius Regni, de qua mentionem feci supra in cap. 90. nu. 11. & cap. 108. Regis Federici ampl 9. n. 54. d. tom. 2. est verum quòd licet sint constituti in ma-iori dignitate quàm ipse Capitaneus Iu-
20 stitiæ, † & inferior eis est, ipsique re-spectu dignitatis sint maiores, tamen quoad administrationem Iustitiæ est eis maior, quia habet iurisdictionem in omnibus caussis criminalibus, vt vide-bimus infra eod. in cap. 51. in prima obseruantia, versic. caussas capitales.

Solet præterea Princeps ipse habere Consiliarios status, qui inter titulatos numerantur, & habent eorum sessiones, & præcedunt cæteros alios non titula-tos, ita Io. Francisc. de Ponte cons. 14. in princip.

M. Muta.

De redemptione Captiuorum. Cap. XXV.

ITem quòd pro redemptione Christianorum captiuorum apud Saracænos exigantur, & colligantur omnia malè abla-ta incerta in testamentis, & vltimis voluntatibus derelicta, deducta quarta Canonicæ portionis, & de alijs malè ablatis incer-tis, iuxta ordinatione antiquã Prælatorum, & Procuratorum ab-sentium Prælatorum. Placet Regiæ Maiestati, habito consensu expresso omnium.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

Malè ablatorũ materia pia est, n. 1. et de-betur de eis quarta Canonica Episco-pis, & quando, nu. 38. 39. qui possunt facere id, quod volunt, nu. 40.

Pia caussa quæ sint, remissiuè, ibid.

Malè oblata quando sunt incerta, potest de eis fieri recaptitus captiuorum alias secus, nu. 2. amplia, nu. 7. 8. 16. 17. 18. 19. 21. declara, nu. 23. 32. 34.

Malè ablata certa debent omnino re-stitui, ibid.

Captiuorũ redẽptionis materia nõ detra hitur falcidia de legatis relictis, n. 3.

Redemptione pro captiuorum quando aliquid relinquitur, ante omnia deduci debet ob animæ periculum, ibid.

Falcidia non deducitur de legatis pijs pro redemptione captiuorũ, vel relictis ad confraternitates disciplinãtiũ, ibid.

Testatorum voluntates adimpleri debent, & puniutur contrauenientes, nu. 4. 6.

Malè ablata relicta per patrem in testa-mento si filius non restituit, priuatur legitima, & quòd quoad trebellianicam, num 5.

Legata morientium non adimplens, pri-uat mortuos votorum consolatione, & defraudantur egeni eleemosinis, nu 6.

Pias ad causas si aliquid relinquitur, redimuntur animæ, quæ sunt in purga-torio, & quid quoad executores testa-mentorum, ibid.

Captiuorum pro redemptione res sacrae vendi possunt, nu. [illegible]

Mulier non potest obligari, etiam pro viro suo, & quid si esset carceratus, nu. 8. & quid in causa [illegible], nu. 9. & quid daretur enormis laesio, num. 10. & quid stante iuramento [illegible] & quid quando esset [illegible] carceratum [illegible] debitum esset [illegible] pro sustentatione familiae, [illegible] vel pro redimendo à captiuitate [illegible]

Mulieres ex quibus causis teneantur pro debitis virorum, ibid.

Maritus si staret carceratus, an eius uxor possit se obligare pro eo, & pro quibus causis, ibid.

Laesio enormis semper praesumitur in muliere, nu. 10. & seq.

Vxoribus melius est carere malis maritis, quam eos habere malos, nu. 11.

Vxor tenetur pro debito viri circa sustentationem familiae, nu. 14.

Mulier potest obligari pro redimendo viro suo à captiuitate, nu. 15.

Condemnatus ad mortem vel deportatus licet non possit testari potest tamen pro malè ablatis & quomodo nu. 16.

Malè ablata quando relinquuntur non dicitur legatum sed debitum, ibid.

Exhaeredari possunt filij non redimentes patres captiuos vel carceratos, num. 17. & seq. & nu. 20.

Filij tenentur inuiti vendere propria bona pro redimendis eorum patribus, n. 18.

Filiusfamilias potest se obligare pro redimendo patre, nō obstante statuto, n. 19.

Filiusfamilias quibus possit se obligare casibus, ibid.

Filiusfamilias potest se obligare pro excarcerando eius patre absque ulla restitutionis spe, vel ne iret ad carceres ob executiones causatas, nu 20.

Alienari possunt bona vinculata pro redemptione captiuorum, nu 21.

Malè ablata si testator disponat in mille, & reperiatur in centum, quid fiet, n. 22.

Malè ablata in unum usum relicta, an possint in alium conuerti, ibid.

Captiui tunc de malè ablatis redimuntur, quando nihil possident, secus si possident bona, vel habent filios, nu. 23.

Captiui penes hostes si habent filios minores, debet Iudex eis dare curatorem pro substantia bonorum, ibid.

Curator debet dari filijs captiuorum penes hostes, circa substantiam bonorū, & idem quoad filios bannitorū, ibid.

Banniti si habent filios minores, datur minoris curator circa eorū substantiam, ibid.

Redempti ab hostibus tenentur restituere redimenti pretium receptum redimenti, & est locus retentionis captiuorum ipsorum, nisi ex officio pietatis factum esset, vel nil haberent, dummodo seruiant per quinquennium, nu. 24.

Retentio competit etiam redimenti captiuos ab hostibus, ibid.

Condemnatus in mille, si quis esset, & nisi solueret, amputari debuisset manus, vel quid simile personale, potest amicus pro eo soluere, & repetere eo inuito, nu. 25. & seq.

Condemnatus in centum, & si non solueret, esset exbannitus, debet dare pretium solutum soluenti pro eo, non obstante quod asseriret quod non debebat soluere, nu. 26.

Inuitus debitor potest per quempiam liberari, & excarcerari soluendo, nec competit actio negotiorum gestorum si non erat ille debitor, nu. 27. 28. nec excipi non esse utiliter gestum, nu. 29 30 31.

Actio negotiorum gestorum non datur contra soluentem pro se non existendo debitor sui, ibid.

Debitor potest per quemlibet è carcere excarcerari, non habito respectu ad actionem negotiorum gestorum, & quando, nu 28. nec excipi non esse utiliter gestum nu 29. 30. 31.

Infirmus potest curari inuitus, & ille, qui expendit, repetet, nu. 30.

Carceratus debitor potest inuitus excarcerari, & liberari a dicta seruitute, num. 31.

Captiui apud hostes facultatem habendo fugiendi non tenentur redimi de malè ablatis, nu. 32. 33.

Captiuis apud hostes licet eos occidere fugiendo, & frangere carceres, ibid.

Carceres frangere, & fugere est licitū captiuis apud hostes existentibus, ibid.

Captiuus apud hostes, si potest fugere, & non fugit, grauiter puniri potest, nu. 33.

Legatum pro redemptione captiuorum dicitur per viam conditionis, vel modi relictum, nu. 34.

Pactum potest fieri, ut pretium conuertatur in emptionem praediorum nu 35.

Euictio si dubitatur, solet fieri pactum, ut pretium in emptionem praediorum conuertatur, ibid.

Captiuus penes hostes existens diues, qui nollet redimi, nec alius pro eo curaret, possunt Iudicis officio vendi eius bona, num. 36.

Legatum pro redimendis captiuis si v. g.

esset mille, & expensæ fuissent quinquaginta promittendo ad locatum, an reliquæ deducentur, vel erunt oneri hæredis, num. 37.

Episcopus habet quartam Canonicam de relictis ad pias caussas, & malè ablata, & quando nu. 38. 39. & potest facere id, quod vult, nu. 40.

Legatum si esset relictum Confraternitati an Episcopus habeat quartam Canonicam, num. 50.

Papa quando donat bona Ecclesiarum eius consanguineis, dicitur disponere tamquam de suo, & quando, nu. 41.

MALE ablatorum materia est satis
1 pia † quæ connumeratur iter alias
pias caussas latè adductas per Chassan. in Consuet.
Burgúd. in tit. des successions, rubr. 7. gloss. saus charge,
num. 3. § 2. & remissiuè per Guid. Papæ
quæst. 188. & latissimè per Andr. Tiraquell.
in suo tract. de priuileg. piæ caussæ,
ideo nonnulla ponam. & concordat
cum cap. 73. Regis Incliti Ioannis infra
tom. 6. in quo de captiuorũ redemptione
fit mentio. Et meritò in hoc capitulo
2 dicitur † quòd tunc potest fieri recaptitus
captiuorum de eis quando sunt incerta,
quia aliàs si essent certa, vtique
ei, cui facienda esset restitutio, restitui
deberent, vt dixi in Consuet. Panormi
cap 38. nu. 39. cum seq. & concordat cũ
hoc capitulo aliud capit. Serenissimi Regis
Alphonsi infra cap. 67. 68. 69. & 70.
tom. 4. in quibus capitulis huc me remisi,
sed tantum in d. cap. 67. scripsi extrauagantia
circa conuentionem vnius
operis in aliud, quo casu nec detrahe-
3 retur falcidia † quando scilicet probarentur
debita, vt dicit Paul. de Castro
in l. si quis testamento §. 1. ff de legat. 1.
Federic. de Senis cons. 344. vbi ait quòd
ante omnia propter animæ periculum
tale relictum deduci debet, Barr. in l.
qui vxori ff. de aur. & arg. legat. & Additio
ad eum; Sicut dixi infra in cap. 14.
Regis Caroli vers. nascitur tertiò; nil
deduci, nec falcidiam circa relicta pro
Confraternitatibus disciplinantiũ, tom.
8 & aliàs si nõ essent debita detrahitur,
vt sentit ipse Bar. loco citato, & in l. 1. &
eius repeti. C. de sacr. Eccl. Bal. in Auth.
hodie C. de episc. & cleric. l. nulli C. eod.
Boer. in tract. gabellar. part. 3. 8. partis
principalis, quæst. 13. & in effectu exclamant
4 iura omnia, vt testatorum †
voluntates adimpleantur, immo afficitur
pœnis multis, qui eas non adimplet,
vt dicit Rebuff. in tract. de sent.
prouis. nu. 85. cum pluribus seq. Adeoque
videamus quòd filius, si non restituit
malè ablata per patrem in testamento
5 legata, priuetur legitima † sicuti scripsit
Gugliel. de Benedict. in cap. raynutius
in verbo, reliquit nu. 41. & in verbo,
si absque liberis, nu. 88. & seq. vbi
diffusè in hac materia, Gloss. Parisiens.
in §. 8. num. 8. 10. & 11. & sentijt Alex.
cons. 43. num. 7. & seq. lib. 4. vbi quid in
trebellianica, & sentitur etiã per Luc.
de Penna in l. 3. C. de iure fisci lib. 10.
6 quòd qui legata † morientium non adimplet,
ipsos mortuos votorum plenitudine,
& egenos eleemosinæ consolatione
defraudatur, cap. qui oblationes
13. q. 2. & ob id scripsit Palaz. Rubius
in repetit. rubricæ de donat. int. vir. &
vxorem §. 65. nu. 18. quòd per legata ad
pias causas redimuntur animæ, quæ
sunt in purgatorio, & ibi vide latè contra
illos executores testamentorum, &
pulchrè.

Amplia primò, vt etiã pro redemp-
7 tione † captiuorum res sacræ, & sanctæ
debeant vendi, vt ait Oldrad. cons. 71.
in fine per text. in l. sancimus C. de sacros.
Eccles. cap. sicut, & capit. aurum,
12. q. 2. (inferens ad terram sanctam
Hierusalem, de qua locutus sum infra
in cap 67. Regis Incliti Ioãnis sub vers.
quamuis, & ibi allego concordantia. d.
tom. 6.) quia hoc agitur, vt redimantur
captiui, & etiam Ecclesiæ, quæ per eos
tenentur occupatæ, & vt aliæ defendantur,
in quibus melius est ante tempus
occurrere, quàm post, l. fin. C. in quib.
causs. restit. in integr. non est necessar.
8 Secundo amplio † vt licet mulier non
possit se obligare, etiam pro viro suo,
quia tales obligationes, quæ per maritos
regulariter fiunt, magis prohibentur,
quàm cum alijs, vt post Tiraq. de
legib. connubialib. ait Marc. Antonio
Amatis modo citandus, esto quòd tales
mariti starent in carceribus pro eorum
culpa, etenim his non est subueniendũ,
vt subdit ipse nu. 4. & seq. ex pluribus à
se allegatis, & si referat Viuium contrarium
tenentem de æquitate nu. 6. & seq.
ex Surd decis. 86. qui tenet quòd sic, sed
vt subdit, nu. 26. & 27. ipse de Amatis,
eidem Surdo non placuit illa decisio Senatus,
vt retuli in commentar. Consuet.

Panormi cap. 41. nu. 3. est quòd Hyppolit. Riminald. Tiraq. & Veronens. tenent quòd possit bona dotalia vendere, vt Amatus refert à nu. 8. & seq. vbi dat rationem quòd mulieres facilius inducuntur ad fideiubendum quam ad vendendum, & eo quomodo teneo pro ipso quòd in illo pacto valet alienatio, non obstante quòd fideiubissent
9 † pro ipsis viris in causa criminali, nam non tenet obligatio ex vi nostræ Consuetudinis, quicquid teneat de alio iure Thesa. decis. 7. n. 7. & post eum Amatus nu. 12. qui aiunt quòd cum Iudicis præsentia pro causa criminali teneat obligatio, sed quicquid sit, iam ipse Amatus nu. 4. & seq. determinat, quòd vbi datur enormis læsio, vt
10 subdam infecius, † quæ semper præsumitur in muliere remanente indotata, obligatio nō valet, & est com. † opinio ex Gayll. Thesaur. & alijs, Paris. cons. 95. nu. 18. 19 lib. 3. & ita post Geuall. q. 92. n. 8. & 16. Rot. per Cardin. Aragon. Spin. Gomes. Alciat. Cassiodor. decis. vnica de empt. & vend. Soccin. Iun. cōs. 47. n. 12. vol. 4. testatur Dom. Gratian. discept. forens. capit. 108. nu. 10. & seq.
11 non obstante iuramento, † vt ibi per eū cū plurib. seq. & posui in cōsuet. Pan. cap. 21. à nu. 8. cum seq. melius est enim dicit Bald. in l. cum ita legatum in 2. notab. ff. de condit. & demonstr. vxori carere malo marito, quàm malum habere maritum, Amat. sub num. 25. & ita ait esse com. opin. sicque in contingentia facti vidisse obseruari, non obstante quòd idem anceps quodammodo videatur, num. 28 29. 30. & 31. nam mox re-
12 soluit, quòd vbi adest læsio † in muliere, non recedendum est à communi opinione, non obstante iuramento; est ve-
13 rum † quòd quando esset dedecus vxoris stare eius virum carceratum ob vnitatem illam carnis, vtilitatem, ac necessitatem viri, tenetur vxor ipsi subuenire, & posset tunc ex semetipso quandoque impendere de bonis dotalibus, vt considerat ipse Gratian. nu. 26. 27. & sic concluditur quòd regulariter mulier non potest se obligare, adhuc pro marito, nisi pro certis personis descriptis in d.
14 consuet. Pan. cap. 21. vel quando † esset debitum contractum pro substentatione familiæ, nam in subsidium tenetur mulier, vt post Lup. in rubr. de donat. int. vir. & vxorem §. 66 declarat Gratian. d. cap. 108 nu. 29. & tamen pro redēptione
15 viri sui † à dicta captiuitate, potest, vt ait Veronensis cons. 27. num. 3. ratione quia iura prohibitiua in contractibus, quæ ad captiuorum redemptionem celebrantur, relaxantur, ita post Roman. cons. 316. Marc. Ant. de Amatis decis. 62. num. 2. & 3. ex Tiraquell. Michael Palaez, Anchar. Martin. & alijs, & ita de veriori opinione testatur. Dom. Stephan. Gratian. Disceptat Forens. d. cap. 108. nu. 2. 3. 4. & seq. post Natt. Cephal. Tiraquell. Lamberteng. Thesaur. Riminald. & aliorum Imol. in l. quamuis in 2. not. ff. solut. matr. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 78. num. 30.

Tertio amplio etiam in condemna-
16 tio ad mortem, & deportato. nam etsi viderimus supra in cap. 6. num. 18. non posse simpliciter nec legare, nec testari tamquam testamenti factione carentes, etiam fauore piæ causæ, vt ibidem tetigi ex Tiraq. ibidem per me citato relato per Anell. de Bott. l. eius qui §. insulam ff. de testam. l. si quis filio §. irritum ff. de iniust. test. Io. Andr. in Additionib. ad Speculat. tit. de instrum. edit. §. compendiosè. in additione, quæ incipit. quid de damnato, & iterum in §. nunc aliqua versic. 19. Bald. cons. 448. Quæritur &c. lib. 1. cum similib. per eumdem Tiraq. in d. tract. piæ causæ, in speciali 70. tamen possunt pro dictis malè ablatis testari, & disponere, non vt aliter valeat tamquam testamentum, nec in vim relicti, sed tamquam confessio facta inter viuos, & iure debiti, vt per ipsum Tiraquell. in repet. l. si vnquā verbo libertis num. 88. C. de reuocandis donat. ex Io. Andr. in cap. quamquam, in gloss. quæ incipit, dominus meus, de vsur. in 6. in Nouella, vbi Petr. de Anchar. in 14. notab. col. 5. quando nempè reuerà constiterit de ipsis malè ablatis, ibique Dominicus in ver. omnes col. 6. versic. sed pone, Bald. in l. vlt. vers. & ideo col. 3. C. si à non compet. Iudic. & cons. 382. lib. 1. cons. 254. cons. 447. 476. lib. 5. Roman. Collectan. Augustin. ad Angel. Aret. de malefic. Gugliel. de Benedict. Soccin. Petr. de Anch. & alijs relatis per ipsum Tiraq. qui dat rationem quòd non dicitur legatum, nec relictum illud, quod fit ex debito, & pro malè ablatis cum similibus.

Quarto amplio adeo esse pijssimam,
17 ac fauorabilem hanc † captiuorum redemptionem, vt si filij non redemerint eorum patres ex captiuitate, posse exheredari, eo modo, quo etiam si à carceribus non liberauerint, quia est eadē ratio, dicam inferius nu. 20. Aret. in l. 1. in 2.

in 2.notab. C.de filijsfam.minor. Rota diuers.decis.63.nu.5 parte 2.gloss.in cap. quintauallis in verbo exheredaret, de iureiur. ibi, si parentem captum, Gugl. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius, verbo, & vxorem domine Adelasiam, vers. præterea, nu. 269. quos refert, & sequitur idem Dom. Stephan. Gratian. loco citato d. cap. 108. nu. 6. & quæ dixi post Chassan. in Consuet. Panormi cap. 56. num. 24. & per ea, quæ subdam in seq. ampliatione.

18 Quinto amplio consequenter, † vt possint pari modo inuitis ipsis filijs vendi bona pro redimendis captiuis patribus; sicut in d. consuet. scripsi, & refert, & sequitur Dominus Stephan. Gratian. d. cap. 108. discept. forens nu. 7.

19 Sexto amplio, † vt valeat etiã isto casu obligatio filijfamilias pro redimẽdo patre, esto quòd non interueniat statuti sollemnitas sic post Bald. cons. 213. Occurrit dubium lib 2. testatur idem Stephan. Gratian. loco citato nu. 28. & per ea, quæ scripsit Io. Ant. Bosellus ad statuta Parmæ tit. quod filiusfamilias fol. 227. vbi pulchrè in materia, an, & quando teneat obligatio filijfamilias qui adducit infinitas ampliationes, & limitationes, & quæ notaui in commentaria Consuet. Panormi d. cap. 111. num. 71. & cap. 31. num. 19. cum seq. prout valet obligatio, siue fideiussio ipsiu filijfa-
20 milias † etiam minoris pro liberando eius patre è carceribus, vt tetigi superius num. 17. absque vlla restitutionis spe, stante quòd fecerit actum laudabilem, & fecit prout quilibet diligens amicus fideiussisset, vt post Oddo de rest. in integr. quæst. 23. Salicet. in l. exigendi nu. 14. C. de procurat. & in l. 2. in 2. notab. vbi etiam Aretin. C. de filio famil. minor. & ibi Cyn. & Castrens. Riminal. Sen cons. 77. nu. 16. Afflict. Castrens. & alios subdit ipse Gratian. nu. 41. 42. 43. 44. qui iddem ampliant quando liberaret patrem à periculo executionũ, ne iret ad carceres ad instantiam creditorum.

21 Septimo amplio † vt possint adhuc bona fideicommisso subiecta, siue vinculata alienari pro redemptione dictorum captiuorum, sic habes post Bald. in Auth. res, quæ, C. comm. delegat. & cõs. 20. lib. 2. per Riminald. Senior. d. cons. 77. num. 16. lib. 1. Andr Tiraquell. in ll. connub. l. 16. gloss. 8. n. 283. Alex in d. l. quamuis, nu. 13. ff. solut. matr. refert, & sequitur idem Stephan. Gratian. d. cap. 108. nu. 30.

Quid autem si testator iusserit di-
22 stribui † 1000. pro malè ablatis, & reperitur quòd malè ablata non sint nisi 200. vide Bald. in l. si quis ad declinandam versi. iuxta hoc quæro C. de Episc. & Cleric. quem sequitur Abb. in cap. tua nobis, de testam. Additio ad Bartol. in l. legatum Ciuitati in littera B. ff. de vsufr. legat. Et an possint conuerti in alium vsum, declaraui infra in cap. 67. Regis Alph. tom. 4. vbi inter alios casus dixi quòd quoties modus est licitus, & dispositio relicta in vnum vsum esset
21 illicita, potest tunc indubitantèr in aliũ conuerti, vt de ludo posui supra in cap. 77. Regis Federici extensione 3. tom. 2. quod relictum ad ludum potest in aliũ vsum conuerti.

Colligo autem primò tunc possint dicta malè ablata pro redemptione cap-
23 tiuorum, quando † dicti capti ab hostibus nihil possiderent, quia aliàs de eorum substantia redimendi sunt, & malè ablata isto modo reseruabuntur circa impensionem, & recaptitum aliorum egenorum, tuncque possent compelli filij, vel hi, ad quos talium captiuorum bona peruenissent, illos redimere ex officio iudicis, cuius erit etiam prouidere in casu, quo tales capti reliquissent filios minores eis non dare tutores in eorum præiudicium, sed curatores, non personæ, sed substantiæ prædictæ ex l. muro §. ei cui pater, vbi Pronunzal. ff. de tutel. quemadmodum isto modo datur etiam curator circa bona, & substantiam filijs bannitorum, vt ipse ibidem subdit secundum Bald. in l. 2. nu. 14. versic. item quia C. de seru. instit. & sequitur Nelli de Bannit. part. 1. 2. temporis quæst. 20. Rip. in l. ex facto nu. 19. ff. ad trebell. Ideoque si ponatur ca-
24 sus quòd filius † captus sit ab hostibus, fueritque effectus captiuus vel à latrunculis, & pater redimat eum, tunc, ex quo videretur facere officio pietatis, dictus filius ex hoc nihil ipsi patri teneretur l. liber captus ff. de capt. & postlim. reuers. Bart. in l. stichus in fine ff. de pecul. legat. Ergo in reliquis, qui non tenentur ex dicto officio pietatis, & redimunt quemlibet captum ab hostibus, habent semper repetitionem contra eum, ex traditis per me in consuet. Panormi cap. 56. nu. 23. & seq non obstante quòd postea redemptus habens facultatem reddendi, nollet reddere, etiam si diceret quod melius erat ei, si persisteret

penes

penes hostes, quàm tantam pecuniam soluere, quia hoc non potest dicere vt p d.l.stichus dixit ibi Bart.& ff. de pec. legat. sed inuitus teneretur soluere illi negotiorum gestori, gloss. in cap. si. dist. 83. notat Speculat. in tit. de falsi §. fina. versic. sed quid si, Alex. in d.l. qualis obl. vlt. versic. & ista praestari ff. de solut. mater Paul. de Castr. in Auth. si captiui C. de Episc. & cleric. eisque redemptioni locus, etiam in persona ipsius redempti, donec precium dictae redemptionis restituat suo liberatori l. si seruus §. fin. ff. de legat. 1. l. qui testamento, §. fini ff. de testam. Modern. Germanus in tract. de processib. execut. part. 1. cap. 3. num. 224. vbi subdit quòd si pecuniam non habet, debet saltem per quinquennium haerere apud suum liberatorem, ipsique praestare operas loco pretij l. 2. & final. C. de capt. & postlim. reuers. arg. eorum, quae ponam infra in capit. 62. Regis Ferdin. vers. capio secundam conclusionem tom. 7. vbi facio mentionem de hoc quinquennio. Ita in simili infert † Bart. in d.

25 l. stichus quod si quis fuit condemnatus in mille, & nisi solueret, amputaretur sibi manus, vel quid aliud deberet fieri in persona, quod potest fieri, vt dicam nunc, nam si aliquis amicus soluit condemnationem, animo praedicto repetendi, & non aliter videtur fed fiet sicut infra in simili habetur etiam quòd si aliquis fuit

26 condemnatus in 100. & si non solueret esset exbannitus, vel aliter ex his, quae dixi supra in cap. 16. nu. 13. & 14. vbi an pecuniariter condemnatus non soluens possit criminaliter atrociter condemnari, & nu. 18. quia si aliquis soluit pro eo, non potest dicere quòd non expediebat soluere, ratio est quia his casibus fit transmutatio de vno dominio ad aliud, & vbi fit, dicit Bart. translatio de vna ciuitate in aliam, ille, pro quo fit solutio ne fiat transmutatio de vna Ciuitate in aliam, non potest replicare, & obijcere, tu non potuisti soluere pro me; est enim regula generalis, quòd inuitus

27 quispiam à debito potest liberari † l. si debitor ff. de solut. gloss. Bart. & DD. in l. stichum §. finali ff. de Nouation. gloss. & communiter DD. in l. fin. C. de negot. gestis, Carol. Ruyn. cons. 109. n. 27. lib. 1. vbi dicit quòd isto casu non competit actio negotiorum gestorum soluenti contra illum, sed solum liberetur ille, pro quo soluit, quando scilicet non esset soluens debitor, alias si esset debitor soluentis, tunc tam si soluit pro suo creditore inuito, quàm etiam si soluisset creditori sui creditoris, liberatur soluens per actionem negotiorum gestorum, & ita intelligo quae alias adnotaui in meo repertorio in verbo, debitor, cui fuit iniunctum fol 82. quae suo

28 loco dante domino videbimus, † & consequenter dico quòd potest debitor liberari per aliũ, etiã à carcere, vt subdã in sequenti versic. hinc est &c. n. 30. & 31. ad hoc notant DD. pro omni eo, quod tangit personã, libertatẽ, vitã, vel ciuitatẽ, vt ille, pro quo soluitur, non possit ex-

29 cipere, nõ esse vtiliter gestum † quod est menti tenendũ concludit Bart. in d. l. stichus nu. 7. Bald. in Auth. contra eũ rogatus C. ad trebellian. vbi DD. & in Auth. sed nouo C. de seru. fugit. idem Bald. & Imol. in l. fin in princ ff. de condit. instit. & in d. l. fin. C. de negot. gest.

Hinc est quòd soluens pro infirmo in-

30 uito, † vt curetur, repetit, ex quo tangit libertatem vitae, vt praedixi per ea, quae posui in consuet. Panormi cap. 68. nu. 46. & fuit originalis quaestio posita per Gugliel. quem sequitur Speculat. ibi per me citatus, cap. prouidendũ, & ibi gloss. dist. 83. addo Dom. Don Baldassar. de Amescua in tract. de potestate in se ipsum cap. 7. lib. 2. nu. 13. 14. citãdo S. Thom. & multos alias Theologos, & Legistas, & probat est de soluente pro condemnato ciuiliter tantum, quia etiã repetit secundum Io. Andr. in cap. cum C. laicus extra de for. compet. in nouell. ratio est, nam carcer est species seruitutis, & per consequens respicit libertatem personae, vt tetigi, vnde se-

31 quitur † quòd inuitus potest liberari à dicta seruitute; arg. d.l. si debitor, l. 1. & 2. ff. de liber. caus. Imol. in cap. ex literis, & ibi Iacob. de Aret. extr. de pignor. quos refert, & sequitur praedicta Additio ad Bart. in d. l. stichus.

Secundo nunc colligenda esse puto

32 malè ablata † pro dicta captiuorum re-

33 demptione, quando captus ab hostibus non haberet facultatem fugiendi; secus vero si posset à manibus, & tyrannide discedere, etiam occidẽdo hostes, quod est licitum ab incursione barbarica fugere, quae satis immanis est. Auth. nulla, & lacé in Auth. de Ecclesiastic. tit. per tot. & cũ similib. per Luc. de Penna in d. l. prohibitum col. 2. in fine C. de iur. fisci lib. 10. quòd si captiui aliter euadere non possunt, nisi hostes occidendo, & vulnerando, & sic fracto carcere, licitum est, & excusantur de occiso (arg. quod

alias

alias dixi de carcerato fugiente de carcere supra in cap. 12. Regis Federici nu. tom. 2. vbi allego concordantes textus, sic l. cuit Apostolorum Principi laqueos catenarum frangere] & de fracto carcere, ac vi illata, ratione quia isto casu est notū captiuū cōtra iustitiā detineri, vnde licitū est deteptores occidere, aut si aliter euadere non possit, fugiat qualitercūque potest, per l. nihil interest ff. de postl. reuers. & per notata in cap. iusgētium dist. 1. & dist. 50. cap. quòd vero, & in l. succurritur ff. ex quib. causs. maior. cū concordant. per tū qui subdit, quinimmo capite puniatur, qui captus in-
33 iustè non fugit, † cum potest per l. non omnes §. qui captus ff. de re milit. imputatur enim ei, qui potest reuerti, & non reuertitur, quippe quia liceat ei sanguinem suum qualitercumque redimere, l. qui licet ff. ex quib. causs. & l. 1. ff. de bon eorum, quæ iura adducuntur per ipsum Luc de Penn. ibidem col. 3. & per ea, quæ recordor posuisse supra in cap. 108. Regis Federici ampl. 11. tom. 2.
34 Tertio colligenda sunt dicta legata † tā si relicta essent per viam conditionis, quàm etiam per viā modi, me declaro, vg. si dictum esset, relinquo tot pro redemptione captiuorum, nam isto casu dicitur esse per viam conditionis l. stipulationē ff. de iur. dot. Bart. in l. quibus §. termilius nu. 12. & in l. titio. §. titio ff. de cōdit. & demonstr. vt puta quādo legatum esset in redemptionem captiuitatis certæ personæ, quæ fortè nondum capta esset, quia penderet ex viribus fortunæ, an ille capiatur, vel redimatur, aut relinquo centum nomine dotis, certæ personæ, quæ esset dubia an maritetur, quàm etiam si esset relictum per viam modi, vt tetigi, vt puta si legatum esset in genere, nam tunc, ex quo pauperes semper sunt, & captiui semper sunt, Matth. cap. 17. nec dicitur hoc pendere ex futuro euentu, sed solum erogatio est facienda, tūcque facit modum l. nulli C. de Episc. & Cleric. Bart. pulchrè in d. §. termilius latè, & pulchrè, Crauett. consil. 59. num. 4. Iacob. Menocch cons. 78. nu. 16. & hæc possunt adaptari ad ea, quæ quotidie videmus
35 de illis pactis † inter contrahentes initis, vt pretium conuertatur in emptionē prediorū, maximè circa euictiones, quia hæc est cautela, prout pro futuris fortasse euictionibus solent emptores hoc facere pactū, vt pretium per cōtrahentes conuertatur in emptionem vnius fundi idonei, securi, ac liberi Surdide, c. s. 330. in contractibus, & ibi vide quando, & quomodo dicatur tutum, & securum aliquid esse, & demonstro infra in cap. 259. Regis Alph. part. 1. versi. quantum autem, tom. 1. & per tradita a Cephalo cons. 67. vol. 1. vbi erat relicta quædam Castellania, & casu quo redimeretur, voluit, vt pretium conuerteretur in emptionem prædiorum, & bonorum immobilium, Natt. cons. 476. in 2. ex quo hæc dictio, in, facit modum, vt subdit ipse Bart. loco citato nu. 12. per l. solemus ff. de condit. & demonstr. cum simil.
36 Et in casu, quo existeret † aliquis captiuatus penes inimicos, & esset diues, vel condemnatus, aut similiter, & nollet redimi, nec soluere, neque alius pro eo, prout è conuerso vidimus in antecedentibus casibus, tunc poterit Iudex facere executionem in bonis vt post Bart. declarat Paul. de Castr. in d. l. quāuis ff. solut. matr. per l. cum duobus §. idem respondet 2. ff. pro soc. Additio. 2. ad Bart. in d. l. nullus.
37 Dubium tamen oritur † quid si v. g. legata sint mille pro redimendis captiuis, & expensa fuerunt quinquaginta pro mittendo ad locum, an reliqua deducentur, vel erunt oneri hæredis, & puto esse oneri hæredis per ea, quæ dicit Io. Andr. in Addition. ad Speculat. in tit. de instr. edition. §. nunc verò aliqua propè finem, quem simpliciter, & remissiuè adducit Additio ad Bart. in l. quantitas patrimonij ff. ad l. falcid. & videtur quòd non debent esse oneri hæredis, sed deducetur de mille arg. eius, quod dicit ibid. Bart. quòd quicquid causa emptionis soluitur proxenetæ, vel alijs, tantum minus valet patrimoniū; & posui in consuet. Pan. cap. 74. ampl. 7.
Ex quo autem de his, quæ superius diximus circa malè ablata, nunc dicunt DD. esse in pias caussas, ideo Episcopo
38 † debetur quarta Canonica, & prout in hoc textu disponitur, quæ etiam de iure datur, vt adnotauit de Podio in d. cap. 70. Regis Alph. per cap. requisisti, de testam. nisi relicta v. g. ad pias caussas essent disposita ad certos, & determinatos vsus, vt puta ad faciendū Ecclesiam, & similia, & ita Bart. in l. vnum ex familia §. si falcidia ff. de legat. 2. & tangit dictus de Podio vbi supra,
39 qui quærit, an de legato relicto Confraternitati debeat solui quarta Canonica ipsi Episcopo, ex Alex. in rubr. ff. de

nou.

non.oper. nunc. Roman. conf. 139. Ias. conf. 118. lib. 2. & latè per Gabriel. in suis conclusionib. sub tit. de pia causa
40 conclus. 1. nu. 13. Immo † quantum attinet ad hanc quartam Episcopo contingentem, potest ipse Episcopus, & Prælatus facere id, quod vult, sicut de suo pro se scilicet deputato, nec consequenter censetur, vt res Ecclesiæ illud, quod pro suo deputatum est, ita est videre per gloss. in constit. quanto de decimis, sub-
41 dens ibi alia Additio de Papa † dante bona Ecclesiarum eius consanguineis, vt præ alijs eos diuites faciat, ex Anchar. in cap. licet Papæ 12. q. 2. Abb. in cap. cum venissent versic. ex hoc infero de iudic. & in cap. constitutus de relligios. domib. & in cap. dudum de elect. & cons. 42. vol. 1. Bald. in l. cum multa C. de bon. quæ liber. Laurent. de Rhodulph. in repet. cap. sine exceptione 12. q. 2. cum concordant. & ibi vide quomodo hoc procedat.

V.I.D. M. M.

Quòd Iudices sint annales, prout & Capitanei, Cap. XXVI.

ITem quòd Iudices Offitij Capitaniatus Ciuitatum, terrarum, & locorum Demanij, sint annales, quemadmodum Capitanei. Placet Regiæ Maiestati.

HAbes supra in cap. 1. propè principium cum similibus ibi concordantibus positis, vbi pono Officiales esse annales, addo cap. 469. Regis Alph. tom. 5. maximè de alijs offit. is, quæ per scrutinium conceduntur, vt ibidem, datur ratio, ne vassalli Regij malètractentur, vltra alias rationes, quas apportaui in d. cap. 1.

Quòd Offitialis Regius non assumat ambasciatam vniuersitatis. Cap. XXVII.

ITem quòd nullus Offitialis Regius audeat assumere Ambasciatam vniuersitatis, nisi de licentia Principis. Placet Regiæ Maiestati.

S V M M A R I V M.

Ambassiator non potest esse Offitialis Regius, nisi de licentia Principis, nu. 1.
Ambassiatores plures possunt micti, nu. 2.
Ambassiatores solent eligi viri graues, magnates, ac beneuoli Principi, & gratiosi, nu 3.
Ambassiatoribus solent micti munera, & dona, ibid.
Ambassiatores occidens incurrit crimen læsæ Maiestatis, nu 4.
Ambassiatores debent secum portare literas ambassiariæ, nu. 5.
Ambassiatores esto quòd essent banniti nō possunt offendi in loco, ad quem destinantur, num. 6.
Ambassiatores non possunt detineri, nec impediri pro debitis quibuscumque durante ambaxiata, ibid. & nu seq.
Ambassiatores denominantur quodammodo sancti, & inuiolabiles, & habent immunitatem. nu. 7.
Ambassiatoribus currit salarium à die accessus, nu. 8. cum seq.
Ambassiatores eo ipso quòd sunt expediti debent statim se ad Principem præsentare, num. 9.
Ambassiatores debent habere accessum, et recessum, nu. 10. & seq.
Offitialis, cui datus esset accessus, & recessus si nollet redire ad domum, sed

aliò proficisci, debet adhuc habere impensam, & quomodo, nu. 11. cum pluribus num. seq.

Accessus, & recessus datur offitialibus quomodo solui debeat, ibid. cum seq.

Armorum Capitanei missi per Regnum habent dietas accessus, & recessus, n. 12, cum seq. & expensas victus, & equorum, & quomodo, nu. 15. 23.

Delegatis taxantur dietæ accessus, & recessus, ibid. Et quid de expensis victus, & equorum pro famulis, porterijs, & commissarijs, nu. 15. & quid quo ad alios offitiales, nu. 25.

Medicus conductus pro tot quolibet die, debet habere salarium pro accessu, & recessu itineris, nu. 13.

Iudex pro suo accessu, & recessu debet habere pedagia siue salaria, ibid.

Proreges debent habere salarium, & expensas itineris, eo die, quo à Curia trasmictuntur ad gubernium, & regimen regnorum, & à quo tempore, nu. 14. & quid quando faciunt visitam in Regno, nu. 26.

Iudici authorizanti, & interuenienti in actu, expensas ille debet soluere, qui petit actum, ibid. & nu. seq.

Sapientis consilium petens debet soluere illi expensas, ibid.

Aduocati, vltra honorarium salarium conuentum, debent habere expensas victus itineris, & quomodo, nu. 16.

Testis licet non possit accipere pecuniam pro testificatione, tamen respectu dantis potest, nu. 17. vel si palam data esset, nu. 18 vel pro vexatione tollenda, nu. 19. aut si testis esset mercennarius, num. 20.

Dilegati Papæ, Nuntij, Legati, Visitatores Apostolici eo ipso quòd de domo exeunt, habent expensas victus, nu. 21. declara, nu. 22.

Nuntij Apostolici statim ac exeunt de domo habent expensas victus, ibid.

Legati Apostolici missi aliò, habent expensas victus, ibid.

Visitatores debent habere expensas victus pro visitationibus, ibid.

Episcopi non exigunt à Dioecesanis nisi alimenta, & quod remanet de mensa erogatur in pauperes, nec a domos trasportant, nu. 22.

Esculenta, & poculenta possunt accipere Delegati, Nuntij, Legati, Visitatores, Episcopi, & quod remanet datur pauperibus, nec ad domos transportatur, ibid.

Delegati, & armorum Capitanei non debent immoderatos sumptus, nec delicatos cibos petere, & quomodo, nu. 23.

Delegati si ab vno recipiant vnam dietam prouisionem, siue dietam, non possunt ab alio eandem accipere pro eadem die, n. 24. 6

Offitialibus aliquibus nil competit in sumptus nec pro accessu, nec recessu, [illegible]

Prorex faciendo visitam per regnum quos sumptus percipiat, nu. 26.

Milites debent habere hospitia publica non stare ad domus priuatorum, ibid. 7

Instantia caussarum non debent suspendi circa negotia ambassiatorum, nu. 27.

TAM breue est, vt nô possit breuius summarioque summa hoc dicis, quod † Offitialis Regius nô potest esse Ambasciator, nisi de

1 licentia Principis, ergo regulariter, quoties nô est Regius, vel non est offitialis, potest mitti Ambasciator, & ita indies videmus, nam solent destinari semper personæ, quæ non sunt offitiales Regij, vt puta Comes, Baro, magnas, miles, & similes, de quibus supra in cap. 106. §. 2. Regis Federici, tom. 2. Et quamuis hic ponatur in numero singulari, tamen idem est in plu-

2 rali, quia possunt eligi plures † Ambasciatores, & vide in cõsuetudinib' Panormi in fine in priuilegio Regis Ludouici fol. 637. nô enim sunt redarguêdi Panormi, vel Senatus, qui duos elegerunt, cum vnum eligere possunt, Angel. in l. si vacantia col. 2. C. de bon. vacant. l. 10. & vt plurimum semper pro Ambasciatoribus

3 eligi solent viri graues, magnates, & beneuoli, ac Principi grati, gratiosi &c. vt dicit post Corset. in singul. suis, verbo, Ambassiator, 3. Abb. in rubr. de vit. & honestat. Cleric. cap. in grauibus, 3. q. 2. Carroc. in tract. de locat. & cõd. in tit. de Ambasciatoribus q. 2. hoc namque offitium magnum est, & propterea sæpissime semper eis solent fieri quædam munera, & donationes, de quibus scripsi supra in cap. 98. eiusdem Regis Federici §. 3. vbi quòd ipsis acquiruntur d.

4 tom. 2. Intantum † vt concludant DD. quòd si occiderentur tales Ambasciatores, occisores incurrerent crimen læsæ Maiestatis, vt retuli ex Natt. supra in cap. 18. nu. 13. Regis Iacobi, tom. 1.

5 Hinc est, ne fortè ignorentur, quòd debent ipsi Ambassiatores † portare litteras,

teras, ex quibus pateat quòd de mandato, & licentia suæ communitatis accedant, ita Corsett. in not. Ambasciator,immo aliàs eis non creditur,vt post Marc. quæst.415. nu 5. & 6. testatur Io. Ant. Bossell. ad Statut. Parmæ in tit. de Ambasciat. lib.1.fol.7. cum simil.b.seq.
Am lia intantum esse fauorabiles ta-
6 les Ambasciatores† vt esto quòd essent banniti à loco, ad quem destinantur, non autem à loco, à quo recedunt, non possint offendi, nec retineri pro debitis §.reuerendissimi Auth.de sanctis.Episc. & ibi Angel de Perusio num.19. versic. nota istum textum, Petr.Caball.in eius resolutionibus criminalib.casu 150.nec possunt etiam retineri pro quibuscunque debitis, tam publicis, quàm priuatis durante dicta legatione, vt ibidem, & tangam inferius nu.27.vbi an instantia caussarũ supersederi debeat, & est limitatio 7. de qua posui supra in cap. regni 108. Regis Federici, tom. 2. vbi quòd licet banniti receptari non debeant, fallit hoc casu, sed non puto hoc verum, vt ibi resolui, & sic isti Amba-
7 sciatores † etiam hostium, dicuntur quodammodo, ac nominantur sancti, idest inuiolabiles, qui habent immunitatem, vt à nemine offendi possint, nec capi pro represalijs ex Bart. & alijs, vt ibi per Caball.
Amplia secundo vt ipsis Ambasciato-
8 ribus † currat salarium à die accessus, seu facti præcepti de eundo, vt scripsit Bald. in l. si quis decurio C. de Decur. lib.10 quem refert Io. Franc de Ponte in tract de Potest.Proregis tit.de assensibus regijs § 6.nu.19.& sic pro isto com meatu cõsequũtur mercedem,esto quòd adhuc ad locum destinatum non accessissent, sed essent v.g. in via, facit quod ait Bart. in l. nemo C. de re milit. lib. 12. vbi quòd eo ipso quod sunt expediti
9 pro Ambasciatoribus † ad Principem debent incontinenti se præsentare,& offerre viris Illustribus, sub quorum regimine sunt, adhoc vt ipsum commentum accipiant, facit gloss.in l. legato ff. delegation.l.tempus ff.de vacat.muner. l. qui mictuntur §. sed si extra patriam ff ex.quib. caus. maior. & consequenter
10 videtur quòd eis debeat dari accessus † & recessus, ratione quia sunt in seruitio ex gloss.in l.3 §. si ad dic ff de re milit.Bald in l.si ea conditione C. de condit. infert. Bart. in l. hac lege, & ibi Andr. de Barulo C. de proxim. sacror. scrinior.lib.12.idẽ Bald. Barbat. & Ias.

de quib.per eundẽ de Ponte loco citato,
11 & nu 17. ita ut si v g. nollet officialis † cui esset datus dictus accessus, & recessus, redire domum suam, sed alibi proficisci,soluatur impensa,dummodo longius non progrediatur, vt post Barr. in l.penult.C.de iure Fisci lib 10. Iason.in l. si non sortem §. libertus, nu.19.C.de condict.indeb.ait Dom.Steph.Gratian. discept.Forens.cap.57 num.3.& ita ob-
12 seruamus in armorum † Capitaneis, & Delegatis missis per Regnum, quibus sunt taxatæ semper dictæ, tam pro accessu, quàm etiam pro recessu, pulchrè Franc. de Auila super legib. Prætorum cap.6.Alex.cons. 206. vol. 2. Bart. in l. suo victu ff. de oper. libert. & in l. super creandis C.de iur fisci lib.10.qui omnes determinant à simili sic esse in Medico
13 † & Iudice locato, siue conducto pro tanto quolibet die, vt debeant habere salarium pro accessu, & recessu itineris in eundo, & redeundo, itaquè esse de consuetudine, & faciunt pandectæ in ia hoc, & maxime si versemur in officialibus maioribus summam habentibus dignitatẽ, vtputa Præfectis, Patritijs, Consulibus, Præsidibus, & similibus, de quibus per ipsum de Ponte adductis, & declaratis nu. 23. qui loqui-
14 tur in specie de Proregibus† quibus determinat deberi salarium eo die, quo à Curia transmictuntur ad gubernium,& regimen Regnorum Catholicæ Maiestatis,non solum post ingressam Prouinciam, vel Regnum, verum etiam à die discessus, & recessus vsquequo ad patriam redeant, vnde inoleuit practica, & obseruantia,subdit ipse a ponte in fine d. §. 6. vt Domini nostri Reges soliti sint ordinare, vt erogetur aliqua pecuniarum quantitas Proregibus ipsis pro expẽsis,& maximis sumptibus quibus in itinere grauantur,quæ communiter,vt ipse ait, vocantur, aggiuto di costa, in alijs vero Potestatibus,nõ aliter in maiori potestate, sed simplici dignitate constitutis, secus est, vt ipse Aponte d. nu.23.cum pluribus seq. vsque ad finem determinat post Bart. in l. diem functo ff. de offic. assessor.& per ea, quæ scripsi supra in cap.8. limit. 2. sed illis debetur siquidem prædictum ius accessus, & recessus, & vltra etiam erogantur eisdem
15 expensæ victus † & equorum quandoque,tam pro ipsis, quàm ipsorum famulis, & Commissarijs, & Porterijs, vt explicat idem Gratian.loco citato num.1. per gloss.in cap.2. §. sed cum necessari-

num, verbo productis, & verbo, accedat, de iudic. in b. l. prætor ff. de edend. Fœlin. Speculat. & alij, & moderatè, vt subdam inferius, nu. 23. Sicut dicimus de eo, qui petit actum fieri, nam ipse soluet expensas, vt ipse Dominus Gratian. aduertit, & ita vtimur in authorizationibus, nam qui vult cõtractum publicari soluit Domino Iudici Authorizanti ius in pandectis taxatum. ¶ Sic de petente consiliũ sapientis demõstrabo infra in c. 37. Regis nostri Incliti Ioannis in quinto intellectu, tom. 6. ¶ Sic de Aduocatis

16 † qui vltra salariũ conuentum honorarium habent expensas victus, quando itinerantur secundum qualitatem personæ pro equo, & famulo, antequam pedem moueant de domo, exemplo testis pro ferendo, vt dicam nunc testimonio Brun. de ceff. bon. quæst. 31. & per Gratian. vbi supra nu. 6. ex Bald in l. vnica, nu. 10. C. de suffrag. Fœlin. in cap. 1. versic. & adde, de libell. oblat. l. pen. C. de testib. Salicet in l. quoniam nu. 2. & ibi Cyn. C eod. Surd. de aliment. quæst. 17. in fine, tit. 4. Speculat. & alijs ibi per eũ. & ad tradita, quæ dixi de dicto teste pro testificatione pecuniam accipiente, infra in cap. 79. Regis Caroli limit. 3.

17 tom. 8. vbi quòd licet testis † non possit accipere pecuniam pro testificatione facienda, & respectu ipsius accipientis sit prohib tum, respectu tamen dantis non est punibile, licet crimen dicatur, eo quòd sit res mali exempli, ic Surd. cõs. 136. nu. 50. 51. & recordor alibi scripsis-

18 se, maximè si pa'am data sit pecunia † & coram testibus, quia cessat omnis suspicio, & sic limitatur l. 3. §. lege iulia ff. de testib. pulchrè Carroc. in tract. de locat. & conduct. fol. meo 18. n. 38. q 6. ex Archidiacono ĩ c. qui rectè, 11. q. 3. Bal. in c si nu. 11. de appell. Iacob. de Beluis. Addit. ad Roma. Cott & alijs, & p eundẽ Surd. n. 52. vbi ait quòd licitum est cuiq;

19 vt redimat se à vexationibus † dare pecuniã testi pro testificatione faciẽda, & per tradita à Guid. Papa decis. 68. n. 6. vbi quòd testes licet in lucro testes esse non debeant, attamen officium non debet eis esse damnosum, l. sed & si quis ff. quemadmod. testam. aper. subdens quòd

20 quoties esset testis vnus laborator, † vel mercennarius, aut alij, qui quotidie lucrantur eorum dietas, quòd de iure deberent eis solui salaria qualibet die vltra illas expensas, de quibus ipse tractat, & ita dicit esse stilum, & vtimur sic omnes, nam sit depositum multoties pro dietis testium, vt veniant ad depo-

21 nendum. ¶ Sic de Delegatis Papæ † qui eo ipso quod de domo exeunt, habent expensas victus subdit ipse Gratianus nu. 8. per tex. in c. cum ab omni de vir. & honest. cleric. Canonistas in capit. statutum §. insuper de rescript. in 6. Specular. & alios, Sicut de Legatis, Nuntijs, Visitatoribus Apostolicis, nu. 9. Pedamont. decis. 45. nu. 16. Abb. in cap. procurationes nu. 4. de censib. intelligo, quo ad hos Visitatores, vt tantummodo habeant victualia, quæ erunt ministranda moderatè pro temporis tantum necessitate, non vltra prout est dispositum de

22 Episcopis † qui dum eorũ munus exercent non exigunt à Diœcesanis impensam. sed tantum alimenta, vt declarat idem Gratian nu. 15. cum seq. post Abbat. Butr. Mandos. Surd. Ioann. Andr. Geminian. Soccin. & per textum Sacrosancti Concilij Tridentr. cap. 3. de reformat. sess. 24. & siquid remanserit in mensa de dictis esculentis tum, visitantis, & eius famulorum, erogetur in pauperes, nec ad domos transportetur ex eod. Geminian. in cap. 2. §. procurationes nu. 7. de censib. in 6. & ex ijs, quæ tetigi in materia esculentorum infra cap. 51. in 9 obseruantia; Est verum quòd vbi in locis adest consuetudo, vt vel pecunia taxata, siue victualia soluantur, vel quid simile pro d. cta visitatione, tunc seruanda est, vt ipse Dom. Gratian. subdit, nu. 18. 19. per cap. exigit de censib. in 6. consil. Tridentr. vbi supra. ¶ Curabit tamen Iudex, omni-

23 nisque alius Delegatus † & armorum Capitaneus petere moderatos sumptus non delicatos, sed quales domui suæ facere consueuit, prout vidimus, & audiuimus plures in Regno de hac re lamentationes, & ita est text. in cap. t de sequestr. possess. l. sed etsi hæreditas §. t. ff. ad exhibend. & ibi gloss. Salicet. in l. quoniam nu. 2 C. de testib. cum similib. apportatis per eundem Dom. Gratian. loco citato, nu. 4. vbi subdit nu. 5. quòd

24 † si ab vno recipit vnius diei prouisionem siue dietam, nõ potest mox, nec debet ab alio recipere pro eadem die ex Vitalin. in Clement. ad nostram nu. 48. de censib. Franch. in cap. fœlicis num. 2. eod tit. in 6. & ita seruatur in Regno, nã Delegatus non potest percipere duas dietas à diuersis, licet quandoque fuerit dispensatum, vt possit ob excessiuos labores in assistendo, in capturis informationum, & vt citius Delegati expediantur,

tur, ne diu in locis moram trahant, & ita
obseruasse nonnullos Armorum Capita-
neos in hoc Regno. & Delegatos sed suo
loco dicam de hoc & vide infra in c. 52.
Regis Catholici Ferdinandi, tom. 7. ¶ Et
hoc quātū a † supradictas personas, qui-
bus ministrantur dicti sumptus, expen-
sæ, vel victualia, & similia, sunt etenim
25 aliqui officiales † quibus nihil compe-
tit in sumptus, vt considerat idem Dom.
Gratian. à num. 10 cum plurib. seq. qui
exemplificat in Ordinario, Conserua-
tore, Delegato ad vniuersitatem caus-
sarum, Barricello misso ad purgandum
prouincias hominibus improbis, Præ-
side, qui eius sumptibus visitat Prouin-
ciam (per ea, quæ dixi supra eod. cap.
21. versic. si ergo, n. 54. & 55.) ex Bal. in
l. obseruare ff. de offic. proconsul. Isern.
& alij, de quib per Surd. d. tract. de ali-
ment. tit. 1. quæst. 65. Gratian. num. 13.
qui tenent contra Canonistas in cap.
cum venerabilis de censib cum quibus
& ego teneo pace tantorum virorum,
26 quia Dominus Prorex † in Regno, quan
do facit visitam, non intelligitur eius
sumptibus facere, vt in d. cap. 21 immo
datur tunc eidem maius subsidium pro
sumptibus tantum viri, in cęteris vero ad
hospicium publicū diuertere debent,
non ad domos priuatas, arg militum,
qui mittuntur per comitatum, vt per
Angel. in §. nulli Auth. vt Iudic sine
quoque suffrag. arg. eorum, quæ dixi-
mus de positis dandis supra in cap. 15.
num. 62. cum seq. vbi facio mentionem
de alio cap. 19. Regis Iacobi, tom. 1. &
ibi à nu. 1. 2. cum plurib. seq. discussi
de hoc.
27 An autem instantia † caussarum de-
beat suspendi circa negotia Ambascia-
torum, maximè si tales electiones essent
procuratæ, vide Roman. singul. 591.
Tu habes, quem sequitur Io. Ant. Bo-
sellus vbi supra ad Statut. Parmæ, tit. de
modo, & forma electionis Ambassiato-
rum, ibiquè etiam vide aliqua in mate-
ria. & faciunt quæ tetigi superius n. 6 &
seq. & suo loco latius dicam infra in
cap. 198. Regis Caroli præsertim li-
mit. 1. Tom. 8.

M. Muta.

De duo offitia habentibus. *Cap. XXVIII.*

ITem quòd nullus habeat duo offitia in domo Regia. Placet Regia Maiestati.

POsui infra in cap 32. Inclitij Regis Ioannis, vbi adduco plures contextus concordantes. & extensiones, & ibi memini de hoc in versic. amplia vltra extensiones, tom. 6.

Quòd rescripta intelligantur, iuribus alterius semper saluis. *Cap. XXIX.*

ITem quòd omnia, & singula priuilegia, cuiuscumque gratiæ, & concessionis sint, fiant sub debita, & antiqua forma, & si fortè aliquæ clausulæ formæ contra formam iuris fuerunt appositæ sub quacumque forma priuilegijs factis, aut ponerentur de cætero in priuilegijs faciendis, intelligatur in eis, iuribus alterius semper saluis, & quòd habeantur pro nullis, & Iudices teneantur secundum eas iudicare, videlicet secūdum iuridicam, & dictam debitam, & antiquā formam. Placet Regiæ Maiestati.

DIc vt supra eod. in cap. 22. versi. declara primo, nu. 44. cum seq. & ibi vide concordantes textus circa iura alterius salua, & intacta.

Quòd

Quòd non concedantur offitia, nec beneficia viuentium. *Cap. XXX.*

Item quòd nulli, cuiuscumque condicionis existat, concedantur, nec concedi debeant officia, nec beneficia personarum viuentium, & si aliqua concessio de prædictis facta fuerit, quòd sit nulla. Placet Regiæ Maiestati.

S V M M A R I V M.

Viuentis de successione tractare, tristissimi est euentus, nu. 1.
Captatoria voluntas, & desiderium prohibetur ibid.
Beneficia viuentium, siue vacatura conferri non possunt ibid. amplia nu. 2. 3. 9. 10. 11. limita, nu 12. 18. 19 20.
Offitia viuentium, siue vacatura impetrari non possunt, ibid. amplia, nu. 2. 3. 9 10. 11. limita nu 12. 18. 19. 20.
Beneficiorum, siue officiorum viuentium concessio nec valet post mortem eorum, num. 2.
Prabenda vacatura concessio non valet, ibid.
Beneficiorum, siue officiorum cõcessio post mortem talis, si fiat, & concessio ipsa per alium modum vacauerit, non valet, num. 3.
Clausula si non valet vt ago, valet, vt valere potest declaratur, & limitatur quando non est apposita, nu 4 infeudationibus, nu 5 quãdo procurator fecit quid vt nuncius, nu 6 vel quando Pater dedit in testamento curatores eius filijs pupillis, nam non valet in vim dationis tutoris, nu 7.
Clausula si non valet, vt ago, valeat, vt valere potest, si non est apposita, non intelligitur, ibid.
Procurator si aliquid fecit, vt nuntius, non valet vt procurator, nu. 6.
Pater si dedit in testamento filijs suis pupillis curatores, non valebit in vim dationis tutoris, nu 7.
Curator habet se ad minus respectu offitij tutoris, ibid. & nu. seq
Tutor, idest Curator quandoque, nu. 8.
Beneficium, vel offitium viuentis si quis habuerit per nominationem patroni, nõ valet ipsa nominatio, nu 9.
Ius Patronatus habens non potest nominare in beneficio viuentis, ibid.
Beneficij viuentis collatio non valet, esto quod Episcopi consensus interueniat, num 10.
Beneficij vacaturi concessio, vel promissio facta à Papa nec valet, etiam motu proprio, nu. 11. sed vide nu. 24.
Papa præsumitur eius intentionis esse vt nolit contra iura disponere, ibid.
Offitium viuentis vel vacaturum si est per Regem concessum filio illius, qui id tenebat, valet concessio, nu. 12.
Offitia, & beneficia intelliguntur esse personalia, nec transitoria ad alios, n. 13.
Rex Ferdinandus solebat officia continuare in filios officialium, & parentes, & quando, ibid.
Pater desiderat quæ sua sunt, ad filios peruenire, num. 14. cum seq.
Filios habens melius est eos instituere quàm Ecclesias, nu 15.
Filiorum amor, ac dilectio maxima, n. 16.
Patres semper præsumuntur regulariter thesaurizare filijs, nu. 17.
Beneficia viuentium siuè officia possunt per Principes de plenitudine potestatis concedi, nu 18.
Officia, vel beneficia viuentium possunt per iura feudorum concedi, nu 19.
Beneficium, vel prabendam vacaturam potest S. Pontifex concedere, nu 20.
Beneficium concessum si sit duobus, præfertur primus, esto quòd hora præcesset, nu. 21 esto quod secundus acquisiuerit possessionem, num. 22. & an debet prouideri de alio primo, num. 23. cum seq.
L. traditionibus C. de pactis, fallit in beneficialibus, nu. 22.
Beneficium vni collatum, si Papa alterì conferet, an teneatur prouidere primo de alio æquè bono, nu. 23. cum seq.
Papa in collationibus beneficiorum habet plenitudinem potestatis, & potest ad libitum

libitum reuocare, & infringere, nu.24.
Episcopus non potest transferri inuitus absque rationabili causa, nu. 25.
Abbas non potest sine rationabili causa inuitus transferri, ibid.

TEXTVS huius cum concordantibus memini infra in cap.73. Regis Serenissimi Alphonsi tom.4. ita
1 ctare nāque † dē successione viuentis, res est tristissimi, ac periculosissimi euentus l.fin. C. de pact. Pedamont. decis. Gugliel. de Benedict. de quibus sentit Dom. Surdus consil. 574. nu. 15. vol.4. vbi refert post Andr. de Ysern. cognitum fuisse ab experto tempore Regis Siciliæ quantum periculosum sit illis, quorum mors captatur, & expectatur, & ex pluribus detestatur hanc morem; cap.2.& fin. de concess. præbend. ita post Dec. Lap. Rebuff. Franc. Rot. Lucens. ait Marc. de Amatis decis.4.nu.7. cum seq. & est textus Sacrosancti Concilij Tridentini de reformation. cap. 19. sess.24. vbi expressè tollit dispositiones, & gratias ad vacatura beneficia, & officia.

In tantum hic extendit Fimia in eius
2 adnotationibus † vt nec habeat effectū post mortem per text. in l. scire oportet §. quoniam, versic. non detineri, ff. de excusat. tutor. latè Andr. Barbat. cons. 43. vol.3. ideoque præbendarum vacaturarum non valet concessio, ex quo huiusmodi concessiones tristissimos parturiunt euentus, maximè quia præbendæ frequentius petuntur, vt ait Petr. de Gregor. in tractat. de cōcess. feudi part. 1. quæst. 3. nu. 5. & seq. qui annuit de hoc cap. cum concordantibus, nu. 9. per cap. 2. de concess. præbend. vbi ad illam frequentiam importunam processit inhibitio Concilij Lateranensis.

Extendo secundo ex mente Domini Don Garsiæ Mastrilli ad eundem Petr. de Gregorio de concess. feudi d. part. 1.
3 d.q.3. sub littera A. quòd si † concessio fiat post mortem talis, & concessio ipsa per alium modum vacauerit, non valeat, ita ex Andr. in §. moribus, si de feud. fuer. controuers. cap. susceptum, de rescript. in 6. Loffred. cons. 43. nu.22. & allegat etiam Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 11. quia expresso vno modo vacationis, non venit alius ex Io. Franc. de Pont. cons. 3. nu. 13. in feudalibus, & idem ait esse in confirmationibus in forma communi ex eisdem Camer. Loffred. Andr. & Ann. locis per eum allegatis;
4 & consequenter non est locus regulæ † si non valet, vt ago, valet, vt valere potest, vt hæc regula benè declaratur per Bart. qui distinguit in l. 1. §. eum qui ff. de constit. pecun. & per eas illationes, quas feci in cap. Rir. 101. nu. 24. & 40. d. tom. 4. tanto magis quando hæc similis clausula non esset apposita, quia non intelligitur, vt vult Dec. in l. in cōtrahenda ff. de regul. iuris sicut dicta regula
5 fallit in feudalibus † vt dixit idem de Ponte in d. cons. 3. nu. 10. ex Camerar. in cap. imperialem. fol. 100. vt in alio proposito videmus etiam dictam regu-
6 lam fallere † quando procurator fecit aliquid tamquam nuncius; non enim valebit, vt valere potest, & sic vt nuncius, scripsit idem Bartol. in l. hactenus ff. eod. tit. de constit. pecun. Eodem mo-
7 do videmus † quando pater dedit in testamento curatores eius filijs pupillis, quia non valebit in vim dationis tutoris; ratio est, quia habet se ad minus respectu officij tutoris, ita post text. egregium in l. tutores §. 1. ff. de administrat. tutor. & per tradita à Paulo de Castro in l. proximè, ff. de his, quæ in testam. delent. Iason. in l. 4. § si quis ita, sub nu. 16. ff. de verbor. obligat. vbi subdit alias fallentias ad hanc regulam; Econ-
8 tra tamen quòd exponatur curator † idest tutor, vide eundem Iason. in l. quoties col.2. ff. eod. quia vnum pro alio sæpissimè in iure ita accipitur, prout ibidem per eum per text. in l. pater Seuerinam §. conditionum verba ff de condit. & demonstr. & per text. & ibi Bart. & alios in Auth. Vt hi, qui obl. res haber. proh. §. 1. & ibi gloss.
9 Extendo tertio adhuc procedere † esto quòd v. g. aliquis esset nominatus per Patronum ad tale beneficium viuentis, quia nec valet ipsa nominatio, ita Amatus d. decis. 4. col. 2. & 3. etenim nō potest patronus promictere præsentationem ad beneficium vacaturum; nec alteri dare potestatem præsentādi, cum vacabit, sicuti enim collator non habet hanc conferendi potestatem, sic nec patronus, ex Abbat. Roman. cons. 465. Paul. de Citadinis de iure patronat. part. 6. art. 3. versic. 11. quarto, Lamberteng. Cassiodor. Rolland. & alij per ipsum Amatum adducti, nu. 8. 9. 10. 11.
10 Extendo quarto etiam si Episcopi † consensus consensisset, quia non valet, Abb.

Abb. in cap. quia constitutus num. 4. de
conceß. præbend. Amatus d. col. 3. ex La-
po. Allegation. 84. nu. 7. Rebuff. Gemi-
nian. & alijs.

Extendo quinto etiam si concesſio,
11 vel promiſſio esset facta à Papa † quia
non valet, vt scripsi in d. cap. 73. Regis
Alph. nu. 5. esto quòd esset facta motu
proprio vt per eundem de Amatis loco
citato num. 12. cum seq. vbi ait non esse
intentionis Summi Pontif. velle benefi-
cium conferre, quod de iure communi
conferre non posset, sed potius eius in-
tentionis esse præsumitur, vt nolit con-
tra ius commune disponere, Alex. de
Neuo cons. 49. nu. 3. Affl. & Alij per eum
allegati nu. 13. 14. 15. & seq. ex Cephal.
cons. 90. Crauet. cons. 5. sed vide quæ
subdam inferius, nu. 20.

Vltra tamen illas limitationes quas
adduxi in d. cap. 73. est quòd si v.g. con-
12 cessio † officij, siue beneficij esset facta
filio illius, qui illud tenebat per Regẽ,
vel alium, tunc concesſionem tenere
dixit in indiuiduo Gugliel. de Perno
cons. 4. & istud est quod dixi, quod so-
lebat facere Rex Ferdinandus supra in
cap. 9. Regis Caroli, versic. & sic tom. 8.
13 vbi quòd licet officia † sint personalia,
prout ita intelliguntur ex Bart. & Ad-
ditione ad eum in l. tutela ff. de tutel.
adeo vt nec transeant ad hæredes. vt per
Nicol. de Neapoli in l. 1. ff. de fideinstor.
tamen Catholicus ipse Rex noster Fer-
dinandus continuabat ad hæredes, &
maximè filios officialis, siue mortui, siue
viuentis, prout in parlamentis multo-
ties tales obtinentur gratiæ ob merita,
& seruitia, vt per Petr. de Gregor. de
conceß. feudi parte 1. quæst. 14. in fine,
& dixi supra in cap. 35. Regis Iacobi in
1. intellectu, tom. 1. præsertim quando
filij sunt eiusdem qualitatis, cuius erat
pater, quia subrogatus in officio, sic
esse debet, vt ipse de Gregor. concludit,
nu. 137. ex Bald. Iason. Iacob. de Nigris,
Becc. & Rebuff. Pern. & Fulgos. vbi supra
& consilio 2. & in l. fin. ff. de constit.
Princip. qui locuntur in beneficijs, &
gratijs, in quibus quandoque personas
concesſionariorum egrediũtur, ratione
quia cessat captandæ mortis voluntas,
propter strictisſimam sanguinis coniun
ctionem, etiam accedente maximè con-
sensu patris, cuius desiderium est natu-
14 raliter quæ sua sunt † ad filios perue-
nire, allegat eius Magistros Salicet. &
Raphael. Fulgos. vt dixi supra in conclu
sione capitulorũ Regis Iacobi, n. 11. tom.
1. in l. fin. C. si cõtra ius, vel vtil. public.
& in d. l. fin. C. de pact. cũ concordãtibus,
eam namque charitatem, quam quis-
que ipsimet desiderat, optat etiam, &
filijs l. sicuti, & l. seius vbi Bart. ff. ad
Senatusconsult. trebellian. intantum, vt
consultus Diuus Augustinus de eo, qui
volebat Ecclesiam instituere, & filium
15 exhæredare † respondidit, alium quæ-
rat sibi consultorem, quãm Augustinũ
capit. fin. 16. q. 4. gloss. in l. Papinianus §.
1. ff. de inoffic. testam. cap. 5. ad Thimot.
& ex Bald. cons. 22. vol. 3. sub nu. 1. per
l. si quis ad declinandam, & ibi gloss. C.
de Episc. & Cleric. Surd. cons. 473. n. 43.
vol. 4. idem B. Augustin. in epistola ad
Ediciam, vbi increpat eam habentem
filiũ, quæ maiorẽ tamen suarum fortu-
narum partem in eleemosynas profudis
set, Andr. Tiraquell. latè in l. si vnquã
in verbo libertis, nu. 19. & seq. C. de re-
uoc. donat. Benedict. in cap. raynutius
part. 1. versic. in eodem testamento, il
primo. nu. 139. extr. de testam. & memi-
nit de hoc dicto Augustini, Anton. Go-
mezius ad l. 8. Tauri, num. 4. ea omnino
16 ratione, quia amor, † ac dilectio filio-
rum maxima sit (saltim, quoad legiti-
mam illis relinquendam) vt in propo-
sito sic Baldum intellexerunt, Dec. &
Alex. in l. licet C. de pact. & cons. 236.
col. 5. & in l. generaliter, nu. 7. C. de in-
stit. & substit. Curt. Iunior cõs. 35. Curt.
Senior cons. 84. col. 2. Tiraquell. in d. l. si
vnquam in verbo, donatione largitus,
nu. 326. de quibus per Marcum Anton.
ex Comitibus ad scholia Baldi cons. 22.
& per ea, quæ pono infra in cap. 46. Re-
gis Catholici Ferdinandi versic. & pro-
17 pterea, d. tom. 7. vbi quòd patres † sem
per præsumuntur thesaurizare filijs, sic-
que procurant totis viribus, addo Surd.
d. cons. 473. vol. 4. Ferdinand. Boniorn.
in causa Buccherij versic. nono dispo-
nit, lib. 2. feudalium, Apostol. ad Cho-
rinth. cap. 12. cap. cum Apostolus, §.
prohibemus de censibus, Gomez. in l.
Tauri. 7. nu. 4. quamuis quandoque ali-
qui sint patres, qui maligno animo, &
intenso odio filios prosecuntur, l. non est
ff. de inoffic. testam. Ioseph Ludouic.
decis. 21. nu. 57. quod est contra dictam
ordinatam charitatem, & prout multa
similia addidi in d. cap. 46. Regis Fer-
din. loco citato.

Limitat præterea idem Gugliel. de
Perno loco citato col. 2. hoc non proce-
18 dere † quando Princeps de plenitudine
potestatis absoluta orta ex illa corona-
tione

tione facta Regibus, vt dixi supra cap.
8. in principio, qui est supra legem, le-
gibusque solutos, tales concessiones fe-
cerit, nam licet de iure non valeat,
attamen valet isto casu, ex quo non in-
ferior, sed superior facit, allegat Præ-
ceptorem suum Salycet. in d. l. fin. C. de
pact. Innoc. in cap. 12 de concess. præ-
bend. & faciunt quæ dixi in declaratio-
ne Conluet. Panormitanæ, n. 53. fol. 247.
Limitat insuper prædictus Gugliel.
de Perno in d. col. 2. propè mediū quod
19 licet supradicta sint vera † nihilominus
per iura vsuum feudorum potest fieri
huiuscemodi concessio, ita in tit. qui
successor teneant. vbi idem Pern. ad
Ysern. ad imargines, & sic posui supra
in c. 35. Regis Iacobi sub vers. quatenus
vero tom. 1. vbi latè de hac limitatio-
ne discussi presertim, n. 83. & isto modo
erat materia consilij, super quo ipse de
Perno consuluit, nam agebatur de qua-
dam concessione gabellæ Regiæ pisca-
tionis fluminis terræ Leocatæ.
Limitatur etiam secus esse in Summ.
20 Pontif. qui † vt ait hic etiam Fimia po-
test simpliciter præbendam vacaturam
constituere per text. in cap. 1. de concess.
præbend. & per ea. quæ scripsi in d. cap.
72. nu 8. sub Rege Alph. in tantum vt si
ipse concesserit in tali diœcesi præben-
dam, quam duxerit acceptandam, &
postea alij concessisset specialiter in
vna Ecclesia illius Diœcesis, ille secun-
21 dus † non præfertur ex Bart. in l. si do-
mino, nu. 1. ff. de legat. 1. sicut ita est or-
dinariè, & regulariter, vt beneficia col-
lata duobus si essent, semper præfertur
primus, vide Nicol. de Neapoli in l. si
duas ff de excusation. tutor. quæ lectura
habetur post Bart. ibid. etiam si præce-
deret in hora secundum gloss. in c. duo-
bus de rescript. in 6. quā refert, & sequi-
tur Afflict. decis. 387. si vno & per glos. in l.
si ex pluribus, § fi. ff. de solu. glos. in c. si
à sede, verbo, appareat, de præbend in 6.
licet glos. ibi dicat quòd nō sit in vsu ap-
ponere horā in rescriptis, immo in tātū
præfertur primò obtinens beneficium,
vt etsi, quòd secūdus acquisiuerit de co-
22 possessionem † non tamen sequitur, vt
præferri debeat, sed primus, ratio est
quia in beneficialibus non requiritur
traditio cap. Capitulum S. Crucis, &
ibi gloss. & omnes de rescript. cap quia
cunctis, & capit. si tibi de præb. in 6. d.
cap. duobus de rescript. in 6. Crauett.
cons. 76. nu. 1. Iason. in l. quoties sub nu.
12. C. de rei vendicat. & est vna de plu-
ribus fallentijs, siue limitationibus;
quas adnotaui ad l. traditionibus C. de
pact. Immo casu quo S. Pontif. conferret
23 beneficium alicui † & postea de pleni-
tudine potestatis illud sibi auferret, ac
alteri concederet, teneatur prouidere
primo de æquè bono beneficio, vt post
Bald. in cap. 1. §. adhoc, col. 7. de pac.
iuram. firmat. in vsibus feudorum, & ibi
gloss. & dicit Bald. esse hoc notabile di-
gnum sequitur Iason. in d. l. quoties, nu.
13. & ibi Additio, & licet ipse Dominus
Iason dicat hoc dictum nullibi à Docto-
ribus inueniri reprobatū, & subdat prop
terea quòd ipse hoc nō credit esse verū,
24 ratione quia † S. Pontif. in collatione
beneficiorum habeat dictam potestatis
plenitudinem per cap. proposuit, de con
cess. præb. in 6. cap. si Papa de priuileg.
in 6. Clement. 1. nelit. pend. & conse-
quenter subdat ipsemet Dominus Iason
quòd possit Papa ad libitum reuocare
per notata in capit. per principalem
9. q. 3. Clement. dudum §. verum de
sepultur. vbi plus disponitur tantam
esse plenitudinem potestatis Papæ in
spiritualibus, & in beneficijs, vt ne-
dum collationem à se factam, verum
etiam, & quæ per alios facta est, infrin-
gere possit, & reuocare, & per ipsum
Iason. ex Ludouic. Roman. cons. 298.
col. 2. addo Abbat. in cap. constitutus
col. 3. de relligios. domib. vbi dicit
quòd tempore suo fuit statutum in Con
25 cilio Basiliensi † vt neque Episcopus,
neque Abbas possit transferri inuitus
siue rationabili causa, & in capit. fin.
de postul. Prælat. in fin. qui dicit hoc
iddem fuisse statutum in Ciuitate Pisa-
rum in Concilio, cui præfuit Alexan-
der Papa, tamen, vltra quòd ipse Iason
illud non ponat pro constanti, sed cogi-
tandum reliquerit, cum eodem Baldo
superius citato tenuerūt Innoc. & Ioan.
de Imol. in cap. nisi cum pridem, de
renunt. Ioann. Andr. in regula, quòd
ob caussam, de regul. iur. in 6. in Mer-
curialib. Ludouic. Roman. cons. 245.
Omnipotentis, Cardinal. Zabarell.
consil. 150. Quæsitum fuit, Paris. cons.
11. num, 78. lib. 1, & Iacob. Menocch.
ad eundem Iasonem in litera F. beneue-
rū quòd si præmoritus ipse Papa, ante-
quā expectatiuæ, v. g. Canonicatuū ve-
nerint, expirat cōcessio, nec successor te-
netur seruare, sic Felix de Gregorio loco
citato, num. 12. 13. 14. & 15. per gloss.
& DD. in cap. si cui de præbend. in 6.
Marius Muta.

Confirmatio generalis supradictorum Capitulorum irreuocabilis. Cap. XXXI.

VLtimò, sua dignetur benigna Maiestas, omnia, & supradicta maturè, & prudenter ordinare, & ordinata executioni debitæ mandare, ita quòd ordinatio, & executio sit iusta, & generalis, nec deinceps reuocetur, aut impediatur per aliquem cuiuscumque conditionis; Quòd si aliter fiat, liceat Vniuersitatibus resistere, vt Regius honor conseruetur, & sua ordinatio non sit elusoria. Placet Regiæ Maiestati, sed quòd resistentia non fiat, cum non sit rationabile; verum quòd puniatur contrauenięns, & ordinans. Et hæc omnia Regali iuramento, eiusque Consilij approbatione confirmentur. Dat. in Ciuitate Syracusæ, die tertio Octobris, vij. Indic. Anno Domini 1398.

SVMMARIVM.

Capitula Regni debent executioni mandari, & non reuocari. nu. 1.

Capitula Regni si impedirentur executioni mandari per quoscumque officiales, liceat resistere, ibid.

Capitula Regni sunt confirmata iuramento per Regem, ibid.

Capitula Regni sunt in viridi obseruantia, & si in aliquo derogentur, debent ad pristinum statum reduci, nisi per alia capitula sit facta derogatio, nu. 2. & seq.

Capitulis Regni non possunt Officiales contrauenire in quacumque dignitate sint, aliàs incurrunt poenam, nu. 3.

Capitula contra Regni si essent prouisiones obtemptæ, sunt nulla, tamquam per importunitatem, ibid.

1 TRia determinantur, vnum scilicet, quòd Capitula † hæc Regni executioni mādentur, nec reuocentur, Alterum quòd liceat resistere, casu quo per quemcumque Officialem executioni mandari impedirentur, Tertium, & vltimum; quòd hæc capitula sunt confirmata cum iuramento per Regem, de quibus omnibus tribus determinationibus vide quæ dixi supra in cap. 261 Regis Federici, tom. 2. prope principium, est verum quòd hic me remisi circa hoc de confirmatione Capitulorum, prout in centum & mille capitibus sic reperies, & supra in cap. si. eiusdē Regis Federici d. tom. 2. & dicam latius infra in cap. 1. Regis Ferdin. in 2. not. ibi, Oritur hinc, tom. 7. & de obseruantia vide etiam cap. 476. Regis Alph, tom. 5. vbi † quòd sint in viridi, & si in aliquo esset eis derogatum, reducantur ad pristinum statum, semper in fauorem Regni, & cap. 481.
2 482. & 516. per quod clarius habetur, vt omnia Regni Capitula hactenus concessa per Regiam Maiestatem, sint confirmata, & de nouo concessa, & si in aliquo illis fuisset derogatum, aut aliqua facta esset interpretatio, declaratio, vel modificatio contra verba, vel ipsorum capitulorum, iuramento Regio firmatorum, mentem, nullo modo ex hoc intelligatur facta derogatio ipsis, nisi quatenus per alia capitula eiusdem Regni esset facta modificatio, vel reuocatio; Immo (vt pulchrè in materia derogationis, vel dispensationis dico infra in capit. 418. Regis eiusdem Alphonsi similiter in d. tom. 5.) debeant illæsa seruari, semperque sint in viridi obseruantia; omnisque Officialis quantacumque fulgeat † dignitate, siue potestate, etiam suprema, si forte contrauenisset, vel
3 tentaret quid contra ipsa capitula, ipso iure, statim, & incontinenti pœnam florenorum mille incurrat, & quarta pars possit applicari denuntiatori tantum proprium interesse prætendenti, & plus etiam disponitur in d. cap. 516. quòd prouisiones obtemptæ, etiam per Regem. vel M. R. C. & alios Officiales superiores contra ipsa Regni Capitula, sint nulla, tamquam per importunitatem impetratæ.

CON-

CONSTITVTIONES,

ET PRAGMATICÆ SANCTIONES,

Editæ per Dominos Reges Aragononum, & Siciliæ Patrem, & Filium, & Dominam Reginam Mariam vxorem Regis Siciliæ,

In sacro eius Concilio Generali, & Consistorio apud Ciuitatem Cathaniæ.

MARTINVS Dei Gratia Rex Aragonum, & Martinus, & Maria eadem gratia Rex, & Regina Siciliæ Athanarum, & Neopatriæ Dux, & Ducissa, & eius Regis, & Regni Aragonum Primogenitus, & generalis Gubernator, & in dicti Regni Siciliæ, ac Ducatuum prædictorum regimine, & Solio omnes tres consedentes, & conregentes, & conregnantes, Superna dispensatione propitia Regis Regum, per quem viuimus, & regnamus, cui omnes actus nostros offerimus, & quicquid agimus, imputamus, Regnum nostrum Siciliæ, quod funestus Mars guerrarum discriminibus turbauit, huc vsque iam per lustrum tranquilla pace componere, vt noster sollicitatur instanter affectus, quem ad subditorum nostrorum emolumenta dirigimus, vt speramus, malitiæ, aut ignorantiæ nonnullorum subditorum nebula, & caligine dissolutis, qui mandatis nostris aliquoties negligebant, vt decet, obedire, eos ad debitam mandatorum reuerentiam dirigentes, iustitiæ terminos, grauaminibus amputatis, per quoslibet seruari disponentes, & alia, quæ Regni concernunt bonum regimen, confusionibus euulsis, matura deliberatione statuentes, præsentes nostras Pragmaticas sanctiones, quas inuiolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obseruari, duximus ordinandas.

INquantum hic dicitur de tribus Regnantibus, & conregentibus, ac gubernantibus, nempe Martinis, Patre, & Flio, & Primogenito, & Maria coniuge Regina, vt expressè etiam sic elt in rubrica, videas supra eod. in cap. 8. Regis huius nostri versic. limita, nu. 24. hoc eodem tom. & similia verba infra in cap. 49. siue pragmatica, & in multis capitulis hic inferius subsequentibus habemus locutionem ipsorum Principum in plurali, præsertim in cap. 32. ibi, nostrasque studeat informare Maiestates, & in cap. 52. & 53. ibi Martinus, & Martinus. Quo vero ad bonum regimen habes in cap. 315. & 313. Regis Alph. vbi allego similes, contextus infra tom 5. Fit igitur transitus per hunc Serenissimum Regem ad has infrascriptas duodecim pragmaticas sanctiones, siue Constitutiones, quæ subsequuntur.

PRIMA CONSTITVTIO.

Vt Regijs mandatis, & Officialibus pareatur cum effectu. Cap. XXXII.

DIVINIS quippe visionibus est notatum, transgressores mandatorum vlceribus, & terroribus percussisse Dominum dominantium, qui Principes statuit in terris loco sui, quorum præcepit à subditis custodiri mandata, cuius vestigijs inhærentes summi Principis, iuxta posse, hac sanctione, in dicto Regno perpetuo valitura, mandamus, vt vnusquisque, cuiussuis gradus, dignitatis, aut conditionis existat, nostra, aut Officialium nostrorum mandata recipientes in scriptis, vel sine scriptis facta, ea curent obseruare, & prosequi cum effectu. Verum, vt malitijs obuiemus subiectorum, si quid fortè in mandatis contineatur eisdem, quod verisimiliter appareat tacita fuisse veritate impetratum, mandata recipiens pareat reuerenter, ab executione tantum præiudiciali supersedendo mandatorum, nostrasque studeant festinanter Maiestates, per Nuncium, aut per litteras responsales, ipsasque consulendo, quid super illis sint executuri, à quo, secundum recipientes mandatum, illud effectualiter exequantur. Si quis verò ausu temerario contra nostram præsentem Sanctionem venire præsumpserit, graui se nouerit pœna feriendum.

SVMMARIVM.

Clausula, si preces veritati innitantur, habet solum locum in rescriptis Principum, non in alijs actis hominum, n. 1.

Regia mandata si sint impetrata tacita veritate, supersedetur in eorum executione, & consultatur cum Principe, nu. 2. cum seq. maximè in præiudicialibus, num. 13.

Consultatio fit cum Principe quando regia mandata sunt tacita veritate impetrata. ibid. & vbi apparet subreptio, nu. 5. & quibus alijs casibus, ibid. cum seq vsque ad nu. 13.

Executoria non concedi solent circa mandata, & rescripta tacita veritate obtempta, ibid. nec circa præiudicialia, num. 13.

Subreptio tunc apparere dicitur, quando Principi non fuerunt expressa omnes qualitates, quæ ipsum mouere poterant ad rescriptum concedendum, nu. 3.

Dispensationes sunt odiosæ, & non debet Princeps esse sic facilis ad eas concedendas, nu. 4.

Clausula, motus proprij, an & quando excludat subreptionem, ibid.

Subreptio non excluditur per clausulam, motus proprij, in præiudicium tertij, ibid.

Subreptio si apparet, fit consultatio cum Principe, num. 5.

Consultatio fit cum Principe in causis feudalibus, ibid.

Consultatio fit cum Principe circa offitiales priuandos, vel amouendos, n. 6.

Offitiales Regij non possunt priuari de offitio, nisi facto verbo Excellentiæ suæ, ibid.

Beneficia Principum licet eis inconsultis conferantur, tamen non, nisi facto verbo,

verbo, auferantur, ibid.

Consultatio Principis, & relatio fit in crimine haresis, nu.7.

Relationes debent fieri Principi in multis casibus, ibid. & nu. seq.

Consultationes venientes de Regno ad Principem, debent prasentari coram M.R.C. & teneri de eis introitum, nu.7.

Vota quando mittuntur ad Regem via recognoscendi in causis feudalibus, debet fieri relatio nu 9.

Consultatio semper fieri debet cum principe in omnibus quastionibus quas curia tenet, vel si nouus casus emergat, num. 10.

Consultatio debet fieri cum Principe quãdo derogatur Capitulis regni, nu. 11.

Consultatio fit cum Principe quando aliqua extrauagans est a iure dissona, num. 12.

Consultatio fit cum Principe quotiis ad est difficultas implendi praceptum superioris, nu.13.

Executoria regiorum mandatorũ possunt supesederi, & consultari cum Principe, quotiis essemus in praiudicialibus, ibid.

Consultatio quando fit cum Principe, interim supersedetur, & nil potest innouari, num.14.

Relatio si est facta ad principem, debet interim supersederi, nihilque innouari, ibid.

Rubrica ff nil nouari app. pendente ampliatur in relatione, & consultatione facta cum Principe, ibid.

REMICTO me ad ea, quæ latius dixi supra in cap. 116. Regis federici vers. in primis tom. 2. & supra hoc eod. tom. 3. in cap. 22. in versic. vltimum in ordine, nu. 38. vbi est pulchra materia circa mandata exequenda ac subreptionem, & consultationem Principi faciendam, cum similibus contextibus ibi citatis, & transeunt hic Boniornus, & de Gregorio ex DD. in auth. & C. de Mandat. Princip. & in l. 1. C. si quis ius dicenti non obtemper. & in cap. si quando, de rescript & in cap. 1 de offic. ordin. atque etiam de tacita subreptione impetrata, de qua memini in d. cap. 116. & de quo Principes vt plurimum aduertere solent ad supplicationes, si ita veritati

1 sint conformia, quæ clausula † nempe, si preces veritati nitatur, habet solummodo locum in rescriptis ipsorum Principum, vt ait hic dictus de Gregorio, & Boniorn. & non in alijs actis hominum, nec in contractibus, ex gloss. & DD. in l. pen. C. de trãsact. l. fin. & ibi Boniorn. C. de diuers. rescript. Canonistæ in cap. 2. eod pulchrè Bal. in d. cap. si quando col. 2. nu. 11. eod. tit. de rescrip. vbi multa ad propositum scripsit, & allegabilia. Et sic colligitur in hoc textu
2 quód quando mandata Regia † sunt impetrata tacita veritate, supesedetur in eorum executione, & consultatur cũ Principe expectando responsionem, maximè circa præiudicialia, & videbimus inferius sub n. 13. vt scripsimus in d. cap. 22. supra eod. d. versic. vltimum, & supplebo modo inferius aliquos casus, in quibus fit consultatio num. 5. cum seq. pluribus, & istud est, quod pulchrè tangit hic Boniornus ex Neuizan. cons. 12. inter consilia Alber. Bruni, qui dicunt hinc oriri illam petitionem, & instantiam factam per partes, vt non concedantur isto casu executoriæ rescripti Principis.

3 Subreptio vero † v. g. posset esse (vltra alios casus, de quibus diximus in d. cap. 116. sub versic. In primis, loco citato) quando ipsi Principi tacita veritate non exprimerentur omnes qualitates, quæ ipsum mouere possent ad rescriptũ concedendum, vt de Nostratibus scripsit Dom. Raymundus de Ramondettis in Allegatione pro Barone Passaniti contra venerabile Monasterium S. Placiti Cataniæ nu. 23. in meo, per cap. postulasti extra de rescriptis, &
4 maximè in dispensationibus, quæ sunt odiosæ † vt dicit Abb. Felinus, & alij
in d. cap. postulasti, & per ea, quæ latè 5
in sua materia dico infra in capit. 418. Regis Alp. post principiũ, & limi. 3. tom. 5. vbi hac de caussa scripsi quòd Princeps non debet esse ita facilis ad dispensationes faciendas ex Afflict. in constit. pœnam eorum sub n. 54. de bann. foriud. rub. 3. lib. 2. argu. l. nam ad ea, ff. de leg. 6
non obstante clausula motus proprij, quæ, etsi dixerim in d. cap. 116 num. 15. Regis Federici, quòd excludat subreptionem, tamen in præiudicium tertij non est verum, vt per Gozadin. cõs. 14. nu. 18. Curt. Iunior. cons. 142. num. 9. & cons. 174. nu. 20. Dec. cons. 407. n. 19. Ruyn. cons. 18. nu. 12. cons. 226 num. 15. consil. 228. num. 3. lib. 1. gloss. in cap. si

Roman.

Roma. de præbend. Hostiens. & Anchar.
in cap. causam il 2. de test ib. idem Ruyn.
cons. 116. num. 5. lib. 1. Soccin. Iunior
cons. 7. nu. 104. lib. 1. Alciat. respons.
162. nu. 6. Crauett. cons. 241. vol. 9. quos
refert, & sequitur Menocch. d. cons. 36.
nu. vlt. lib. 1. Aliter, vt tetigi nunc pau-
lo superius, fit consultatio cum ipso
5 Principe † vt etiam recordor posuisse
de nonnullis casibus in quibus ipse con
fulitur, præsertim in caussis feudalibus,
de quibus scripsi infra in cap. 540. Re-
gis Alph. versic. & ratio, & versic. & da-
tur modus, tom. 5. & per ea, quæ dixi
in capit. Rit. 169 sub nu. 36. tom. 4. & est
Constitutio Regni, hac lege, tit. vt post
renuntiationem libr. 1. vbi in his, quæ
Curia tenet, fit consultatio cum Prin-
cipe, & ibi Doctores Neapolitani, & in
constit. causas, tit. 42. vt Magistr Iusti-
tiarius, &c. Sic dixi supra in cap. 40 Re-
6 gis Iacobi n. 16. tom. 1. quòd Officialis †
condemnatus de conscientia Regis, non
potest amoueri, nisi facto verbo Excel-
lentiæ suæ, nã esto quòd beneficia Prin-
cipis inconsulto ipso Principe conferan-
tur, non autem auferuntur eo inconsul-
to, vt dicunt Matthæus de Afflicto, &
Ysernia in Constit. Regni, ea, quæ ad
decus, tit. 49. Quòd nullus Baro, lib. 1.
l. solent, § sicut autem, ff. de offic. Pro-
consul. l. finali, §. adeo autem C. vbi Se-
natores, vel Clarissimi. Sic videmus
7 in crimine hæresis † nam fit consultatio
& relatio Principi, idem Afflict. in con-
stit. hi, qui, num 15. & 18. tit. 51. de in-
quisitionibus, argumento eorum, quæ
dixi de relatione facienda in d. cap. Rit.
169. in 3. parte. & cum concordanti-
bus ibidem citatis, & præsertim in cap.
6. nu. 1. 2. & 3. eiusdem Regis Alph. eod.
tom. 4. vbi etiam addo quòd consulta-
8 tiones † quando veniunt de Regno, de-
bent præsentari in M. R. C. coram Ma-
gistro Notario, & teneri Iuliana, ex
Pragmat. 11. tit. 19. de offic. Magistri
Notarij, tom. 1. pragmaticarum & in d.
cap. 540. Regis Alph. sub d. versic. & da-
tur, vbi loquor de illa relatione facien-
9 da circa vota † via recognoscendi enun-
tia ad Sacram, & Catholicam Maiesta-
tem in ipsis causis feudalibus, addo
gloss. in constit. Regni, incipiente, in
quæstionibus, de Raptorib. Virgin. in
verbo, quòd si non, &c. & in d. Constit.
Hac lege, tit. vt post renunciationem
d. lib. 3. & ibi Marinus, & in d. constit.
Causas, tit. 42. vt magister Iustitiarius,
lib. 1. fol. 68. etiam si caussæ essent pas-
siuæ contra Fiscum, subdens idemmet
10 Marinus, quòd in omnibus † quæstio-
nibus, quas Curia tenet, vel si nouus
casus emergat, non potest procedi Re-
gia conscientia inconsulta, concordat
Const. Præsides, & c. quaternio, & l. benè
à Zenone C. de quad. præscri. ibi, ex iub-
sione nostra, &c. cum similibus iuribus.
11 Sic consultatur † cum sua Maiestate
Catholica, quando derogatur his Re-
gni capitulis, vt tangam remissiuè in-
fra in capit. 433. eiusdem Regis Alph.
d. tom. 5. Sic videmus quòd vbi proba-
12 biliter ignoratur † quòd aliqua extra-
uagans sit à iure dissona, Iudex non de-
bet secundum illam iudicare, nisi prius
consulat Principem, cap. pastoralis in
fine, vbi communiter * DD. de fid. in-
strum. Bartol. in l. cum prolatis, ff. de re
iudic. Dec. cons. 78. Augustin. Berous
cons. 92. nu. 18. 34. lib. 1. vbi quòd inte-
rim debet supersederi. Sic habes quòd
13 data † difficultate implendi præceptum
superioris, debet ipsi rescribi, textus est
in constit. Regni, Pœnam eorum, ibi,
ex locorum fortè distantia, vbi Affl. sub
nu. 82. rubr. 3. vt bannit. & foriudicat.
lib. 3. & sentitur hic in præsenti textu,
ibi, ab executione tantum præiudiciali
supersedendo mandatorũ &c. vbi quòd
si executio mandatorum regiorum est
præiudicialis supersedetur, & cõsultatur
cũ Principe, expectando ab eo secundum
mandatum, vt hic in fine, ibi, secundum
recipientes mandatum, & ita vtimur.
14 Et in omnibus casibus † in quibus
deberet fieri consultatio, siue relatio
ad superiorem, est interim superseden-
dum, prout in appellatione, vt posui
pro ampliatione ad rubricam, ff. nil
nouari appell. pendent, & interim ni-
hil est innouandum, ita post Speculat.
in tit. de remissionib. §. 1. versic. gene-
raliter autem, ait idem Matthæus de
Afflicto in Constit. Regni, inter mul-
tas, num. 10. tit. 83. de Offic. Magistri
Procuratoris Curiæ, lib. 1. Marant. de
ordin. iudic. 2. actu principali 6. part.
num. 10. fol. 554. per tex. in l. fin. C. de
relationib. & ibi Bald. Cardinal in cap.
intimasti, eod. col pen l. ex illo, vbi Bar.
Bal. & alij C. de appell. cum concordant.
per ipsũ Maran. qui infert quod iudex
non potest procedere ante consiliũ ha-
bitũ a iuris perito vt dicã infra in c 37.
Incliti Regis Ioannis extẽsione 4. tom. 6.
& ita in Curia Prætoris obseruauimus
Ann. 1615. scribendo suæ Excellentiæ
Messanæ existẽti ob eius recessum hinc.

SE

SECVNDA CONSTITVTIO

Quod iura Regalia, & quòd bona Secretiarum non possint alienari. Cap. XXXIII.

AD nihilum posset reduci quicquid multorum manibus contrectatur. Fisci ergo nostri volentes Regium custodire compendium, omnibus duximus declarandum, quòd Secretiæ membra amodo non intendimus alienare, seu per concessionem aliquam à Secretiæ modo quolibet separare gabellas. De fructibus verò, ac reditibus Regiæ Curiæ, propitio Domino, seruitoribus nostris, & benè merētibus, gratias faciemus speciales.

SVMMARIVM.

Demanialia licet non possint alienari per Reges, tamen in simplicem donationem possunt, & in Reginam, & Filios, nu. 1. cum seqq. non obstante priuilegio ne ipsa demanialia alienentur, nu. 6.

Rex potest demanialia donare filio suo ex authoritate Regia non obstante iuramento, nu. 2. 3. nec eget insinuatione, num. 4.

Donatio Regis facta filio de demanialibus, vel Reginæ non eget insinuatione, num. 4.

Reges satis amant eorum vxores Reginas, & eadem priuilegia illis concedunt, & consilia eorum cum eis participant, num. 5.

Alienare probibitus, an & quando possit portionem sibi obuenientē in extraneos alienare, num. 6.

Demanialia postquam sunt data per Reges filijs & Reginis vxoribus, possunt mox per eos alienari, & vendi, ibid.

Alienare probibitus potest in filium alienare, num. 7.



HABES scriptum supra eod. in cap. 1. propè principium, vbi latè dixi, puto quando bona demanialia nō possunt alienari, & quando sic cum concordantibus ibi adductis, & simpliciter transeunt hîc Nostrates, Boniorg. & de Gregorio, qui dicunt quòd non obstante quouis statuto, alienari non posse demanialia, prohibente, † attamen nō procedit in simplici donatione, nec in Reginis, & filijs, ex Oldrad consil. 95. per tot. incip. ex forma &c. tit. de donation. inter vir. & vxor. & cons. 90. & 97. & per Alex. in l. quamquam C. de milit. testam. nu. 3. vbi infert ex Bald. in cap. 1. §. item sacramenta de pac. iuram. firmat. quòd Rex † potest donare filio suo in potestate ob authoritatem Regiam, arg. l. gen. de donat. int. vir. & vxor. subdens quòd hoc est verū, dummodo exprimat se facere authoritate ipsa Regia, velex certa scientia hoc faciat, idem Alex. in l. centurio ff. de vulgar. & pupil. Fœlin. in cap. cùm non liceat, de rescript. vol. 5. idem Oldrad. cons. 208. & cons. 203. vbi quòd iuramentum Regis † de non alienando bona Regni, non tollit potestatem, quin possit donare eius filijs, vel vxori Reginæ, Io. Andr. in Addit. ad Speculat. tit. de instrum. §. porrò, versic. & nota, Fœlin. in cap. quæ in Ecclesiarum, de Constit. cum concordantibus. Immo subdunt dicti Doctores ex Oldrad. d. cons. 203. & 208. quòd nec talis donatio Regis † egeat insinuatione, Addit. ad Oldrad. quamquam, & posui infra in cap. 61. Regis Catholici Ferdinandi limit. 9. tom. 7. non obstante iuramento de non alienando, quia non videntur ipsi Reges intellexisse de vxore, & filijs tam secundum opinionem verisimilem, quàm ex necessitate, dilectione personarum, ma-

5 maximè Regum † qui magno fauore prosequuntur vxores, exquo eadem priuilegia, quæ ipsi habent, concedunt vxoribus Reginis, vt subdit ipse Oldrad. d. nu. 10. per l. Princeps ff. de legib. l. Fiscus ff. de iure Fisci, subdens quòd consil.a sua cum eis participant §. ad hæc col. 2. Auth. vt Iudices sine quoq. suffrag. & per tradita supra cap. 8. n. 28. & infra c. 66. in principio, tamquã quòd sint Reges ipsi nobiliores, & hac de causa tantò vxores suas diligunt, num. 11. arg. l. si vxor § 1. ff. ad l. Iul. de adult. cum simil. b. item & coniunctione, & multis alijs verisimilitudinibus Regalibus, quas recenset Oldrad. d. cons. 95. n. 7. 8. 9. 10. 11. Et perpetuò notandum dicunt dicti Boniorn & Gregorio quòd plures terræ habent in hoc Regno † priuilegium

6 ne possint vendi, neq; alienari, nec à Demanio segregari, & nihilominus non excluditur Regina, nec filij, ideoque potest eis donari, & per eos postea vẽdi extraneis arg. l. pater filium, §. quindecim ff. de legat. 3. & per ea, quæ dicit Paul. de Castro cons. 234. Additio ad Bart. in l. similia ff. de legat. 1. & per DD. in l. voluntas. & l. quoties C. de fideicomm. vbi quòd si testator reliquerat pluribus domum, & prohibuit quemlibet alienare partem suam respectu familiæ, licet non poterit portionem sibi obuenientem iure accrescẽdi alienare, poterit tamen alio titulo oneroso ad se obuenientem transferre d. §. quindecim & prout dixi in d. cap. 1. n. 16. 17. 53. Sic

7 videmus à simili quòd alienare † prohibitus, in filiũ alienare potest latè, Rimnald. Iunior cons. 15. in præsenti, lib. 1. vide Dec. cons. 23. cons. 38 cons. 513. cons. 584. cons. 635. cum seqq. Curt. Sen. cons. 45. col. 3. Ant. Rub. cons. 28. cons 53. Ludouic. Gozadin. cons. 52. cons. 102. Soccin. inter consilia Curtij Senioris, cons. 40. Iason. cons. 142. lib. 2. Carol. Ruyn. cons. 210. num. 8. cons. 119. cons. 122. cons. 125. lib. 2.

TERTIA CONSTITVTIO.

Quòd Regales præminentiæ obseruentur. Cap. XXXIIII.

SVbditorum nostrorum iura seruare cupimus sic illæsa, vt nostra non deseramus improuisa. Quapropter Regales præeminentias, & prærogatiuas antiquas, prout sunt nemora, salinæ maris, littora, iura lignaminum, aratorum, prærogatiuarum forestæ, & alia iura Regalia, ad culmen nostrum spectantia, illæsa ab omnibus iubemus obseruari.

REgaliarum præeminentiarum de materia latè discussi infra in cap. 456 Serenissimi Regis Alphonsi versic. & quia hic fit mentio cum multis ss. ibidem subsequentibus tom. 3.

QVARTA CONSTITVTIO.

Vt spiritualibus laici nullo modo se intromittant, Cap. XXXV.

IVRA tueri Ecclesiastica, & sacram religionem venerari, diuinis, & humanis astringimur statutis. Volentes igitur Ecclesiarum, & Clericorum iura prerogatiua ab omnibus illibata obseruari, hoc nostro iubemus edicto, vt nullus audeat secularis nostræ Maiestati subiectus, de spiritualibus se intromittere, nisi

nisi de speciali contingerit mandato nostræ Maiestatis; Contrarium vero attentantes graui faciemus pæna coerceri.

S V M M A R I V M.

Ecclesiasticis super caussis nullus secularis, nec Princeps potest se intromictere, sub pæna, num. 1. & seq. nisi de speciali mandato regio, nu. 3 cum seqq.

Ecclesiastica persona non debent secularibus negotijs se immiscere, nu. 2.

Rex Siciliæ potest in spiritualibus se intromictere vt Monarcha, num. 3. cum seqq. amplia num. 9. 10. declara, num. 19. 20. 21.

Monarchia Regis potest spirituales causas, & Ecclesiasticas personas cognoscere, etiam in causis criminalibus, & dispensatiuis, nu 4 cum pluribus seqq. vsque ad finem.

Vicereges habent modum procedendi dispensatiuè, & quibus casibus ibid.

Iudices seculares possunt punire clericos, & monacos ob priuilegium à Summo Pontifice eis concessum, nu. 5. & 6. 7. 8. & quomodo tunc dicantur iudicare, nu. 18. 19. 20.

Clerici, & Ecclesiastica persona possunt cognosci per iudices laicos, & quomodo ibid.

Papa potest dare priuilegium iudicibus Secularibus, & laicis cognoscendi Clericos, & Monachos, ibid & nu. 12.

Priuilegium præsumitur esse quando adest immemorialis possessio, nu 9.

Antiquissimum tempus, & immemorialis possessio præsupponit priuilegium, ibid.

Legatus natus in Regno Siciliæ habet Regiam Monarchiam, Rogerio primitus concessam, nu. 10.

Monarchia Regia semper competit Legato nato successori Rogerij ibid.

Papa concedens priuilegia Regibus nõ debet auferre, ne sit scandalum, ibid.

Papa potest commictere mero laico causas spirituales, & Ecclesiasticas, nu. 11. & potestatem excommunicandi, num. 12. ratio, nu. 18.

Excommunicandi potestas potest concedi per S. Pont. laico ibid.

Papa potest concedere laico ius decimandi, esto quòd sit spirituale, nu. 13. 14. 15. 16.

Decimandi ius est spirituale, ibid.

Decimarum appellatione noualia continentur, nu. 14.

Noualia, & decimæ sunt idem, ibid.

Decima potest donari per Papam laico, num. 15.

Decimæ ius potest præscribi à laico, non in totum, sed circa quotam, nu. 16.

Decimæ ius beneficiorum an crescat, vel decrescat, auctis, siue diminutis facultatibus, remissiuè, nu. 17.

Papa quando concedit potestatem laicis iudicandi in Clericos, tunc dicuntur illi habere iurisdicionem Ecclesiæ demandatam, nu. 18.

Papa potest concedere laicis potestatem iudicandi Clericos, etiam fœminæ, ibidem.

Papa potest commictere laicis cognitionem in clericos, præsertim circa subiectionem in particulari vnius Regni, vel Prouinciæ, nu. 19.

Rex semper nominat personas Ecclesiasticas cum voto M. R. C. aut aliorum Consiliariorum, circa cognitionem Clericorum, & causarum Ecclesiasticarum, nu 20. 21.

Monarchia cognoscit causas Ecclesiasticas gradatim, & quando ab ea appellatur, vel via grauaminis, solent Proreges dare Iudices Ecclesiasticos cum voto, nu. 21.

Iudices Ecclesiastici dantur per Proreges in causis appellatis à Regia Monarchia, & solent esse constituti in dignitate, ibidem.

Assessor, vel Consultor Iudicis Ecclesiastici esse potest etiam laicus, num. 22. cum seqq.

Assessoris votum nemo tenetur sequi, si non est æquum, ibid.

Assessoris officium est instruere rectè iudicantem in caussa nu 23.

Reges Siciliæ præstant eorum iuramentum per eorum Vicarios, & Ambassiatores, nu. 24.

Beneficia, & prabendæ possunt conferri per Vicarios Regum ad hoc destinatorum, ibid.

ADNOTAVI nonnulla supra eod. in cap. 21. & infra in cap. 511. Serenissimi Regis Alphonsi ampl. 2. tom. 5. vbi extendidi illã conclusionem (de qua ibi loquor, quòd caussæ Ecclesiasticæ laicis committi non possunt, sed tantum habilibus
1 Ecclesiasticis personis). vt † nec Princeps, neque vllus secularis possit super rebus ipsis Ecclesiasticis legem imponere, sed irrita, & cassa haberi ea omnia, quæ ecclesiastica iura non acceptant ex tactis ibidem, & suprà in cap. 40. Regis Iacobi sub versi. quandoque tom. 1. (vbi posui quòd si ecclesia habet castra, non ob hoc dicentur feudalia) quasi quòd Princeps secularis de rebus Ecclesiæ non se intromittat vt hic, & simpliciter pertransit Boniornus cap. quoniam distinc.
2 10. Sicut è conuerso viri Ecclesiastici † nec secularibus negotijs se immiscere debeant, tot. tit. extr. ne clerici, vel Monachi dist. 88. Afflict. in Constit. Regni Iustitiarij de cætero Rubr. 53. tit. vt Iustitiarij lib. 1. nisi illis casibus, quos notaui in cap. 37. Regis Ferdin. vers. videamus, tom. 7. alias attentantes contrarium facere ipsi seculares graui pœna coercentur, vt in fine præsentis nostri textus exponitur. Est verum quòd subditur etiam hic fallentia, & est nisi
3 de speciali † mandato Regio, & sic quamuis in spiritualibus nullus se intromittat, potest tamen Rex noster Catholicus per authoritatem eius prædecessoribus concessã, hoc facere, & consequẽter sentitur expresè hic Regia Monarchia, de quã tetigi supra in cap. 21. nu. 1. quam habent Serenissimi Reges nostri, esset enim aliter impossibile, & cõtra omnia iura Canonica posse Principes seculares se intromittere in spiritualibus, quia, &
4 coram dicta Regia † Monarchia possunt spirituales personæ, & causæ agitari vt in d. cap. 37. Regis Ferdinandi lim. 5. tradidi, tom. 7. etiã in causis criminalibus, & dispensatiuis, vt latè disputaui ad partes, infra in c. 58. Regis, & Imperatoris Inuictissimi Caroli V. in princ. sub tit. de modo procedendi ex abrupto ad torturã tom. 8. vbi quòd Illustrissimi Proreges, Locutenentes, & Vicarij Catholicæ Maiestatis tamquam Legati, & Monarcha in Clericos, & Monachos delinquentes ordine suo, & gradatim, cognoscant in certis casibus enormibus, atrocibus, vel causa boni publici, & de quibus ibidem posui ex V. I. D. & Prothonotario, Regioque Cõsiliario Antonino Xibecca in compendio Regio Monarchiæ, adhuc non impresso, & porrecto illi fælicissimæ recordationis Marco Antonio Colonna olim Proregi in hoc Regno Siciliæ, versic. septimo solent Legati, &c. vbi dicit ita sæpius in praxi fuisse seruatum hoc, tam antiquissimis, quàm antiquis, & modernis temporibus, & tam ordinarijs locorum petentibus, quàm contra exemptos, & ita subdit ipse suis temporibus extitisse contra quosdã Monachos Cappucinos indignos illo venerando habitu Seraphici B. Patris Francisci, cuius festum hodie totus mundus exultans celebrat, qui occiderunt eorum Prouincialem, & Paulus III. Pontifex Maximus Anno Domini 1542. ad instantiam Oratoris Domini Venetiarum illis concessit pri-
5 uilegium, quòd Iudices † Seculares Ciuitatis Venetiarum possint punire Clericos, tam seculares, quàm regulares, adhuc in sacris constitutos ordinibus, pro criminibus quippe grauibus, & atrocibus, quod prius apud ipsos Venetos vsu recipiebatur, vt per Hieronim. Alban. Cardinal. cons. 13. num. 17. clarius Io. Baptista Ferrettus cons. 297. num. 8. libro, Iubertus Decian. cons. 82. num. 9. versic. non obstat, & vers. accedat lib. 2. Hieronim. Gigas in tract. de crimin. læsæ Maiestat. sub rubr. quis de crimine læsæ Maiestatis cognosc. poss. num. 20. per gloss. in cap. laicis 16. quæst. 7. idem Cardinalis in repetit. cap. perpendimus n. 6. & in fine de sent. excomm. & post ea, quæ latius dico in d. cap. 37. Regis Ferdin. maximè limit. 9. 10. & seq. & similia priuilegia habent quoque alij Reges ac Principes, vt refert, & sequitur ipse Io. Bapt. Ferret. cons. 32. nu. 20. libr. 1. & de Rege Franciæ mentionem fecerunt Aufrer. in Clement. 1. de offic. ordinar. in 1. regula, in 3. fallentia, Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius, extra de testa. in verbo, & vxorem, nomine Adelasiam decis. 2. num. 47. versic. ponitur cognitio criminum, Masuer. in sua pract. tit. de iudic §. nunc sciendum, idem Xibecca loco præcitato, nu. 89. quibus addo quòd
6 quamuis laicis iurisdictio † & animaduersio in Clericos non detur, tamen talis iurisdictio potest quæri laico per priuilegium S. Pontificis, prout in Regno est hodie, Petr. Bellug. in Speculo Principium, tit. de Præposit. Gra. §. videndum

rubr.

rubr. 11. fol. 38 vbi innumeris probat rationibus, Reges Aragonum potuisse acquirere iurisdictionem in ipsos Clericos, & Ecclesiasticas personas, quem sequitur ipse Xibecca nu.58.& 59.loco citato, vbi rogat Lectores, vt videatur protuenda Monarchia Regni. Maximè
7 quando iurisdicio est concessa † in quibusdam casibus,& causis, vt resoluit Iulius Clarus in pract.criminali quæst.36. versi.sed ea retenta, vbi testatur in pluribus locis ita seruari,& hoc idem sentitur per Adnotantes in Constit.Regni, Cum satis, tit.50.qua pœna Vniuersita-
8 tes, lib.1.qui quærunt, an Papa † possit facere,vt laici iudicent Clericos, & adducit remissiuè gloss.in verbo, discuti, cap.si Imperator,dist.96.gloss.in verbo, diuino,in capit. quamquam,de censibus, lib.6.Innoc in cap.2.de maiorit & obedient. Abbat. in cap. proposuit de conceß.præbend.& in cap. at si Clerici, de iudic.& in cap.fin de for. compet. & in cap.non minus, de immunit. eccelesiast. Cardinal Zabarell. in d. repetit. capit. perpendimus, de sent. excomm. Io. de Imola in l.si vero, §.de viro, fallent. 6. ff. solut. matrim. Oldrad conf. 83. An Episcopus, &c. Et præsertim stante im-
9 memoriali possessione † iam sunt 500. anni in circa,quo casu, etiam si essemus & versaremur in incapacitate possidentis (prout reuera hoc negatur, ex his, quæ dixi in Repetit. capit. facto de sentent.excomm.lectio. 17.) tamen semper pro priuilegio præsumitur, vt posui in cap.Ritus 34.nu.4.tom. 4. ita idem Xibecca nu.62. vbi allegat Io. de Imol. & Zabarell.in cap.cum Apostolica,de his, quæ fiunt à Prælat. Dominic. in cap. 2. §.sanè, de decimis in 6 Fælin. in capit. causam, quæ,col.1.de præscript.Aufrer. in tract.de potest. secularis super Ecclesiast.person.regul.1. nu. 20. & regul. 2. n.25.Carol de Grassalin.in tract.Regal. Franciæ, lib.2.iur.11.fol. 302. Arnultus Ruzeus intract.iuris regaliorum, priuileg. 55. in finè, Amæd. de Ponte in q. quis sit Iudex in causa feudali post quæstiones laudemiales fol.69 & refert Xibecca post eum in causa Tholetana coram Domino Fabio Accorambono in Rota fuisse decisum * laicum esse capacem iurisdictionis spiritualis, præsupposito exercitio immemorialis temporis,ac fama priuilegij. Et in Regno à Magno Comite Rogerio hucusque semper absque aliqua contradicione vsus,
10 & obseruantia fuit † Legatum natum habere talem iurisdicionem. Immo legimus, & videmus dictum Paulum III. Pont.Max.quandoque caussas ad Regiā Monarchiam remisisse,sicut demonstratur in causa cuiusdam Canonicatus Maioris Ecclesiæ nostræ Panormitanæ, quæ cum in Regia ipsa Monarchia fuisset ventilata, in qua Don Paulus de Sotio obtinuisset ad instantiam Clerici Antonij Cardella aduersarij, non facta mentione status causæ, à S. Pontif. commissionem obtinuit, quod sentiens Soriua ipsi S. Pontifici rei veritatem exposuit, causamque per eandem Regiam Monarchiam decisam, ac terminatam fuisse asseruit, Summusque Pontifex de veritate causæ informatus causam Iudicibus Regiæ Monarchiæ remisit, vt constant hæc omnia ex breui Romæ obtempto ad petitionem dicti Don Pauli sub anulo Piscatoris, Die 18. Aprilis 1544. executoriato in hoc Regno 17. Iunij eod. Ann. & sic cum in ista sint possessione Reges Siciliæ, in eadem sunt conseruandi, ita in terminis tenet Aufrer. in Clement. 1.de offic.Ordin.in 1. regula, 12.13.14.& 15.fallent. quem refert, & sequitur Xibecca loco citato, nn. 73 & 74.vbi etiam allegat Tiber. Decian d. conf.82.in fine, vol.2.Imol. in cap. 2. de præb.in 6.qui dicit quòd tale ius possunt prætendere Reges, ex quo eis potest concedi, & concessum non affetti,ne sit scandalum,sic Petr.Bellug qui loquitur de Rege Aragonum in d.Specul.Principum rub.11.§.videndum,nu.17. fol.39. Et quatenus posset dici, cur hoc posfit procedere cum Rex sit meros laicus, respondetur nulli esse dubium quòd S.
11 Pontifex posset committere † mero laico caussas spirituales, & ecclesiasticas etiam criminales Clericorum, vt posui supra in d. capit. 21. Regis Martini sub versiculo quod autem à nu. 4. vsque ad num. 12.& vide rationem, quam adducam inferius in versic.& sic nu.18. gloss. in verbo, præcipimus, & in verbo, ducibus, dist. 94. & ibi communiter * Canonistæ, qui concludunt posse etiam lai-
12 cum excommunicare † ex potestate, siue delegata ei commissione à S.Pontif. propter plenitudinem potestatis, quam habet, etiam in spiritualibus, & Ecclesiasticis causis,vt dixi de hoc in d. repetit.d. cap.sacro, de sent. excom. lect.17. versic. limita tamen, & versic. Secundo laicus, & supra eod in d. cap. 21. loco præcitato, & n.8.10.11.adducitur gloss. in cap.causam,de præscript. vbi habetur

33 Papam † posse concedere laico ius decimandi, quod est spirituale, & est com. * opinio, de qua memini supra in proœmio Capitulorum Regis Iacobi, n. 134. tom. 1. Clement. 1. de vsur. vbi gloss. sentit expressè quòd ius decimandi sit spirituale, Rebuff. Innoc. Zabarella, Imol. Abb. Ripa, Fælin. & alij, de quibus per Iacob. Menocch. cons. 36. nu. 16. & seq. lib. 1. vbi iddem dicit esse de Noualibus, cum ex sermonis proprietate appella-
34 tione decimarum, & noualia ipsa † contineantur, cap. ex parte, il terzo, vbi Abb. de decimis, & per tradita in d. proœmio Regis Iacobi versic. & hinc nascitur, n. 133. cũ seq. & ex ijs, quæ scripsi in Commentarijs Consue. Panormi cap. 84. nu. 14 vbi de noualibus pono, addo tex. in l. agraria ff. de termin. mot. cap. vlt. de priuileg. cap. quid per nouale, de verbor. signific. cap. 2. de decimis in 6. de quib. per ipsum Menocch. nu. 2. Et sic potest donari per S. Pontif. hoc ius de-
35 cimæ † etiam laico, & talis donatio valebit, sicut legitur ita fuisse concessum priuilegium ab Vrbano II. Pontif. Petro III. Aragonum apud Lucium Marinæum Siculum de Aragoniæ Regibus fol. 8. vt in d. nu. 134. memini, quemadmodum etiam videmus de iure, quòd
36 istud ius decimæ † quamuis sit spirituale, possit circa quorũ tamen præscribi à laico, vt per tradita scripsit Cardinalis Hostiens. in summa, tit. de decimis, vbi multa adducit, in totum vero nunquam potest præscribi est com. * opinio Canonistarum per consuetudinem, vt in d. nu. 134. posui, & videas omnino Suarez Alleg. 28. quam ibidẽ citaui. An autem
37 decimæ † ius beneficiorum crescat, vel decrescat auctis, siue diminutis facultatibus, tetigi in cap. 37. n. 97. eiusdẽ Regis Iacobi, d. tom. 1. prout etiam scripsimus supra eod, in d. cap. 21. huius nostri Regis propè principium, posse fieri concessionem laico conferendi beneficia, non obstante quòd regulariter ad Ordinarium spectent.

Et sic per prædicta receptior * est omnium opinio, quòd potest committi cau-
38 sa Clericorum etiam laicis, ratio est † quia tunc non iudicabunt ex propria, & laicali iurisdictione, sed ex iurisdictione Ecclesiæ eis demandata, vt in d. cap. sacro tetigi loco citato, & per d. cap. 2. vbi gloss. de iudic. cap. verum dist. 32. vbi Papa commisit duobus Ducibus causam Clericorum Simoniacorum, tribuendo potestatẽ deponendi eos, Ioann. de Imol. in cap. ex tuæ, col. 10. de Clerie. non residẽt. Ioann. de Anania in cap. sicut, col. 1. de Hæretic. Abb. in cap. causam col. 1. de præscript. & in cap. si quis contra clericum, de foro compet. & in cap. Canonica, de sent. excomm. & in quadam disputatione, incip. Episcopus, & quidam Rector Parmensis col. 23. Cardinal. Zabarella cons. 56. Redemptoris nostri patrocinio postulato, addo text. in cap. Mennam, 2. q. 5. vbi multò fortius S. Pontifex cõmisit arbitrio feminæ (per ea, quæ dixi etiã in d. cap. Sacro) scilicet Brunichildæ Reginæ Franciæ purgationẽ infamiæ, quam de Simonia quidam Episcopus patiebatur, & ita latissimè firmat Abb. in cap. 2. de maiorit. & obed. & in cap. literas col. 5. de restit. spoliat. & in cap. proposuisti col. 4. de concess. præbendæ, & in cap. Ecclesiæ S. Mariæ, de Constit. Cardinalis in repetit. d. cap. perpendimus in princ. de sent. excomm. Iason. in rubr. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. num. 8. vbi allegat etiam Ludouic. Roman. in d. l. si vero, §. de viro in 7. fallentia ff. de solut. matr. & in singularibus suis, Abb. in cap. significasti in fine, de for. compet. pulchrè textus in cap. verum, dist. 32 gloss. in d. cap. Mennam, vbi infert posse Papam spi-
39 ritualia negotia laicis delegare, esto quòd Papaliter nimium sit dispensatũ, & licet per se quandoque aliquid sit inualidum, tamen quod authoritate Papæ sit, plenissimas debet habere vices, vt ibi per gloss.

Maximè procedunt supradicta, quia delegatio non est facta isto casu in totum † quoad vniuersalem iurisdictionẽ in ipsos Clericos, sed tantum circa certos, ac determinatos casus, nec ex toto sunt subiecti, ita Zabarella in repetit. dicti capit. perpendimus col. 7. de sent. excomm. Antonin. Xibecca loco prallegato, nu. 77. vbi dicit quòd subiectio Clericorũ in particulari, vt puta vnius Regni, vel Prouinciæ potest fieri per S. Pontif. Fælin. in d. cap. 2. & cap. fin. de maiorit. & obed. Aufrer. in d. tract. de potest. seculari super Ecclesiastic. person. in 1. regula in principio, Montaluus in l. 25. tit. 9. Partit. 1. in gloss. magna, allegat etiam Ioannem Quintinum in Aristocratia Christianæ religionis fol. 158. Rebuff. in concordantib. Franciæ in rubr. de potestat. concordatorum Franc. Regibus concessa in princip. Aluarez in Speculo SS. PP. cap. 36. in principio, Borgas. in tract. de irregularit. & dispensat. prat.

part. 3. concluf. 1. num. 20. & part. 6. re-
gul. 7. num. 3. per text. in cap. illud 10.
quæſt. 3. gloſſ. in cap. Clericus nullus, 11.
quæſt. 1. Lopez in l. 13. tit. 13. Part. 2. fa-
cit text. in cap. in noua, verſic. indeco-
rum, 17. quæſt. 7. & in l. 1. vbi Barr. C. de
Præpoſit. agent. in repetit. lib. 12. Bald.
in leg. parabolani circa finem C. de
Epiſc. & Cleric. Iaſon Maynus in rubr.
ff. de offic. eius ſub d. nu. 8. in fine.

Tanto magis quia Rex noſter conſti-
tuit Proreges ad nominandum perſonas
20 Eccleſiaſticas, de quibus co fidit † arg.
eorum, quæ dicā infra in cap. 57. in prin-
cipio Regis Ferdi. tom. 7. & eiſdē cauſſas
ſimiliter Eccleſiaſticas delegandi pote-
ſtatem, quæ perſonæ Eccleſiaſticæ cum
Conſilio, ſeu voto M.R.C. vel Conſiſtorij
S.R.C. aut aliorum Conſiliariorum poſ-
ſunt iudicare, & ſententias proferre,
cap. 1. de procurator. ita poſt Auguſtin.
Beroum quæſt. 7. per tot. ſcripſit Xibec-
ca vbi ſupra, nu. 81. cum ſimilibus, quæ
poſui infra in d. cap. 511. Regis Alphonſi
in tit. de cauſſis eccleſiaſticis non com-
mittendis laicis, verſic. ergo, ex eod. Xi-
becca in d. diſcurſu de Regia Monar-
chia ſub nu. 86. & 87. qui ait quòd cauſſæ
21 † Eccleſiaſticæ per viam grauaminis,
vel appellationis gradatim ad ipſam
Monarchiam deuolutæ cōmittuntur per
dictos Illuſtriſſimus Proreges Eccleſia-
ſticis perſonis, & multoties in dignitate
conſtitutis, d. qui cū Conſilio, M.R.C. vel
aliorum prouident, quod eſt permiſſum,
vt in d. cap. 37. Regis Ferdinandi habe-
tur, dum non negatur, quòd quatenus
eſſet opus ſecularium Doctorum, Con-
ſultorum, ſiue Aſſeſſorum interuentu,
tunc, non niſi tantummodo ad conſulen-
dum, non autem ad iudicandum, inter-
22 ueniant, quia de iure non prohibetur †
laicum eſſe Conſultorem Iudicis Eccle-
ſiaſtici, vt per Dec. in cap. decernimus n.
17. de iudi. vbi teſtatur hanc eſſe com.
opinionem, ſic etiam teſtatur cōmunem
Apoſtilla ad Fælin. ibidem nu. 6 Intan-
tum vt nec etiam iudex ipſe Eccleſiaſti-
cus debeat ſequi votum, ſiue conſilium
ſui Conſultoris, ſi fortè non eſſet æquum
aut iuſtum, vt de magis com. opin. poſt
Albertin. in ſuis quæſtionibus de agno-
ſcendis cognitionib. fidei quæſt. 26. te-
ſtatur Xibecca nu. 90. loco citato, Soc-
cin. Iun. conſ. 63. nu 10. lib. 1. itaut ſolum-
23 modo eius officium ſit Aſſeſſoris † in-
ſtruendo iudicantem rectè cauſſam, per
ea, quæ pulchrè in materia Aſſeſſoris
tradit Io. Anton. Boſellus ad Statuta
Parmæ, tit. forma ſacramenti Iudicum
fol. 3. col. 2. & propterea ſubditur in d.
cap. 37. Regis Ferdin. ibi, niſi quatenus
forſitan eorum conſilium requireretur
in defectu eccleſiaſticorum, ad conſulen-
dum dumtaxat, non autem ad iudican-
dum. Nec eſt nouum ſi hoc exequitur
per alium, quia immo etiam in ſpiri-
tualibus hoc poteſt facere per alium,
quoties maior induſtria requiritur, vt
24 in voto, & in iuramento † quod præſtat
Rex per Vicarios ſuos, & Ambaſſiato-
res, vt habetur in Clement. Romani de
iureiur. & ſubdit Xibecca vbi ſupra,
quòd Comitiſſa Flandriæ deſtinauit Vi-
carium ad conferendas præbendas, &
beneficia cap. cum dilecta de conceſſ.
præbend. & nihilominus iſthæc omnia
dicuntur fieri ab ipſo Rege, vt dixi in
cap. 21. Regis Alph. in princ. tom. 4. & ſic
videmus quòd licèt prima facie infe-
cundus appareat hic textus, continet
tamen in ſe multa aurea, & notatu di-
gna, quæ ſint dicta remittendo me ſem-
per iudicio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,
contra quam nihil intendo ſcribere,
quod poſſit ei obſtare, nec præiudicium
aliquod generare aliàs habeantur pro
non ſcriptis. Marius Muta.

QVINTA CONSTITVTIO.

De Iuſtitia rectè miniſtranda, Cap. XXXVI.

OPtantes quidem iuſtitiam colere, & adminiſtrare, præci-
pimus ſatis ſtrictè, tam per noſtram Magnam Curiam,
quàm etiam per Officiales quoslibet, gradus, prærogati-
uæ, & perſonarum exceptione qualibet inde ſublatis, cum ipſam
colendo iuſtitiam, habeamus omnia, quæ à Deo ſuſcipimus, & à
quo

quo Regni regimen nobis diuinitus est concessum, vt in immensum trahatur finita, detur pax discordantibus, legis acquiescendo sententijs, quæstiones, quantò leuius fieri valeat, per Iudices terminari, ipsosque iubemus Officiales ab illicitis exactionibus omnimodo abstinere. Ius tamen antiquum, & consuetum à litigatoribus exacturi.

SVMMARIVM.

Officiales debent dari salaria, vel stipendia & habere caueant manus mundas, etiã ab esculentis, nu 1.

Osculenta, & poculenta an possint accipere officiales, ibid.

Offitiales nullam aliam remunerationem expectare debent pro actu virtutis, nisi ab ipso Principe nu 2.

Offitiales debent dilgi à Principe sicut eius anima, ibid.



ATTENDE, vt supra in cap. 7. Regis Federici, tom. 2. & facit similiter cap. 7. supra hoc eod. præsenti tomo, quibus addo quæ ait in terminis Dominus Match de Afflicto, ex abundancia cordis sui ponens frenum ori suo pro illo tunc, in proœmio Constitutionum Regni nu. 37. fol. 20. vbi rogat Reges, quorum animus est inclinatus ad Iustitiã, vt inter alia præstent salaria ipsis Officialibus † condecentia, & studeant,
1 ac vigilent, vt habeant manus mundas
etiam ab esculentis, & poculentis, nisi
ijs limitibus, vt posuimus in d. cap. 7.
cum concordantibus ibi citatis, quia
munera tollunt animam accipientis, &
ex Seneca ait, quòd beneficium accipere, est libertatem vendere, & propterea subdit ipse Afflict. quòd debet eis sufficere stipendium iustum, quod habent à Rege ad actus virtutis exercendos, & hinc dicit textus in §. 1. In nomine Domini, quod Officialis † nullam aliam
2 remunerationem expectare debet pro
actu virtutis exhibitæ, nisi ab ipso Principe, qui illam sibi offert, & hos seruos fideles diligat, sicut animam suam. In quantum verò ad ea, quæ hic subduntur, vt Officiales ipsi se abstineant ab illicitis exactionibus, remicto me etiam ad ea, quæ scripsi supra eod. in d. cap. 7, in 4. requisito extensione 3. nu. 101. cum seqq & dante Domino suis locis supplebo nonnulla.

Marius Muta.

SEXTA CONSTITVTIO.

De obseruatione Constitutionum Imperialium, & aliorum Principum Siciliæ Regum. Cap. XXXVII.

PROPOSITI quidem nostri est, noua constituere, nec minus vetusta seruare. Quapropter Diuinæ memoriæ Imperatoris Federici, Regni Siciliæ Regis Proaui nostri, Constitutiones, circa regimen Siciliæ editas per eundem, necnon Serenissimorum Principum, & Dominorum Regum colendæ memoriæ, tam Regis Iacobi Aragonum, & Siciliæ Regis, quàm Regis Federici senioris prædecessorum nostrorum in dicto Regno, inuiolabiliter per quoslibet Officiales Iustitiam ministrantes, volumus obseruari.

Est

EST dictum supra in cap. 16. Regis Federici prope principium, tom. 2. ibi videas.

SEPTIMA CONSTITVTIO.

De, & super solutione iuris carcerum, Cap. XXXVIII.

TVNC nomen nostrum clarificamus in posterum, cum fulgemus præclaris operibus. Quapropter illicitas exactiones, quas Custodes carcerum, vt quærelis percipimus subiectorum, faciebant enormiter carceratis, nostræ Serenitatis oculos aperientes vigilanter, ipsasque solutiones carcerum ad debitum terminum reducentes, Statuimus, vt de cætero Custodes carcerum quorumcumque, tarenum vnum tantum exigant pro iure carceris à quolibet carcerato, si tamen carceratus pernoctauerit in eodem; Si verò per diem, vel horam, non pernoctando, steterit in carceribus, grana decem tantum soluantur pro iure prædicto carceris; Contradictorem verò, qua expedit pœna, præcipimus compellendum.

VIdeas supra in cap. 12. Regis Federici, maximè in versic. pernoctantes, & ibi me remitto circa istud Capitulum tom. 2. & transeunt simpliciter scribentes hic.

OCTAVA CONSTITVTIO.

Quòd Castellani de iurisdictione se non intromictant, Cap. XXXIX.

OFFITIALIVM nostorum confusiones euellere cupientes, vnicuique limites statuentes antiquos, hac Sanctione iubemus; vt Castellani quorumcumque Castrorum nostrorum, de iurisdicione alia, extra Castra ipsa, & Castrorum limites, se nullatenus intromictant.

ADnotaui supra in d. tom. 2. Regis Federici cap. 49. vbi videas quo ad materiã præsentis textus, & est hoc capitulum quasi continuatiuum cum proximo subsequenti.

NONA CONSTITVTIO.

Super obseruantia Officiorum, Cap. XL.

PRISCARVM legum reuerentia ducti, vt est authoritas, ne promiscuis actibus rerum turbentur officia, cum ex

eo

eo priuatis succedat confusio, & grauamen multoties experiri, circa quod diligenti prouisione intendentes, sancimus quòd Officiales dicti Regni nostri seruent diligenter eis commissa iuxta formam Capitulorum in dicto Regno nostro antiquitus seruatorum, terminis suis quilibet contentus existens, ad ea se tantum intromictendo, quæ ad suum spectant officium. Si quis autem contrafecerit, indignationem nostram se nouerit incursurum.

S V M M A R I V M.

Officia non debent turbari promiscuis actibus, nu. 1. & seq.

Officiales non debent se intromictere ad ea, quæ non spectant ad eorum officium. ibidem.

Ordo Ecclesiasticus confunditur, si vnicuique propria non seruatur iurisdicio, nu. 2.

Verba, indignationem se nouerit incursurum, important, vt teneantur partibus ad interesse, & quòd extraordinariè puniantur, nu 3 & hæc pœna est arbitraria, nu 4. & seq. & an priuatiua sint officiorum, & beneficiorum, nu. 5.

Princeps dicendo, indignationem nostram se nouerit incursurum, quid significet ibidem.

Pœna indignationis Imperatoris, vel Principis, quid importet, ibid. & est arbitraria, nu 4.

Pœna omnis in Principe non recognoscente superiorem est arbitraria, ibid.

Papa quando apponit in literis, illa verba, indignationem Dei, & Apostolorum, comminatur priuationem beneficiorum Ecclesiasticorum, nu. 5.



VIA est consecutiuum antecedentis capituli, ideo dicas, prout de eo in d. cap. 49. Regis Federici, præsertim in versic concordat, & ibi cito contextus concordantes, d. tom. 2. Boniorn. hic, & alios Nostrates Glossatores, qui dicunt, quòd hic, & in alijs similibus capitulis disponitur esse concordem cum iure communi, per quod iddem est
1 cautum, vt absurdum sit † si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & consequenter nullus se debet intromictere circa ea, quæ ad se non pertinet, vt hic, l. 2. C. de executoribus, & exactoribus, lib. 12. Bald. in l. 1. col. 1. ff. de offic. Consul. l. repetita, C. de Episcop. & Cleric. & subdit ipse Boniorn. hic procedere, tam in Iudice, Notario, quã in quocumque Officiali, Paris de Puteo in tract. Syndic. in verbo, Officialis, & per text. in l. consulta diualia, C. de testam. vnde sunt sumpta, subdit hic Boniorn. verba istius capituli, l. nemo C. de assessor. l. quisquis §. fin. C. de postuland. Hinc
2 concludunt, & inferunt Canonistæ † quòd Ecclesiasticus etiam ordo confunditur, si vnicuique propria non seruatur iurisdicio, cap. peruenit, 11. q. 1. gloss. in l. 1. §. suspecti ff. de suspect. tutor. Paul. de Castro, & alij similes citati per eundem Boniornum.

Nota, ibi, indignationem nostram se
3 nouerit incursurum † quòd ista verba important, vt teneantur partibus ad interesse, & quòd extraordinariè puniantur, non autem priuationem officij, nec iurisdicionis, ita ait hic de Gregorio in eius Apostollis ex Bald. in Auth. statuimus C. de Episc. & Cleric. col. 1. Afflict. in constit. Iustitiarij de cætero, in 3. notab. tit. vt Iustitiarij habeant, rubr. 43. lib. 1. & etiam super gloss. in cap. 1. §. similiter col. 2. de controuers. inuestit. & in cap. ad hæc in 5. notabili de pæn. Iudic. sed vide melius inferius nu. 5. idem Affl. in constit. inconsutilem in 26. notab. de hæret. & pataren. lib. 1. rubr. 1. sub nu. 48. & 49. vbi ait, quòd
4 ista pœna † indignationis Imperatoris debet timeri, quia est pœna arbitraria, subdens quòd omnis pœna in Principe non recognoscente superiorem, est arbitraria, siue ante, siue post sententiam, ex Bald. in l. cunctos populos, C. de summa Trinit. & fid. Cathol. & in l fin. ff. de Senator. & in l legis virtus ff. de legib. facit text. in l. Manichæos in fine, C. de Hæret. & addit Archidiacon. in cap. 1. in fine in verbo maledictionem,

de

de censibus, lib. 6. relatus per Afl. vbi supra, quòd ista verba, indignationem Dei omnipotentis, &c. quæ ponuntur vt
5 plurimum in litteris Apostolicis † non multum ab aliquibus timebantur, sed Bald. in cap. 1. § porrò col. 2. quæ sit prima causa beneficij amitt. ait, quòd dicta verba in litteris Apostolicis, videlicet, indignationem Beatorum Apostolorum se nouerint incursuros, comminantur priuationem beneficiorum Ecclesiasticorum, similia verba habes in Clement. 1. § fin. de celebrat. Missar. & in cap. 1. §. receptatoribus, de pac. iuram. firmat. & in l. si vacantia, C. de bon. vacant. libr. 10. vbi Angel. ait quòd ista verba important, vt arbitrariè puniantur, stante quia pœna est incerta, l. hodie, ff. de pœn. similia etiam verba dicuntur in l. 2. C. de petit. bonor. sublat. eod. lib. 10. & ibidem vide. & suo loco adiungemus. M. Muta V. I. D.

DECIMA CONSTITVTIO.

De non soluendis tractis per Siculos, Cap. XLI.

GLORIOSVS redditur Princeps per curam exhibitam in negotijs, & vita subditorum. Cum igitur Subditi nostri Siciliæ Regia debeant libertate gaudere, adeo quòd, pro necessarijs victualibus in Regnum, ad solutionem tractarum non cogantur, communi vtilitati, subditorum nostrorum commodo, sancimus, quòd pro vtilitatibus necessarijs, de loco ad locum apportandis infra Regnum ius aliquod exiturarum non soluatur.

SCripsi supra eod. in cap. 14. & 15. versic. itidem, nu. 78. vbi de tractis loquor, & Carricatorijs, & de extractionibus, siue exituris, vt vulgariter loquar secundũ textum hunc, ac de victualibus tracto laté ad saturitatẽ, & dante Domino ad sua loca supplebo.

22 ## VNDECIMA CONSTITVTIO.

Contra formam Priuilegiorum, Cap. XLII.

DELECTAM vetustatis inuentionem sequimur, & regulas ab antiquis constitutas libenter amplectimur. Ne igitur nouis formis, aut clausulis confusionis priuilegiorum, materia, aut partium oriatur præiudicium, hac sanctione mandamus, vt priuilegia, & prouisiones in nostris cancellarijs amodo faciendæ, iuxta formam antiquam, & debitam tempore Serenissimi Regis Federici Senioris Proaui nostri, Regis Siciliæ memoriæ recolendæ, potissimè seruatã, omnino debeant ordinari.

REcurras ad cap. 22. supra eodem, versic. declara primo, num. 44. cum plurib. seq. & n. 52. vbi latissimè in materia obseruantiæ priuilegiorũ discutio, & cito concordia.

DVODECIMA CONSTITVTIO.

Super cursu monetarum. Cap. XLIII.

SOLLICITVDO continua curas nostras exagitat, vt inter gloriosas curas Subditorum, quas propitia cognitione Dei ampliante reuoluimus cordi nostro, est, vt totum corpus curemus illæsum Reipublicæ, Diuina nobis prouidentia taliter commissæ, ne, dum partem aliquam curamus, reliquam deseramus improuisam. Ad euitanda igitur discrimina generalis incommodi, quæ diuersarum cursus monetarum hucusque subditi nostri Regni Siciliæ tulerunt incommoda, cum ad nostram spectet Maiestatem de monetis currentibus in Regno prouidere, tam Carlensium malæ ligæ, & iniusti ponderis, quàm paruulorum diuersi cunei, & ad diuersum numerum concurrentium in Regno, varietates, & confusiones penitus euellentes, hac constitutione mandamus, quatenus Carlenses argenti boni cunei inferius declarati currant amodo, & non alij, taliter quòd malæ ligæ Carlenses impunè ab omnibus incidantur, & destruantur, ad quorum manus contigerint peruenire. In Sicla verò cudantur Carlenses ligam tenentes bonis Carlensibus vltimo loco factis, in Sicla apponi consuetam, & volentes habentibus Carlenses non iusti ponderis de remedio prouideri oportuno, volumus, quòd Gabelloti Siclæ ipsos emant Carlenses à Patronis vendere volentibus pretio, quo per vnum de Magistris Rationalibus Regni nostri cum duobus Iuratis nobilis Ciuitatis Messanæ, ac Magistris Siclæ, & alium idoneum, & expertum ad fraudis tollendam malitiam, quem in Sicla duximus addendum, fuerit, vt infra scribitur, declaratum, quos Carlenses Gabelloti teneantur emere pretio supradicto. Paruuli verò per totum Regnum Siciliæ expendantur sub vno tantum cuneo, illisque formis, quibus per nostram Maiestatem est in Sicla ordinatum nuper, & vltimo loco, quos paruulos supradictos cudi iubemus cum liga, ad rationem de stirlingis septem cum dimidio pro qualibet libra. Veterum autem paruulorum domini vēdant illos, si voluerint, Gabellotis Siclæ, pretio, quo experientia habita per Magistrum Rationalem, Iuratos Messanæ, Magistros Siclæ, & alium adiunctum per nostram Maiestatem, vt prædicitur, fuerit, declaratum, ipsique Gabelloti ipsos emere teneantur paruulos precio supradicto. Fraudibus autem, quæ possent commisti ad componendum ligam tam Carlensium, quàm paruulorum, studiosius obuiantes

uiantes duximus prouidendum, quòd vnus statuatur adiunctus idoneus, & expertus in dicta Sicla pro parte nostræ Maiestatis, qui vnà cum Magistro Rationali supradicto, duobus Iuratis Messanæ, & alijs Magistris Siclæ, de tribus habeant prouidere, videlicet, ad quam rationem vendi debeant post habitam experientiam Gabellotis prædictis carlenses non iusti ponderis, secundò, quo pretio veteres paruuli vendantur Gabellotis eisdem, tertio, quid debeant nostræ Curiæ dare Gabelloti pro cudendis paruulis, ex veteribus paruulis supradictis, & quid de paruulis ex ære cudendis, ponendo ligam ad rationem prædictam. Item quòd adiunctus per nostram Maiestatem semper sit præsens in liga ponenda, tam paruulis, quàm Carlensibus, vt fraus aliqua non commictatur. Præsentes autem Constitutiones nostræ super moneta pertingentes, tam Carlensium, quàm paruulorum, à die Sacræ Resurrectionis Domini nostri Anni præsentis in antea volumus obtinere roboris firmitatem, vt valeant interea in Sicla Carlenses, & paruulos cudere in Regno nostro sufficientes.

S V M M A R I V M.

Monetarum cursus ordinare, & eas cudi facere spectat ad Regem, num. 1. & seq

Aurum obrizum melius est, & charius, ibid.

Moneta vsum, & expensionem probibere ad Principem spectat, nu. 2.

Monetas cudere, & facere est de Regalijs, ibid.

Moneta est ornamentum Regis cum sit inscripta eius imago, ibid.

Iudas asseruerat imbursare sibi decimam de illis 300. denarijs, quibus poterat vnguentum Madalenæ vendi, nu 4.

Moneta omnis debet esse boni cunei, bonæ legæ, seu mixturæ, & iusti ponderis, nu. 5. cum seqq.

Moneta debet considerari non solum tamquam rude æs, & massa in bonitate intrinseca, sed etiam secundum formã, & bonitatem extrinsecam veluti nummus, & signatum æs, nu. 6.

Vinum habet dupplicem bonitatem in sapore, odore, valore, & æstimatione, num. 7.

Monetæ verus valor est, qui de publico statuitur à Deputato per Principem in hoc ibid.

Monetæ malæ ligæ possunt ab omnibus impunè incidi, & destrui, & refutari, num. 8. & seq.

Monetam malam habens debet demonstrare à quo habuit, alias punitur, nu. 9. & seq.

Falsum instrumentum siue monetam habens debet docere à quo habuit, & ostendere authorem, & quomodo, n. 10.

Famosum libellum, vel cartellum tenens penes se, etiam ostenso authore, non liberatum, sed punitur, nu. 11.

Cartellos penes aliquem si quis inuenerit inuentos an sufficiat & ostendere de authore & liberari, ibid.

Monetæ ligæ in compositione in Sicla statuitur vnus idoneus, & expertus pro parte Regni, & quid facere debeat, & quos personæ interuenire, & quid facere debeant, nu. 12 & seq.

Sicla regitur per plures offitiales pro fraudibus euitandis ibid.

Moneta noua si est effecta vilior, & pluro are commixta, seu mala liga, an teneantur debitores refundere bonitatem, nu. 13. & seq

Moneta noua si est facta deterior in bonitate, aut pondere solutio an fiat de antiqua, vel noua ad valorem antiqua ibid.

Moneta non potest recusari per creditorem, & quid stante pacto de soluen-

do certa moneta formam, nu. 14. 15.

Moneta certa formam promittens solvere, v. g. auri in auro, vel tot libras Pisanorum, non potest aliam suo creditori tradere, ibid.

Moneta vna pro alia non potest solui stante pacto, ibid.

Alchimia est quasi impossibilis, n. 16.

Moneta si non est iusti ponderis in Sicla Gabelloti Siclæ debent eam emere à patronis, & quo pretio, nu. 17. & seq.

L. nec emere C. de iure deliber. fallit in multis casibus, & habet locum tam in emptore, quàm venditore, nu. 18.

Moneta potest statui per Principem vt recipiatur ad pondus, nu. 19. & seq.

Pecunia Regia debet recipi ad generale pondus per offitiales, nu. 20.

Monetam iusti ponderis secundum publicum valorem acceptare recusans, pœna falsi poterat puniri. nu. 21.

Monetis valorem imponere ad Deputatum in hoc per Principem spectat, ibid.

Argentum in massa, vel in vasis habentes possunt in Sicla cudi facere, & in pecuniam conuertere, & nullus drictus solui debet, nu. 22.

Moneta cuditur Messanæ in Sicla, & de publico fit expensa, num. 23. & an possit alibi conflari, & cudi nu. 24.

Pecunia tantum valere regulariter debet in forma signata, quantum in rudi materia, ibid.

Sicla potest per Principem in diuersis locis statui, & assignari. nu. 24.

Moneta si alibi cuditur, vel conflatur quam in locis statutis est confiscationi locus, cum domibus, nec est locus compositioni, data scientia, ibid.

Confiscari possunt domus, in quibus conflatur, & cuditur pecunia absque scientia Principis, ibid.

Sicla potest dari in gabellam per Principem, & gabelloti erunt subditi Proregibus, & potest capi lucrum ex officina monetaria propter deteriorationem cuneorum, nu. 25.

Moneta semel conflata non debet de nouo fundi, nec diminui de liga, neque in aliam deteriorem mutari sub pœna, nu. 26. 27.

Moneta abrasa, & vitiosa potest de nouo conflari cum causa, per principem accedente consensu Regni, nu. 27.

Moneta paruulorum sub vno cuneo expendi debet, num. 28.

Moneta si cambiatur de vno in aliam, an possit accipi lucrum in hoc, nu. 29.



ONETAE cuditionem tractaui supra in capit. 10. & 58. Regis Iacobi, tom. 1. & etiã in Commentarijs Consue. Panormi, de quibus tetigi in dictis locis, & præsertim capit. 85 dictarum Consuetudinum, hic supplebimus reliqua non dicta, vel saltim adiungemus noua; & vtitur Serenissimus Rex noster bono Medico, qui dum vnam partem curat, non deserit reliquam improuisam, vt ipse ait hic in principio sic esse è conuerso de malo medico, dicuntur hic ergo nonnulla pulchra notabilia, & sæpius vtilia, & quotidiana in Regno.

1 Et primo quòd circa † cursus monetarum (idest quoad precium, valorem, vel augmentum, tam circa monetas argenteas, quàm aureos ducatos iuxta petitionem alterius capituli, 504. Regis Alphonsi, licet non sequuta fuerit decretatio, infra, tom 5. & melius in alio cap. 25. Incliti Regis Ioannis, tom. 6. vbi habes augmentatum valorem ducatorum Venetorum, Alphonsinorum, & dupplorum, ac etiam ducatorum de Cameta in Regni vtilitatem, & beneficium Reipub. & quanto magis aurum est purissimum, tanto charius, & melius, prout obrizum, de quo memini in d. cap. 58. nu. 87. & de hoc auro Sapientissimus Rex Salamon fecit laminas in sacro Templo Paralippom. cap. 3. libr. 2.) eorumque cuditionem spectat ad Regiam

2 † Maiestatem, ita hic propè principium, ibi, cum ad nostram spectet Maiestatem & in d. cap. 504. Regis Alphonsi, vbi ad se remisit prouidere quoad valorem, & augmentum monetarum, & transit hic simpliciter Boniorn. qui subdit quòd ad Præsidentem, vel Viceregem in Regno pertinet ex causa prohibere vsum, & expensionem alicuius monetæ, per l. creditor ff. de solution. & ita solent in Regno ordinare Illustrissimi Proreges, subdens quòd tempore suo fuit conclusum in Consilio, quòd Dominus Præsidens prohiberet testonos Delphinatus & Subaudiæ; & propterea tetigi infra in cap. 456. eiusdem Regis Alphonsi §.

3 12. d. tom. 5 quòd cudere, & facere monetam est de Regalijs spectans ad ipsam Regiam maiestatem, Surd. cons. 310. sub num. 59. libr. [?] estque ornamentum Regis, cum sit inscripta in ea eius imago.

go, vt ait Domin. Matth. de Afll. super
præludijs Constit. Regni quæst. 16. refe-
rens illud de triginta denarijs, quibus
infelix Iudas Dominum Iesum Chri-
stum redemptorem nostrum tradidit, &
de quibus scripsi tam in d. consuet. 85.
quàm in d. cap 58. Regis Iacobi, nu. 51.
4 dictique triginta denarij fuerant decima
illorum trecentorũ denariorum, de qui-
bus Iudas ipse asseruerat, quòd poterat
vendi totidẽ vnguentũ illud Magdalenę,
& dari pauperibus, & de quo pretio tra-
ditor idẽ Iudas proposuerat furari ipsã
decimam partem, ideoque tristabatur
de dicta effusione vnguenti, vt pulchrè
ait gloss. in cap. 1. 13. q. 1. in verbo, re-
compensate.

Secundo colligo, quòd moneta om-
5 nis † vt puta Carlenses (vt hic, sic di-
cti à Carolo, vt posui in d. cap. 58. nu. 2.)
debet esse boni cunei, bonæ ligæ, & iu-
sti ponderis, ita hic, ibi, argenti boni
cunei. & ibi, malæ ligæ, & in diuersis lo-
cis in hoc capit. & ibi, non iusti ponde-
ris, &c. l. 1. C. de veter. numis. lib. 11. Bar.
in l. cum quid, ff. si cert. pet. & sic debet
esse mixturæ bonæ, vt de his requisitis
fit hic mentio, & quoad cuneum circa
monetam argenteam, puto quòd potest
esse diuersa, non sic in paruulis, vt sub-
dam inferius in versic. quarto colligo.
& vide in d. cap. 58. num. 16. 17. 18. cum
seqq. & ob id neqũ debet considerari ip-
6 sa pecunia † tamquam rude as, & mas-
sa in intrinseca. & vera bonitate, sed se-
cundum formam, ac bonitatem extrin-
secam, veluti nummus, & signatum
æs, Brun. de augm. monetæ conclus. vlt.
col. 5. Doctores in l. Paulus ff de solutio.
Couarr. in tract. de collat. veter. numis.
cap. 7. nu. 3. versic. prima conclusio, Bar.
in d. l. 1. & fin. C. de veter. numism. potest.
lib. 11. Hieron. Cagnol. in l. 2. nu. 214. C.
de pact. int. empt. & vendit. & alij DD.
allegati per Io. Petr. Surd. cons. 185. col.
2. & subdit Cagnol. vbi supra, quòd sicut
7 in vino † dupplex est bonitas, vna in sa-
pore, & odore, altera in valore, & esti-
matione, & per ea, quæ scripsi supra in
cap. 21. Reg. Iacobi, tom. 1. & in cap. 126.
Reg. Fede. n. 69. tom 1, sic in pecunia, vna
in materia, altera in valore, & verus va-
lor est, qui de publico statuitur, & im-
ponitur per Deputatum à Principe in
hoc, qui imponit valorem monetæ, Bar.
& al. in d. l. 1. & fin. C. de veter. numis-
mat. lib. 11. cum concordantibus per ip-
sum Surd. d. col. 2. & rangam inferius,
ita vt, inspecto publico caractere,

homines sint, ac remaneant omnino de
illius valore certificati, absque eo quòd
aliter illius bonitatem inquirant, vt ip-
se subdit, nu. 4 post Abb. Aristot. Didac.
& multos. inferens hic textus noster,
8 quòd si aliter essent monetæ malæ ligæ †
impunè ab omnibus incidãtur, & destru-
antur, ad quorum manus cõtigeret per-
uenire, & adsunt modernissimæ Pragma-
ticę in hoc nouiter æditæ, quod est pulchrũ
dictũ, & ita temporibus nostris seruari
videmus, nam mictimus ad argentarios
siue aurifices, & si dixerint esse malæ li-
gæ, maliquè cunei, inciduntur, prout
pluries seruaui existens Iudex Regiæ
Curiæ Prætoris Ann. 1608. & Ann. 1615.
& sic non modo refutatur, vt in d. capit.
58 habes loco citato, sed incidi potest
ipsa moneta mala, tamquam falsa, im-
9 mo penes quem reperiretur † posset pu-
niri, nisi ostendat authorem, à quo ha-
buit ex his, quæ dixi in consuet. Panor-
mi, cap 77 nu. 13. 14. vbi posui multa in
materia falsæ monetæ à nu. 10. vsque ad
nu. 14. & quæ scripsi in cap. Ritus 149. in
7. casu, tom. 4. sicut dicitur de eo, qui
10 habuit falsum instrumentum † nam de-
monstrando suam innocentiam, ac os-
tendendo à quo habuit, excusatur, glo.
in l. antepen. ff ad l. cornel. de fals. cum
similib. in d. Consuet. 77 d nu. 14. osten-
so enim authore liberatur, esto quòd
ille, quem nominauit, non reperiretur
in rerum natura, namquè sufficit nomi-
nasse talem personam, à quo habuit, ab-
sque eo, quòd aliud probaret, vt post
Butricar. in l. maiorem, C. de falsis, dum-
modo quòd non nominauerit omnino
ignotum ex his, quæ dicit Decian. con-
sil. 99. num. 15. & consil. 109 num 67. 69.
versic. octauo colligitur, libr. 1. & quic-
quid sit sufficit semper nominatio, non
requisitio, eo quod aliud probet, vt ait
Prosper Farinacius cons. 11. n. 14 & 30.
vbi respondet ad Decianum, & habui in
facto pro Fabio lo caxo, qui inquisitus de
quadam expeditione mandati, quod fal-
sum in Curia Prætoris expeditum præ-
tendebatur, docuit de authore, non sic
11 in famoso libello, seu cartello † nam os-
tenso etiam authore, non liberatur ille,
in quo repertus fuit, & illum alijs pu-
blicauerit, dixi supra in cap. 5. Regis
Federici sub num 5. tom. 1. punitur enim
eodem modo, quo puniretur ille, qui ip-
sum fecit, cap. si quis inuenti, § si quis
famosum, versic. sin verò non statim, 5.
quæst. 1. vbi, esto quòd quis non fuerit
famosi libelli author, sed ignarus inue-
nit,

nit,& non corruperit, aut igne non consumpserit. aut igne non consumpserit, sed vim illius manifestauerit, eadem, qua author, pœna punietur, In qua
12 ligæ † compositione tam Carlensium, quàm paruulorum pro fraudibus euitandis præcipitur per Serenissimum Regem hic, vt statuatur vnus adiunctus idoneus,ac expertus in d.Siela pro parte Regni, qui vnà cum dictis Magistro Rationali, Iuratis, alijsque Magistris Sielæ de tribus habeant prouidere, videlicet, Primo ad quam rationem vendi debeant post habitam experientiam Gabellotis prædictia Carlenses non iusti ponderis, Secundo quo pretio veteres paruuli vendantur Gabellotis eisdẽ, ipsi Tertio quid debeant Regiæ Curiæ dare Gabelloti, pro cudendis paruulis ipsis ex veteribus paruulis supradictis, & quid de paruulis ex ære cudendis,ponendo ligam ad rationem prædictam; Additur hic, & quarto, idest, quòd adiunctus per nostram Maiestatem semper sit presens in liga ponenda tam paruulis, quam Carlensibus, ne fraus aliqua cõmictatur, isthæc omnia declarata,& posita ad vnguem in hoc Regni capitulo disponuntur, ibi, fraudibus autem, vsq; ibi, præsẽtes autẽ Cõstitutiones,&c. & sic videmus quòd magna sit ista confidentia in hoc adiuncto,qui,vt dixi in d. c.Regni 58. Regis Iacobi nu.49.de iure vocatur Nicostratea post Luc. de Pẽna, Bald.& alios, quos ibi citaui, & hodie nostris temporibus,in quibus hoc Ann. 1608.fit noua moneta Messanæ de mandato Illustrissimi Domini Proregis Marchionis Viglienæ, illuc fuit missus pro isto adiuncto V. I. D. Iacobus Iancardo vir in Politicis,acMechanicis etiam scientijs versatus, & studiosissimus ob eximias eius virtutes amicus noster, cuius nunc animam in Cælis teneat D. O. M. pro sua pietate. Et videtur hoc cõforme ad ea, quæ dicunt Doctores, quòd quo-
13 ties moneta † noua esset effecta vilior, magisquè ære commixta, & malæ lighæ, teneantur debitores refundere bonitatem, & licet communis * sit conclusio, quòd vbi moneta facta est deterior in bonitate intrinseca, vel in pondere, solutio, vel fiat de moneta antiqua. aut de noua ad valorem antiquæ ex Bart. in d. l. paulus ff. de solution. Alex. Soccin. Brun. Bald. Rub. Corn. Curt.Iun.in tract. monetæ quæst. 1. Berous cons.143.num.28. vol. 1. Stephan. Bertrand.cons.17.nu.4.& cons.45.nu.4. vol. 4. Hicron. Cagnol.in d.l.2.nu.210. cum seqq.C.de pact. inter empt.& vendit.Natt.cons.302.& cons. 454. num.5. Cephal. cons. 31. num. 8. & seq. Didac. Couarr.in præd. tract. de collat. veter. numism.d.cap.7.§.vnico vers tertia conclusio, Nicol.Boer.decis. 327. num. 13. Andr.Tiraquell.in tract.de retract.consanguin.§.1.gloss.18.num.27.cum similibus traditis per Io. Petr. Surd. cons. 220.col.2.& 3.eod.vol.2.vbi quòd licet debitor non possit cogi soluere de moneta antiqua,sed de noua, attamen debet solui ad æstimationem antiquam, & attenditur nihilominus valor, qui est solutionis tempore,ex traditis in d.cap. 58.Regis Iacobi num.40.addo post Speculat.in tit.de obligat. & solut. §. nunc aliqua, Ludouic.Roman.cons. 123.col. 2.Bald.in l.fin.nu.4. & seq. C. commun. delegat.& in l.illud, nu.13.C.de Sacros. Eccles.Brun.in d.tract.de augm.monet. conclus fin.declaration.12. Cephal.cõs. 342.num.30.& seq ait idem Surd. cons. 454.nu.1.lib.4. & nu. 7. vbi melius resoluit veram esse conclusionem, & communem * quòd vbi moneta est facta deterior in intrinseca bonitate, solutio sit facienda de antiqua moneta, vel de noua secundum valorẽ antiquæ ex se ipso cons.151.nu.69. & d. cons.220.num.14. cum concordantibus. Et quamuis etiã moneta recusari non possit per credito-
14 rem † maximè stante illa communi consuetudine, de qua scripsi iam in d. cap. 58. Regis Iacobi, nu.13.14.15.& multos DD.cumulat post Natt. Pinell.Rub. Cephal. idem Surd. modo citandus n.1. cum toto hoc tamen,si v. g. vt in d. cap. 58. tetigi, adesset pactum conuentum, non attenditur amplius dicta consuetudo, quinimmo ipsum seruandum est pactum, vt post Bald. in l.non amplius, §. fin. ff. de legat. 1. ibique Imol.col.2. & Aretin.col 3. qui determinant,quòd promictens soluere decem libras Pisanorum, non potest aliam monetæ formam tradere, Brun.in d.tract.de augm. monet.conclus.fin. in 3. membro, quos refert, & sequitur Dominus Surdus cons.242.nu.3.lib. 2. vbi allegat etiam Pinell. in rubric. C. de rescind vendit. part.1.cap.3.nu.17.maximè quando essent verba geminata, idest, auri in auro, & similiter,vt ipse subdit, nu.4.& 5. & seq.ex Cephal.d.cons.31.n.11. & seq. Curt.iun.in tract.monetæ, quæstio. 10. (aliàs attenderetur dicta consuetudo)
15 præsertim si partes dixissent † quòd solutio

lutio non possit fieri in alia moneta, nu.
8. & seq. & est pulchrum consilium in
hac materia, & iterum cons. 246. num.
22. eod. lib. 2. vbi quod licet de dicta ge-
nerali consuetudine possit vna moneta
pro alia solui, fallit, dicit ipse, quando
partes conuenerunt de soluenda certæ
monetæ quantitate, easdemque met do-
ctrinas; & authoritates repilogat. Et
16 sic semper risimus de Alchimia † de qua
aliqua tetigi in d. cap. 10. num. 6. & de ea
modo addo quod dixit Plato demon-
strando eius impossibilitatem, inquit
enim pone sed ē in Zapphiro, quasi dicat
in Cælo, & sic solus Deus potest. Subdi-
ditur in hoc capitulo quòd si aliter mo-
17 neta † & sic dicti Carlenses non essent
iusti ponderis, vult Rex noster quòd
Gabelloti dictæ Siclæ emant omnino
ipsos, consequenter teneantur emere à
patronis ipsis, vt hic, precio taxato per
vnum ex Spect. Magistrorum Rationa-
lium cum duobus Iuratis Nobilis Ciui-
tatis Messanæ, ac Magistris Siclæ præ-
dictæ, alijsque adiunctis expertibus, &
iddem dicas de paruulis prout hic, par-
uuli verò, & est vna de pluribus limita-
18 tionibus ad l. nec emere † C. de iure de-
liber. vbi adnotaui post Bart. quòd sicut
illa lex habet locum in venditore, ita &
in emptore, & sic quemadmodum fallit
in multis casibus, vt ibi quòd cogitur
quis vendere rem suam contra illius le-
gis dispositionem, ita & isto casu cogitur
emere inuitus, vnam video hic differen-
tiam, eo quia illi, qui habent carlenses
non iusti ponderis, non coguntur ven-
dere, prout hic, ibi, à patronis vendere
volentibus, sed tamen Gabelloti co-
guntur eos emere, dicas quòd modo
hic non tractatur de carlensibus malæ
ligæ, quia tunc incidendi sunt, vt supe-
rius vidimus, sed de carlensibus non iu-
sti ponderis, quo casu non cogitur quis
illos vendere, sed volendo vendere Ca-
belloti teneantur illos emere, & facit
ad ea, quæ videmus nunc Ann. 1609. in
19 quo fuit promulgatum bannum † quòd
aliquæ monetæ non possint expendi, ni-
si ad pondus, propter incisiones mone-
tarum, quæ currebant, certè si quis nol-
let vendere non cogitur, sed volens po-
stea cogantur Gabelloti, & aliæ perso-
næ, puta victualia vendentes, vel mer-
cimonias, dictas pecunias recipere ad
pondus, & omnes alij, quibus demū solu-
tio erat faciēda, astringebātur recipere
ad iddem pondus. Sic de iure disponitur
20 quòd quando Officiales Regij † quorum
erat officium recipere pecuniam Re-
giam, debebant eam acceptare, ac reci-
pere ad generale pondus non incisam,
nec minoris ponderis, vt refert Domin.
Matth. de Afflict. in constit. caussas, nu.
12. tit. 50. qualiter Iustitiarij, libr. 1. per
l. 2. C. de ponderatoribus, & auri illa-
tione lib. 10. d. l. fin. C. de veter. numism.
potest. lib. 11. argumento Thesaurario-
rum, de quibus loquutus fui supra in
cap. 116. Regis Federici sub vers. secun-
dum, n. 31. cū seq. tom. 2. Sic etiā de iure
21 est, quòd si quis † recusat acceptare
nummos, & monetas secundum publi-
cum valorem, falsi pœna puniri pote-
rat, Bart. in l. qui falsam ff. de fals. & ille
imponit valorem monetæ, qui fuit à
Principe Deputatus, vt tetigi superius,
nu. 7. secundum eundem Bart. & alios
in d. l. 1. & fin. C. de veter. numism. po-
test. lib. 11. Brun. qui multos citat in d.
conclus. vlt. versic. verus autem valor,
col. 2. idem Surd. d. cons. 285. col. 2. Et
supradicta liga non solum debet curre-
re in carlensibus, sed in paruulis, vt
subdam inferius in versic. quarto colli-
22 go ¶ An autem Mercatores † vel alij
habentes argentum, siue in vasis, siue in
massa, possint inde cudi facere, & in
pecuniā conuertere, dic sic, & nullū diri-
ctus ius soluetur, si in sala Regia cude-
tur, hoc est in dicta Sicla, quod est ve-
rum ad Regium beneplacitum, sic ha-
bes infra in cap. 50. in fine vbi tāgo in §.
9. hinc dixi in d. cap. 58. Regis Iacobi à
nu. 31. vsque ad num. 34. quòd argenti
appellatione, pecunia intelligatur.
23 Tertio colligo quòd moneta † cudi-
tur in dicta Sicla in nobili Ciuitate Mes-
sanæ existente, ita hic, ibi, in Sicla ve-
rò, & sic de publico fieri etiam expensa
debet cudendi, ratione quia regulari-
ter pecunia debet tantum valere in for-
ma signata, quantum in rudi materia,
ita Surd. in d. cons. 285. col. 1. lib. 2. per
l. 1. & ibi Gloss. ff. de contrah. empt. In-
noc. & alij in capit. quanto, de iureiu-
rando, Bartol. Socin. Hieronim. Cagnol.
& Brun. de quibus per eundem Surd. &
ita Messanæ obseruatur, cuius Nobilis
Vrbis priuilegijs quandoque ob publi-
cam vtilitatem pro necessitatibus Re-
gni, & pro soluendis Regijs donatiuis,
24 fuit per Regem dispensatum, vt possit †
cudi moneta etiam hic Panormi ad be-
neplacitum Regis, & infra sex annos re-
uocari non possit, vt legitur expressè
infra in cap. 487. eiusdem Regis Alph.
d. tom. 5. Consequenter oritur, vt in
nullo

nullo, alio, loco cudenda est moneta
ipsa, alias erit casus confiscationis, etiam
dicti loci, vel domus, in qua conflata
esset dicta moneta, dummodo dominus
ipsius scientiam, & noticiam de hac fa-
bricatione haberet, ita habes infra in
cap. 36. eiusdem Regis Inclitri Ioannis
d.tom.6. vbi intantum procedit, vt non
sit locus, nec possint componi dicti in-
culpati de crimine ipsius falsæ monetæ,
nec per Illustrissimum Proregem, Vica-
rium, aut Præsidentem Regni, vt de hac
compositione dicemus infra in cap. 51.
in 8. obseruantia. Sicut dixi de statuto
prohibente ludere, alias domus, in qui-
bus tenetur ludus, confiscantur, vel vbi
inuenti essent scopettoni, nã non obligat
eum, qui receptauit aduenã, & ipse repo
suit, ille verò nesciebat vt tradidi supra
in cap. 77. eiusdẽ Regis Federici nu. 9. 15.
16. cum ibi concordantibus, d. tom. 2.
addo post Bolognett. consil. 25. nu. 13. &
seq. vol. 1. Bursatt consi. 231. n. 47. & post
n. 55. versiculo, quinto additur, Prospero
Farinaciũ, de varijs, ac diuersis crimini-
bus, quæst. 108. nu. 44. part. 3. vbi quòd
ignorãtia excusat à delicto, nec est veri-
simile quòd domi suæ ipso ignorãte pro-
hibita introducta sint arma, & similia,
& ita vidisse inscijs Dominis inimicorũ
opera in eorum domos res prohibitas
introductas fuisse. Et in puncto de hac
Sicla locutus sum in cõmentarijs Cõsue
tudinum Panormi cap. 85. sub nu. 3. & 6.
post Chassan. de Gloria Mundi, & alios,
25 quæ Sicla † potest dari etiam in gabellã,
vt hic habetur, ibi, quòd Gabelloti ipsius
Siclæ, qui Gabelloti, siue alij Officiales
ad hoc deputati semper erũt subditi Il-
lustrissimis Proregibus in Regno, tetigi
infra in cap. 398. eiusdem Regis Alph.
d. tom. 5. vnde oritur quòd potest Prin-
ceps ex dicta gabella Siclæ sic data, vel
concessa capere ex prædicta officina mo
netaria aliquod lucrum, tam propter
deteriorationem monetarum, quàm
etiam pro subueniendo publicæ necessi-
tati, ita post Bartol. in l. 2. §. mutui, ff.
si cert. petar. Innoc. Abb. Fælin. Ant. de
Butrio, & alij Canonistæ in cap. quãto,
de iureiurand. Imol. in d. l. Paulus ff. de
solut. Didac. Couarr. in d. tract. de Col-
lat. veter. numismat. cap. 7. nu. 5. versic.
ad propositam, Afflі. & Hieronim. Ca-
gnol. de quibus per Io. Petr. Surd. d.
consil. 285. num. 11. Et postquam di-
26 cta moneta † siue aurea, vel argen-
tea conflata est, & ad cuneum reducta,
non potest amplius in hoc Regno Sici-
liæ infundi de nouo, nec conflari, neque
diminui de liga, nec in aliam monetam
mutari sub pœna vnc. 100. nisi pro con-
flando meliori moneta argentea, ita ha
bes infra in cap. 399. & 400. eiusdem
Regis Alph. d. tom. 5. prout ætate no-
stra videmus modo quòd omnis moneta
27 in Regno, ex quo est vitiosa † & abrasa,
de nouo conflata est ex modernissimis
Pragmaticis, quæ cum maxima causa
sunt factæ, nam Princeps non posset
mutare monetã, vt dixi in d. cap. 10. Re-
gis Iacobi sub nu. 1. maximè sine populi
consensu, vide Luc. de Penna in rubr. C.
de veter. numismatum potest. lib. 11.
Quarto collige, ibi, paruuli vero, &c.
28 quòd moneta † paruulorum debet ex-
pendi sub vno cuneo tantum, non tamen
sic in moneta argentea per ea, quæ sen-
tij superius in versic. secundo collige,
n. 5. & seqq. cũ illis formis per suam Ma-
iestatem ordinatis, & hoc etiam cum
liga, quemadmodum diximus de mo-
neta argenteã ibidem, secundum qua-
litatem tamen suam, prout hic, tempe
ad rationem de sterlingis septem cum
dimidio pro qualibet libra, & cum ea-
dem coactione emendi ab ipsis Gabel-
lotis, sicut dictum est in carlensibus su-
pra ibidem, & loquitur hoc capit. de
paruulis ex ære cudendis, sic habes
paulò infra in fine, ibi, & quòd de par-
uulis ex ære cudendis &c. dictique ster-
lingi sunt certi nummi argentei Angli-
ci ex 26. parte vnciæ vt ait Couarr.
pract. quæst. in fine in tit. veterum col-
latio nummis cap. 2. num. 12. vbi quòd
26. nummi argentei sterlingi vnciam
pendebant ex Virgilio Polydoro in hy-
storia Anglica, lib. 16. & dicitur sterlin-
gus quasi sturnus auis, Anglicè, ster-
ling, vulgò stornino, & est quilibet ster
lingus paulo maior sextertio Romano-
rũ, & de his fit mentio in cap. cõstitutis,
de procurator. & in cap. 3. de Arbitr.
29 Quinto collige, an si vna moneta †
redigatur in aliam, v. g. cambiando in
florenos, vel alios possit accipi lucrum,
vide quæ dixi supra in d. cap. 116. Regis
Federici d. versic. secundum, tom. 2. &
in d. cap. 58. Regis Iacobi, num. 53. vbi
quòd potest aliquid recipi pro mercede;
quid stante pragmatica in Regno hoc,
tit. 72. § 7. de monet. tom. 1. pragmati-
carum. Et hic videntur finire hæ duode-
cim Constitutiones, sed aduertas quòd
infra in cap. 46. dicit Rex, ibi, quas con-
stitutiones, & sic subaudit, quòd sequun-
tur, sed sunt reuera diuersæ ab his.

Quòd Officiales sint annales, & annuatim mutentur. *Cap. XLIIII.*

REgni nostri cura præcipua sensibus nostris semper inuigilat, qualiter populorum nostrorum regimini valeamus, Deo propitio, diligenter prouidere, adeo vt nostrum Regale culmen sublimetur, & nostri subditi clementiam consequantur. Hac igitur consultissima sanctione, quam, Deo præuio, cum deliberatione, & consensu Prælatorum, Comitum, Marchionū, nonnullorum Principum, ac Procuratorum cæterorum absentium nobilium, & Baronum, necnon Syndicorum vniuersitatum in nostro Sacro Consilio præsentium duximus statuendum, quòd de cætero Straticotus Nobilis Ciuitaris Messanæ, Prætor Fælicis Vrbis Panormi, Capitaneus, & alij Officiales Regni nostri Demanij, non, nisi per annum, durent in officio, & annuatim mutentur per nostras Maiestates.

SCripsi supra eod. in cap. 1. post principium, num. 18. 19. 20. Et dum hic subditur cum cap. immediatè subsequenti, ibi, ac Procuratorum, colligitur quòd in Parlamentis possunt venire, & comparere Feudatarij, per Procuratores vide latè cum sua materia infra in cap. 11. Regis incliti Ioannis, versic. Ad quod, tom. 6. vbi facio mentionem de hoc verbo, Principum, nam est ordo præposterus in præcedentijs dignitatū.

Quòd ordinentur in Ciuitatibus, & Terris ordinarij Consiliarij ad numerum Iuratorum. *Cap. XLV.*

DECET Regalis apicis curam, generalitatis custodire concordiam, ad laudem Regnantis trahitur, sic ab omnibus pax amatur, vt à Rectis gubernentur Consilijs Populi, diuina prouidentia, & subiecti. Quapropter cum deliberatione, consensu, & Consilio Prælatorum, Comitum, & Baronum, & Procuratorum eorundem, & Syndicorum Vniuersitatum prædictarum, præsentis edicti sanctione iubemus, vt per Ciuitates, Terras, & loca nostri Demanij, tot ordinentur Consiliarij circa Reipublicæ gubernationem, quot fuerunt Iurati in Ciuitatibus, Terris, & locis prænominatis, qui Consiliarij durent per annum, sicut Iurati prælibati, & ordinentur ipsi Consiliarij anno quolibet per electionem, & schedulas, vt solent Iurati semper ordinari.

COntinuatiuum est quasi cum præcedenti capitulo, ob id dicas, vt ibidem posui.

Z Quòd

Quòd minores vigintiquinque annis non debeant ad officia promoueri. Cap. XLVI.

ILLIS conuenit officium regendi committere, qui non doceri debeant, sed docere Qua ratione, publicæ rei vtilitate commoti, statuimus cum consilio, & assensu prædictorum, vt Minores vigintiquinque annis ad officia in ciuilibus, vel criminalibus minimè debeant promoueri, prout sunt, officia Straticoti, Prætoris, Capitanei, Assessoris, Iudicum, Iuratorum, Catapanorum, & Consiliarij; quas constitutiones ad gloriam, & laudem Summæ, & Indiuiduæ Trinitatis, cuius gratia prosequimur quicquid agimus, ac totius Regni Siciliæ pacis, tranquillitatis compositionem, pacificum statum, & vniuersalem dante Domino, benè edidimus in nostro sacro, & vniuersali Concilio.

SVMMARIVM.

Minores vigintiquinque annorum nõ possunt ad officia promoueri, n. 1 cum seqq. & nu 9. rationes nu. 11. cum plurib seq. & nu. 24. 25. 26. 27. 28. 29. amplea nũ. 30. 31. 32. declara, num. 33. 39. 41. 43. 44. 45. 46. 47.

Senatores non possunt esse nisi ætate 30. annorum, nu. 2. & n. 5. 6. & dicuntur à senio, nu. 8.

Iudices debebant eligi ætate 30. annorum, ibid vel saltim 25. annor. & non iuuenes, nu. 13. qui debent obedire, & ministrare senioribus, nu 4.

Decuriones non nisi 25. annorum eligi debebant, nu. 3.

Quæstores ad hoc vt eligerentur, debebant excedere ætatem 27. ann nu 4.

Aetas quadraginta annorum est apta suf ficere laborem, nu. 5.

Inquisitor hæreticæ prauitatis non debet esse minor 40. annorum, nu. 7.

Aetas maior & perfecta de iure communi erat 25. annorum, vel saltim 20. annor nu. 10. ex nostro statuto decem & octo ann. nu. 33.

Minores non sunt expertes scientiæ, & conscientiæ, sicut maiores, num. 11. & seq. nec constantis, & recti iudicij, num. 27.

Seniores semper in officijs sunt eligendi, nu. 12. quia pollent maiori iudicio, & experientia, nu. 13. 14. 15. 16. 17.

Duces belli non debent esse iuuenes. ibid.

Reges & Principes debent esse senes non pueri in Regnis, nu. 16.

Minores non possunt iustitiam cum administratione regere, nu. 17.

Iudex sapiens iudicabit populum suũ, ibid.

Rex si nescit regere regnũ suũ, dandus est ei curator, & coadiutor, & quando, nu. 18 19. & idem si esset minor, n. 23.

Episcopus quandoque habet Coadiutorem, si v. g. est suspectus de dilapidatione, vel criminosus, & quando, nu. 19. vel infirmus, nu 20.

Coadiutor quibus casibus dandus sit Regibus, & Episcopis, & qui, & quales, & quanto tempore, ibid. & ad quem spectet creatio, nu 20.

Episcopi duo possunt quandoque ex causa constitui in eadem Diœcesi insolidum, & quomodo, nu. 21.

Vicarius Generalis vnus esse debet, non duo, nu. 22.

Papatus nõ potest residere in duobus, quia est hæreticum hoc sentire, ibid.

Rex si est minor datur ei tutor, vel curator, vt regat Regna, nu. 23.

Minores non possunt dare vocem in consilio, nec in constituendo Sindaco, nu. 24. nisi de consensu consilij. nu 44.

Minores non sunt capaces iuramenti in officijs regendis, nu. 25.

Officiales tenentur regulariter denunciare Principi maleficia delinquentium, sub

sub pœna, num. 26.

Minores ideo non possunt esse officiales, quia si non denunciarent delicta punirentur, ibid.

Minores non possunt impetrare veniam ætatis ante 20. ann. nu. 28.

Minores non possunt administrare sua propria negotia priuata, nec publica, num. 29.

Minor non potest esse tutor alienorum filiorum, & quid si de facto administrauit quomodo teneatur, & an factus maior reassumat tutelam ibid.

Minor, tempore electionis officij si sit, non potest acceptare officium, nec valet acceptatio, nu. 30.

Præfecti Prætorio debent esse maiores ætate, nec ab eorum sententijs appellatur, num. 31.

Appellatio denegatur à sententia Præfecti Prætorio, ibid.

Minores non possunt habere officia, nec ciuilia, neque criminalia, nu 32.

Minor ex nostro statuto intelligitur de decem, & octo annis, nu 33.

Maior 18. annorum potest esse officialis in Regno, ibidem.

Rector Studij debet attigisse vigesimum annum, Custos debet esse 22. ann & quid de iure, nu. 34.

Ætas siue maior, siue minor probari debes, nu. 35. & quomodo i.u. seq.

Ætas probatur etiam ex descriptione librorum, quos tenerent patres in natiuitate filiorum, nu. 36.

Ætas probatur etiam ex aspectu præsumptione, & quomodo, nu. 37.

Adolescentes quandoquè sunt calui, & apparent senes, ibid. cum seq.

Moyses vixit centum viginti annos cum colore, ac pelle ad modum iuuenis, n. 38.

Iuuenes sunt quidam qui in iuuenta ætate habent candidos capillos, in senecta, nigros, ibid.

Minor potest esse offitialis ex dispensatione Principis, nu. 39. cum seq. & potest ei demandari iurisdicio. nu. 42.

Arbiter potest esse 20. annorum, vel 18. ann. nu. 40.

Armorum Capitaneus potest quandoque ex iusta causa esse minor, n. 41. & seq.

Minor potest esse miles, & quare, nu 43.

Militia consistit in collatione conferentis dignitatem ipsam, non accipientis & potest in puncto mortis conferri, nu 43.

Dignitas potest etiam in puncto mortis conferri, ibid.

Minor potest votare, & dare vocem de consensu consilij, nu. 44.

Minores 25 annorum habentes quinquefilios possunt habere officia, & honores, num. 45.

Minores in casibus non expressis non prohibentur esse capaces officiorum, ac dignitatum, nu. 46.

Minores possunt ex consuetudine promoueri ad officia quæ debet attendi, nu. 47.

Officialium in creatione seruanda est consuetudo, ibid.



Vicquid dicat iam
habes in rubrica,
nempè quòd mi-
1 nores † viginti-
quinque annorum
non possunt ad of-
ficia aliqua pro-
moueri regulari-
ter, prout sunt Officia Straticoti, Prætoris, Capitanei, Assessoris, Iudicũ, Iuratorũ, Catapanorũ, & Consiliariorũ, & possunt multa videri per Iacobũ Menocch.
de arbitr. iudic. casu 540. centur. 6. lib. 2.
vbi ex Festo de Magistratib. Roman. &
ex Petro de Gregor. cap. 25. nu. 8. syntag
mat. iur lib. 47. refert Senatores, & Iu-
2 dices, consueuisse eligi † qui excederēt
trigesimum ætatis eorum annum, alle-
gat Sueton. in vita Augusti, cap. 32. in
fine; vel plus, aut minus, vt modo sub-
dam, nu. 5. sic Consules apud Romanos
iuxta præscriptum simile nostrum sta-
tutum, nisi viginti quinque annos habuis
sent. eligi, neque creari minimè potuis
sent (nisi aliqua ex causa, vt subnectā in-
ferius) ex Corasio in l. vnica, nu. 13. ff.
de offic. Consul. Menocch. nu. 5. vbi sub-
3 dit nu. 7. iddem fuisse in Decurionibus †
qui non, nisi dictum vigesimum quintum
attigissent annum, eligebantur per text.
in l. ad rempublicam ff. de muner. & ho-
nor. Callistrat. in l. non tantum ff. de De-
curion. Immo erat plus in aliquibus Of-
ficialibus. nam, vt refert idem Dom. Ia-
cob. Menocch. num. 6. non poterat Quæ-
stor consueuisse eligi, nisi attigisset ne
dum 25. sed etiam vigesimum septimum
4 annum † ex Carol. Sigon. lib. 2. de anti-
quit. iur. Romani cap. 2. idem Coras.
in rubr. ff. de offic. quæstor, num. 2. vbi ex
eademmet causa etiam multoties ado-
lescentulos, plerosque quæstores fuisse
5 creatos. Iddemque de Senatoribus † qui
vel 22. vel 24. annorum esse debuissent
vel vigintiseptem, vel 30. ex diuersitate
opinionum, & l. 2. §. deinde, nu. 8. ff. de
origin. iur. Alex. ab Alex. lib. 4. dier. ge-
nialiũ. cap. 11. Sigon. de antiquitat. iur.

Roman.cap.2. lib. 2. Gell. lib. 14. Cice-
ron. Valer. Plin. iun. epistol. ad Traian.
lib. 10. Edict. August. de quibus per ipsũ
Menocch. latè nu. 10. 11. vbi Constantini
temporibus dicit sufficere ætatem in Se-
natoribus 20. ann. ex. l. 2. C. de his, qui
ven. ætat. impetr. & ibi Accurs. in §. sed
Senatores, Mandos. nu. 85. cap. 5. in tract.
6 de ætat. minor. Est verum quòd ætate †
nostra Principes soluere creare Senato-
res satis iuuenes, vt de Thesaur. in præ-
fat. suarum decisionum nu. 25. creato à
Serenissimo Duce Subaudiæ testatur ip-
se Menocch. nu. 13. qui subdit quòd in
Senatu Mediolani nullus illuc vsque Se-
nator creatus fuit, nisi facto, & completo
30. ann. licet ad minus ex sua opinione
eligi deberet, 40. annorũ, quia hæc ætas
apta est perferre laborem, & prudentia
viget ex Dyonis. Halycarnas, lib. 2. an-
tiquit. Roman. dum de Numa Pompi-
lio Romanorum Rege creato scripsit. Et
similiter in Inquisitore hæreticæ praui-
7 tatis † qui, vt sit Inquisitor, oportet, vt nõ
sit minor dictorũ quadraginta annorũ;
vt subdit ipsemet Menocc. n. 8. sicque ita
tuisse S. Pontif. Clementem V. per Cle-
mentinam Nolentes, de hæret. rationem
assignaut Corrad. Brun. in tract. de Hæ-
ret. cap. 1. lib. 4. Iacob. Simanc. in Catho-
lic. instit. tit. 34. nu. 11. & vide per Bar-
tholom. Chassan. in Cathalog. Gloriæ
Mundi part. 7. considerat. 13. vbi quòd
8 hac de causa vocantur Senatores † hoc
est à senio, eo quia soli senes ad tale of-
ficium eligi debent ex Bald. & Innoc. &
Gugl. de Benedict. & mirantur eorum
ætate de aliquib. Consiliarijs crea-
tis, & institutis in Parlamensis ætate
20. aut 25. annor. & ob id multoties;
dicit ipse Chassan. quando aliquæ res
malo inchoãtur principio, vix bono pro-
pagantur exitu, & refert hos versus,
„ *Roma vetus veteres cũ te rexere Quirites,*
„ *Nec bonus immunis, nec malus vllus erat.*
„ *Defunctis Patribus, successit praua iuuentus*
„ *Consilio cuius præcipitata ruis.*
transeunt etiam hic Nostrates, Boniorn.
Podio, & Fimia, concordat hoc capitu-
9 lum etiam † cum iure communi l. ad
Rempublicam, ff. de muner. & honorib.
vbi habetur quòd ante 25. annum ad
ipsam Rempublicam ministrandam ad-
micti minores nõ oportet, l. non tantũ,
§. 1. ff. de Decur. l. si pater, C. quand. pro-
uocar. non est necesse, Speculat. in tit. de
Syndico, §. 1. col. 2. quæ ætas est etiam
10 de iure communi † vt dicit Additio ad
Bartol. in l. qui in potestate ff. de testam.

vbi habetur quòd ætas perfecta de iure
legum est 25. annorum, concordat etiã
cum l. 5. Hispaniæ, quæ incipit, maior in
fine, tit. 4. 3. partit. & etiam l. ordin.
del Alcala, de quibus pulchrè in hac
materia per Roderic. Suarez. Alleg. 12.
per totam, vel saltim annorum viginti
secundum Bald. in l. exigendi col. 3. C.
de procurator. l. 1. C. in quib. caus. restit.
non est necessaria, idem Bald. Cyn. &
Alex. in l. de pupillo, ff. de noui oper.
nunc. quos sequitur Io. Anton. Bosell. ad
Statuta Parmæ, in tit. de electione Con-
sulum fol. 8. lib. 1. quoties enim aliquis
assumitur ad regimen per viam electio-
nis, non potest esse minor isto tempore,
secus vero si per viam successionis in Re-
gno succederet, vt declarat concordan-
do Iacobin. de S. Georgio inferius ci-
tandus.

Ratio est prima, quæ ponitur in textu
11 vltra eam, quam adduxit Xenoph. libr.
3. commi. & vltra eas, quas apportabo in-
ferius, quia illis regendi conuenit offici-
um, eisque committere, qui non doceri
debeant, sed docere, vt hic in principio,
cũ sint tunc inexpertes scientiæ, & cõsci-
entiæ; ita Cicer. in lib. de officio, & faciũt
quæ pulchrè adducuntur per Pedamont.
decis. in Præfat. sub nu. 8. & seq. vbi affe-
rendo multa loca ex Sacra scriptura, di-
cit, semper eligi debere Seniores, & quæ
dicit idem Chassa. in d. Cathalog. Gloriæ
Mundi d. par. 7. consid. 13. de quo memini
in cõmentar. Cons. Pan. c. 68. n. 43. & in c.
si aliquẽ nu. 79. tom. 1. Reg. Iacob. & quæ
12 tango inferius n. 27. † vt in Deutoro. c. 1.
& Numer. cap. 11. & Plutarch in Licurgi
vita, ibi, grande cuique senes, &c. vbi de
eo referẽs, dicit, quod constituerat, vt in
locum iudicantis, siue mortui, vel viuen-
tis, ille assumeretur, qui annum sexage-
simum transijsset cum similibus per ipsũ
Pedamont. adductis, vbi assignat ratio-
nem, quare Senatores antiqui in calceo
lunæ signum deferebant, senes enim ma-
13 iori iudicio † & experientia pollent, Ari-
stotel. 1. Aethic. & in Auth. de iudic. §.
vetus. Tiraquell. de primogen. in præfa.
num. 75. vbi latissimè, idem Arist. lib. 3.
Topicor. quo loci ait, nemo eligit iudi-
ces iuuenes, aut Duces, quia non constat
eos prudentes esse, sed eligit ad fortitu-
dinem senes, licet non ætate, saltim mo-
ribus; quare Aegiptius sacerdos apud
Platonem exclamat, O solon, Solon, vos
Græci semper estis pueri, nullus autem
est senis, quem post Clem. Alex. Strom.
lib. 1. col. vlt. refert, & sequitur ipse The-
saur.

sant. vbi supra, qui multa ponit de Iu-
dicibus cum nu. seqq. & in proposito sic
testatur etiam Auton. Gomez. ad l. 40.
Tauri sub nu. 7. qui ait, quòd magis sa-
14 num † integrumque consilium est in ma-
iore, quàm in minore ad gubernatio-
nem exercendam, adducendo eundem
Philosoph. 7. Politicor. qui dicit natura
quidem humano generi dedit hos senio-
res hos iuniores, quorũ quidem primos
principari, secundos subijci necesse est,
nec indignari debet iunior subditus fu-
turus, honestum est enim iuuenibus mi-
15 nistrare, & obedire † senioribus capit.
licet, de voto, vbi Abb. in 2. col. Oldrad.
cons. 94. col. 4. Alberic. in 1. Constit. ff. ve-
teris §. discipuli Io. Lecirier in tract. de
Primogenit. libr. 2. quæstio. 14. & est lex
Hyspaniæ, quam testatur idem Gome-
zius loco citato, l. 1. ff. de minorib. pul-
chrè Iacobin. de S. Georgio de feudis in
verbo, Carolus, fol 8 nu. 9. vbi adducit
capit. 12. Prouerb. Dabo pueros Princi-
pes eorum, & Ecclesiast cap. 10. veh tibi
terra, cuius Rex est puer, & cuius Prin-
cipes manè comedunt, Bald. in l. cum an-
tiquioribus colu. pen. C. de iur. deliber.
Oldrad. cons. 52. qui subdunt quòd Rex
16 † senior expedit in Regno, faciunt verba
Bartoli in l. cum vos affirmetis C. qui
ætat. lib. 12. vbi dicit quòd quædam sunt
munera personalia, in quibus requiri-
tur consilium, discretio, & similia, velu-
ti esse de Consilio, habere aliquod regi-
men, & hoc non conceditur minori 25.
annorum, & idem in l. vnica C. de mul.
d. lib. x. qui concludit quod honor cum
administratione non potest minoribus
17 concedi, adolescentium enim iustitia †
senium regenda est prudentia, & Aristo-
tel. 2. de Anima dicit, actus actiuorum
esse in benè disposito, quia Iudex sapi-
ens iudicabit populum suum, vt dicitur
in Ecclesiast cap. 10. & Principatus sen-
sabilis stabilis erit, cum similibus, quæ
dixi de Rege supra in Procemio Capi-
tulorum huius Regni sub Rege Iacobo,
versic. in qua Coronatione, n. 81. 82. 83.
18 tom. 1. Immo si Regi nescienti † Regnũ
gubernare dãdus est curator, vel si factus
esset prorsus inutilis, vt quia Iustitiã non
seruaret, maximè locis pijs, ac pauperi-
bus, vt ait Inno. in c. grãdi cum sua gloss.
in verbo, vtilitatem, de supplend. negli.
Prælator. Bald. Speculat. & alij, de qui-
bus tradit Ioannes Bertachin. in suo re-
pertorio, in verbo, Rex fol. 327. colu. 4.
part. 4. vbi similiter refert quòd datur
coadiutor, vt memini tetigisse de Epis-
19 copo † cui quandoque datur coadiutor
vt puta si Prælatus esset suspectus de di-
lapidatione, si esset criminosus, & in-
quisitus de crimine, nam si constiterit,
deputabitur Coadiutor, cap. venerabi-
lis, de offic. Delegat. cap. vobis, & cap.
Vulterranæ, 12. quæst. 2. cap. quia, 3. q. 2.
cum similibus per Abbat. in cap. 1. de Si-
monia, nu. 18. & in cap. venerabili, num.
4. de offic. & potest. iudic. Delegat. vbi
quòd Prælato suspecto de dilapidatione,
dandus est coadiutor vir prouidus, &
honestus, cuius officium durabit, donec
ille steterit in administratione, cum cu-
ius consensu debet omnia facere, & ad-
ministrare, ex quo ipse coadiutor datur
vt malam prohibeat administrationem,
& vt curet, vt fiat bona, ex Innoc. Ioan.
Andr. & alijs declarat ipse Abb. ibidem,
& nu. 10. subdens nu. 4. quod hæc coad-
20 iutoris datio † ad solum Papam pertinet
vel saltim, vt nominetur per Re-
gem stante in Regno Regia Monar-
chia, vt suis locis iam dixi, & vide in
cap. vnico de Cleric. ægrot. lib. 6. latè Ol-
drad. cons. 44. vbi de potestate Coadiu-
toris, & similiter casu quo Prælatus v. g.
esset infirmus ob morbum incurabilem,
adeout pastorale officium exercere non
posset, dandus est ei coadiutor, latè Abb.
Panorm. in cap. ex parte de cleric. ægro.
& est mirabilis prouidentia quòd duo
exerceant administrationẽ in eadem Ec-
clesia, & Diœcesi, vnus vt aduertat sem-
per bonam exercere administrationem,
alter vt curet, ne mala exerceatur ad-
ministratio, nec mirum, quia dicunt Ca-
nonistæ, & ibi Abb. in cap. si Episcopus,
de Parrocchijs, & alienis parrocchianis
nu. 2. & 3. quòd possunt adhuc duo ali-
21 quando insolidum constitui Episcopi †
ex causa & ex speciali dispositione Papę
in eadem Diœcesi, sicut Aug accessit Va-
lerio incolumi, ita vt quilibet eorum
insolidum exerceret iura Episcopalia
per text. notabilem in cap. non autem,
7. quæst. 1. & ita de Patriarcha Gradensi
qui trahebat morã Venetijs testatur ipse
Abb. & per gloss. in cap. 2. dist. 80. idem
Abb. in cap. duobus nu. 12. extr. de sen-
tent. & re iudicat. vbi etiam infert ad
duos Episcopos diuersarum Diœcesum
quibus eadem Ecclesia est subiecta, est
verum quòd hoc fieret cum magna cau-
sa, vt subdit ipse Abb ratione quia in ea-
dem Diœcesi viderentur duo capita,
quasi monstrum, quod esse non debet
per cap. inter cætera, & cap. quoniam,
de offic. ordin. & latè posui supra eod. in
cap.

cap.8. à nu.8. vsque ad n.15. vbi ampliaui, & limitaui regulam, & sic esse dixi de Vicario Generali nu.9. hoc est de Summo Pontifice
22 ✝ quia hæreticum esset sentire, & dicere, posse esse duos, & quòd Papatus possit consistere apud duos, quia iuxta verbum Dominicum, vnicū debet esse ouile, & vnus Pastor, & sunt verba etiam eiusdem Abbatis in d. cap. si Episcopus sub d.nu.3. per gloss. in cap. non autem, 7.q.1. quam dicit esse meritò tenendam, & est dispositum per Extrauagantem Bonifacij VIII. incip. vnam sanctam. &c. quanto magis dico dan-
23 dus esset curator Regi minori ✝ vt videmus quando est pupillus, qui succedit in Regno, & dignitatem, quia tunc administrantur per tutorē vel Baliū, vt per Bal. in l.fi.C.de testam.milit. Oldra.cōs. 60. inui. Quæstio. est talis, & quæ dixi infra in capit. 388. Regis Alph. tom.5. vbi suppleo de Balijs.

24 Secunda ratio ✝ quæ euidenter etiam colligi potest ex DD. in supradictis locis est, quia si tales minores eligerentur in Officiales, vt pura Prætorem, Iustitiarium, aut Consiliarium, sequeretur quòd occurrente casu, possent dare vocem in consilio quod non potest esse, vt dicit Bartol. in l. spurij §. minores ff. de decurion. vbi ait esse notabile, & in l. exigendi C. de procurat. col. 3. versic. sed nunquid, qui subdit quòd nec habent vocem in constituendo Syndico, in actibus enim, & consilijs publicis, minores 25. annis non habent vocem, nec authoritatem, vt refert, & sequitur etiā pulchrè in causa sua propria Roderic. Suarez. in d. Allg 12. *En el pleyto*, vbi allegat etiam eundem Bartol. in l. lucius, §. imperator ff. ad municipal. Bald. & Salicet. in l. fin. C. de testam. milit. gloss. in cap. cum vigesimum, de offic. delegat. vbi Abb. Dyn. & Bald. quos refert, & sequitur Io. Bapt. Bosell. ad statut. Parmæ, tit. de pœna Consulum fol.157. lib.3. nisi de consensu consilij, subdam inferius, nu.44.

25 Tertia ratio est, quia minor ✝ eo ipso quòd adipiscitur officij possessionē, debet iurare, cuius iuramenti inhabilitate in hoc exclusus est, vt dicit Bald. in d.l.fin.C.de testam.milit, quamuis in alijs actibus iuxta terminos auth sacramenta puberum C.si aduers. vendicion. aliud sit, & indistinctè esto quòd in contractu loquatur, dixerit procedere Bart. in l.3.§ contrarium ff.de contrar.tutel. Nicol. de Neapoli ibidem, post lecturam ipsius Bartoli.

26 Quarta ratio est ✝ quia si eligerentur ad isthæc officia minores, & non denunciarent maleficia, prout tenentur regulariter Officiales, vt scripsi infra in cap. 33. Regis Alph. part.1. tom.4. non possent pœna illius statuti, nec similium puniri, vt ait idem Bald. in l. 1. C. in quib. causis in integrum restit. non est necessaria, Felin. in cap. cum olim, 2. de accusat. Ioann. Anton. Bosell. ad d. statuta Parmæ loco citato.

27 Quinta ratio est ✝ nam reuera Officiales debent esse viri boni &c. quæ virilitas non potest adesse minoribus, qui non sunt constantis, neque recti iudicij. & tetigi superius num. 11. l. obseruandum, ff. de offic. Præsid. de quibus dixit Ennius.

„ *Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres*
„ *Illaque virgo viri.*

scripsit sic Thesaur. Pedamontan. in d. præfat. decisionum sub nu. 24. & quasi disretione, & iudicio carentes l. prætor, & ibi gloss ff. de iudic. §. præterea, instit. quib. nō est permiss. facere testam.

Sexta ratio est, nam licet minores
28 sint discreti ✝ non possunt tamen impetrare veniam ætatis ante vigesimum annum eorum ætatis. l.2. C. de his, quibus veniam ætatis impetr. Iacobin. de Sancto Georgio vbi supra.

29 Septima ratio ✝ quia si minores nō possunt administrare sua propria negotia priuata, nec aliorum, vt scribo latè infra in c.78. Reg. Caroli limi.9. tom.8. vbi tango quòd hac occasione nō potest minor esse tutor alienorum filiorum per l. fin. C. de tutel. Carol. Ruin. cons.97. sub nu. 6. lib. 5. adeout esto quòd de facto administrauerit, non teneretur de neglectis, sed ex dolo, vt in d.cap. 79. conclusi Menocch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 209. factusque maior est verum quòd reassumit tutelam, Surd. cons. 218. nu.17. ex DD. in l. fin. C. de legit. tut. §. fin. instit. de fideiussor. tut. Bald. in Auth. eisdem nu.1. C. de secūd. nupt. vbi quòd etiam procedit in matre, §. seruus autem, Instit. qui testam. tutor. dar. poss. & ibi Aret. num.1. Angel. cons. 102. vbi quòd imputanda est hæredi fatuitas defuncti, qui gubernacula commisit imbecillitati, l. sed si quis, §. vlt. ff. de instit. Ruin. vbi supra, Boer. Caualcan. Soccin. & alij, de quibus per eumdem Surd. d. num. 18. multo minus nec publica, in quibus agitur de maiori periculo, vt dicit idem de Sancto Georgio, vbi alias vide-

videtur adducere rationes, quæ realiter ex superioribus adductis colligun-
tur, & fortassè occurrente casu reliquas
subnectam rationes vltra prædictas.
Extendere possum primo hoc Regni
30 capitulum intantum procedere † vt nec
valeat acceptatio officij si tẽpore accep
tationis acceptans esset non legitimæ
ætatis, ita in beneficio concludit Rota
decis. 3. in nouis tit. de rescript. gratio-
sis, nu. 3. vbi loquendo de Sacerdotali
beneficio, dicitur quòd non debet con-
ferri patienti defectum legitimæ ætatis,
Imol. in cap. cum aliquibus, de rescript.
lib. 6.
Secũndo ampliare, & extendere pos-
31 sum præsertim in præfectis Prætorio, †
qui debent esse maiores ætate, & licet
Dom. D. Marius de Gregor. F. P. & mox
Illustris Præses C.S.R.C. in suo consilio
impresso pro Illustrissimo Domino Mar
chione Elcis teneat contrarium, non pu
to eius dictum procedere sic, sed Paulus
Orianus, quem ipse allegat in l. 1. nu. 4.
ff. de offic. eius, vult dicere, quòd à sen-
tentijs Præfecti Prætorio non appella-
tur, etiam si minor sit, qui appellasset,
vt suo loco dixi.
Tertio ex mente huiusmet textus ex-
32 tende † vt procedat tam in ciuilibus,
quàm in criminalibus offitijs, & multo
fortius, ita ibi, ad officia in ciuilibus,
vel criminalibus.
Tota difficultas est verum stante Re-
gni Constitutione, Minorum iura, cum
similibus alijs Regni huius capitulis, &
consuetudinibus diuersorum locorum
imponentium, statuentium, & limitan-
33 tium ætatem minorem vsque † ad 18.
annum, de quibus Scripsi in Commen-
tarijs Consuetudinum Panormi cap. 21.
num. 60. vbi posui consimilia, videatur
esse restrictum hoc, quod disponitur in
præsenti Capitulo. & quidem colligi-
tur quòd sic, quia si optima fuit illa pro-
uisio, vt iudicetur omnis idoneus circa
administrationem propriæ substantiæ,
& sufficere vt sit 18. annorum, iddem in
administrationibus Reipublicæ per ea,
quæ dicit Abbas in d. cap. cum vigesi-
mum, & tanto magis quia vna de ra-
tionibus erat de iure, ob quam minor
25. annorum non poterat ad officia, &
alia, de quibus hic, promoueri, quia
non habebat iurandi facultatem, vt te-
tigi supra in 3. ratione, cum igitur dicta
Constitutio faciat habilem circa dicta
iuramenta maiorem 18. annorum, non
obstante quòd sit minor 20. annor. ergo,
& in indiuiduo sic concludit Dominus
D. Marius de Gregorio F. P. in hoc Re-
gno Siciliæ in d. consilio pro Illustriss.
Marchione Elcis n. 138. & seq. vbi serio
meminit de hoc capitulo Regni, & ita te-
tigi supra in c. 32. Reg. Iaco. in tit. de cõ-
cedendo Balliatu &c. in 5. declaratione,
to. 1. ideoquè potest quis dũ accessit ad
18. annũ, esse Stratigotus, Prætor, Capi-
taneus, Iudex, Iuratus, Assessor, Catapa-
nus, & Consiliarius, vt hic, & d. l. cũ præ-
tor, vbi gloss. in verbo, & impubes, ff.
de iudic. & ibi Bald. & sentit expressè
Dom. Menocch. in d. casu 540. nu. 2. &
3. ex Bartol. & Imola, vbi ait quòd de
hoc tempore, & ætate potest Iudex esse
adolescens decem & octo annorum, licet
subdat de partium consensu, per text. in
l. quidam consulebat, ff. de re iudic. vbi
omnes, & Alex. ibi. Est verum quòd in
34 Rectore † Studij specialiter videmus
auctam esse istam ætatem, vt deberet
esse, vel attigisse 20. annos, vt subdis
idem Menocch. d. casu 540. num. 9. ex
Mandos. in d. tract. de ætate minori d.
cap. 5. nu. 87. Ioann. Bertacchin. in tract.
de Episcopo, quæst. 31. nu. 56. lib. 2. Bald.
& Bologn. in Auth. Habita, C. ne fil. pro
patre, ille, nu. 48. iste, nu. 53. & ex Re-
formatione Studiorum Clarissimæ Ciui
tatis Cataniæ in tit. De electione Recto-
ris Studiorum, vbi adnotaui, requiritur,
quòd saltim Rector ipse, sit ætatis 22.
ann. Bar. verò in l. 1. §. initium, in fine,
ff. de postul. videtur concludere quòd de
iure communi sufficiat dicta ætas decẽ,
& octo annorum, subdens dictus Dom.
D. Marius de Gregorio loco citato, suffi-
cere, vt etiam attingatur decimus octa-
uus annus, per d. l. ad rẽpublicã, Caual-
can. decis. 40. nu. 17. & seq. lib. 1. quod tũ
considera stante d. cap. Regni Reg. Caro-
li d. tom 8. & vide quę scripsi in cõmen-
tar. Consuet. Pan. c. 49. nu. 2. & argu. corũ
quæ tetigi in Cap. Rit. 132. n. 55. tom. 4.
Nisi dicamus quòd maius periculum
sit in talibus administrationibus iuxta
adducta per eundem Abbatem in d. cap.
cum vigesimum, quem sequitur Rode-
ric. Suarez. d. Allegat. 12. sub n. 2. in fine.
Intelligas, vt ista ætas, de qua hic,
35 debeat probari † ad infringendum ele-
ctionem officij, Bald. in l. cum te mino-
rem, n. 1. C. de probation. idẽ D. Marius
de Gregorio vbi supra sub nu. 145. & ita
conclusi regulariter esse ætatem pro-
bandam in d. Consuet. Panormi d. cap.
21. nu. 61. cum seq. ibi ni fallor apporta-
ui quatuor modos probandi ætatẽ (qui-
bus

bus addo circa eam probationem ex
ſcriptura patrum adnotantium in eorũ
36 libris † natiuitatem filiorum , nam ex
hoc etiam ætas prædicta probatur, vt
ibidem dixi nu.64. Benintend.decis.47.
incip. introducta, l. 2. ff. de excuſat. tu-
tor & ibi gloſſ. quæ allegat ſimilia :) ad-
iungo Ioſephum Maſcardo de proba-
tion. concluſ. 668. in littera Aetas, qui
loquendo inter alia de probatione æta-
37 tis , quæ fit aſpectu † de qua etiam lo-
cutus fui in præd. conſuet. num.66. re-
fert poſt Bald.Roman. Ioann. Maur.t.&
alios inducere ſolum probationem præ-
ſumptiuam, non tamen neceſſariam, &
conſequenter eſſe dubiam incertamque
probationem , ea ratione , quia , vt re-
fert ipſe Maſcardus , num.17.18. ſolent
qui adoleſcentes ſunt calui quandoque
apparere , ita vt aſpectu ſenes iudicen-
tur , vt de Numma Pompilio teſtantur
hiſtoriæ, contra verò videntur maiores
natu imberbes prorſus fac ẽ adoleſcen-
tis præſeferentes , cum tamen maiores
38 ſint natu , prout de Moyſe † propheta
teſtantur ſacræ paginæ , qui centum, ac
viginti annos vixit Deuteronom cap.34.
cum colore , ac pelle ad modum iuuenis
conſpiceretur, ex Fulgoſ. cap. 14. lib.8.
& illis Indiæ populis oſtendi poteſt. qui
pandoræ vocantur,& per ea, quæ refert
Cteſias in conuallibus Siti , ducentos
viuunt annos in iuuenta more ſenum
candidos habentes capillos , in ſenecta ,
nigros, teſtibus Plinio lib. 7. Val lib.8.
cap. 14. & ſic etiam de Apollonio Tia-
næo Philoſopho refert idem Fulgo. d.
cap.14. qui centum annos exceſſit,aſpe-
ctu minimè ſenium fatente,& latè idem
Maſcard.num.19. cum ſeq. vbi diſcutit,
an, & quomodo ætas per aſpectum pro-
betur.

Ex diſpenſatione tamen non nego poſ-
39 ſe quem † non obſtante quòd ſit minor
concurrere ad hæc officia , & ita aiunt
Noſtrates hic ex Bald. in d.l. cum Præ-
tor , ff. de iudic. vbi Princeps creando
inhabilem ex certa ſcientia , videtur
diſpenſar latè Marc.deciſ.363. Docto-
res in d.l.quidã conſulebat , vbi Bartol.
Imola, Alex. & Zaſius. Angel. de Aret.
Inſtit. de fiduciar. tutela num. 5. &
Inſtitutionib. de except. §. penult. nu.
17. Lapus Allegat. 47. num. 5. Ab-
bas, & Fælin. in d. cap. cum vigeſimum
col. 1. extr. de offic. delegat. Quintilian.
Mandoſ. in tract. de ætate minori, cap.
5. nu. 46. cum plurib. ſequentibus, Za-
ſius lib. 2. intellectuum ſingularium,
cap.22. Menocch. in d. caſu 540. nu.4. vbi
infert ad arbitrum , qui ſi ſit maior de-
40 cem , & octo annis † eſſe poteſt arbiter
ex gloſſ. in d. cap. cum vigeſimum, Spe-
culat. in tit. de arbitr. §. 2. verſic. item ſi
minor, idem Alex. in d. l. quidam conſu-
lebat, col. 1. licet ex iure Pontificio non
poſſit eſſe arbiter minor 20. annis, Alex.
& Imola vbi ſupra, Hoſtienſ. de Arbitr.
§. 5. Abb. & Fælin. Sandeus vbi ſupra ,
Blanc. in tract. de compromiſſo, part. 2.
quæſt. 35. nu. 22. Mandoſ. vbi ſupra, nu.
89. Menocch. d. nu 4. Sicuti aliquando
viſum eſt propter aliquam iuſtam cau-
41 ſam † minorem creari , etiam Capita-
neum Armorum , v. g. propter merita
patris , vt ſi eſſet filius cuiuſdam ſtrenui
Capitanei defuncti per ea , quæ dicit
Paul. de Caſtro in l fin. C. de teſtam. mi-
lit. qui ait vidiſſe temporibus ſuis , ia
filijs Boetij , qui in curru aureo fuerunt
ducti ad Curiam , eo quia exercitus pa-
tris alium nolebat Capitaneum , quem
ſequitur Roderic. Suarez d. Allegat. 12.
ſub d. nu. 20. Benevero quòd ibi illo
caſu non habebant adminiſtrationem ,
quia erant minores 14 annis, & potius
erat quædam dignitas ſine adminiſtra-
tione , prout dicam infra de milite , in
verſic. quemadmodum . Item intelligo
dictam diſpenſationem eo modo, vt per
Suarez, num. 24. & ſeq. addo prædictis
eundem Dom. Don Marium de Grego-
rio in d. Conſilio pro Illuſtriſſimo Mar-
chione Elcis, nu.143. vbi tenet quòd eo
ipſo quòd minor ſciens creatur , & lo-
quitur in Præſidente, cenſetur habilita-
tus , & pro idoneo factus , d. l. quidam
conſulebat, ff. de re iudic. vbi ſcriben-
tes, vt per conſequens diſpenſatum, Ol-
drad conſ. 325. in fine , Cranett. conſ.
958 cũ ſimilibus per eundẽ F. Patronum
adductis , qui ſubdit quòd minor bus
42 decem, & octo annis † poteſt demanda-
ri iuriſdictio ordinaria ex Anchar. &
Innoc. in d. cap. cum vigeſimum, nu. 2. de
offic. & poteſt. iudicis delegat. in puncto
etiam de Vicarijs, & Præſidentibus , ac
Viceregibus allegat Caſtald. in tract de
Imperator. quæſt. 106. num.1. & 4. ar-
gumento eorum, quæ diximus de diſpen
ſatione ſupra in proœmio Capitulorum
Regis Iacobi tom.1. & ſupra hoc eodem
tom. 3. in cap. 7. num. 24. & 25. vbi
tracto de diſpenſatione facta per Prin-
cipem circa Officiales inhabiles , &
remiſſiuè ad capit. 64. Regia Ferdi-
nandi, verſic. quòd peius, vbi licet offi-
cia debeant dignioribus conferri , ta-
men

mien si Princeps elegerit inhabilem ; vi-
detur eum habilitasse.
Quemadmodum videmus quod mi-
43 nor potest effici miles, ideo quia cum sit
quædam dignitas, potest ipsi conferri,
nam consistit in collatione eius, qui ta-
lem dignitatem confert ; non autem in
voluntate eius, qui nobilis efficitur se-
cundum ea, quæ adducit Bartol. in l. 3.
C. de dignitat. lib. 12. col. fin. argumen-
to visionis in re visa, & dilectionis in re
dilecta, inferendo quod etiam in puncto
mortis possit conferri, quem sequitur
Suarez loco præcitato, & vide Dec. &
Additionem ad eum in l. 2. §. item im-
puberes ff. de regul. iuris.
44 Item licet minor non possit votare †
l. generaliter, §. minores, ff. de decu
rion. tamen de consensu Consilij potest
dare vocem, Innoc. in cap. scisma de re-
script. Angel. in l cum Prætor ff. de iu-
dic. quos sequitur F.P. vbi supra n. 149.
& limitantur quæ tetigi superius, n. 24.
Præterea quoties tales minores ha-
45 berent quinque liberos † quod potest
esse, possunt habere similia officia, & ho
nores, ita dicat gloss. in d. l. ad rempu-
blicam, & volunt hic Nostrates, & per
gloss. in capit. quædam dist. 2. gloss. in
l. 2 ff. de minorib. l. 3. C. de integr.
restitr. minor.
Insuper intellige hoc capitulum in
46 casibus hic expressis † in alijs ergo offi
cijs, præter hæc, non videtur habere lo-
cum, sic sentiunt aliqui Apostillantes
hic ex regula, quòd inclusio vnius est
exclusio alterius per l. nam quod liquide
ff. de pen. legat. & per eas rationes, quas
recitabo infra in cap. 25. Regis Incliti Ioã-
nis vers. datur ne autem, ibi, aduerte ta-
men, tom. 6 d. l. cum prætor ff. de iudic.
Accedit quia per consuetudinem est
contrarium † nam minores 25. annorũ
47 secundum dispositionem dicti iuris com
munis, non obstante hoc capitulo, pro-
mouentur ad officia, vt ait F.P. loco ci-
tato in d. consilio pro Marchione Elcis,
nu. 146 qui dicit esse seruandam, in erea
tione Officialium, l. non tantum, ff. de
decurionib. & per Abbat. in d. capit. cum
vigesimum, num. 4. & ibi etiam Paulin.
l. super creandis, & ibi Bartol. C. de iure
Fisci, lib. 10. adducit ipse F.P. exemplũ
de populis Lombardiæ, qui in morte
Dominorum, ac Gubernatorum elige-
bant filios, etiam infantes pro Guber-
natoribus militum ex Bald. in d. l. fin.
C. de testam. milit. & ætate nostra S.
Pontif. Xistus V. elegit in Legatum de
latere Ciuitatis Bononiæ Illustrissimum
Alexandrum Perectum Cardinalẽ Mon-
taltum minorem 18. annis. & Papa Pau-
lus III. Cardinalem Farnesij, & in offi-
cialibus Panormi quãdoque sic vidimus
Nota ibi, quas constitutiones, viden-
tur esse consecutiuæ illarum duodecim,
de quibus supra à cap. 32. vsque ad cap.
43. dictum est, dic vt in d. cap 43.
V. I. D. Muta.

*Quòd Comites, Barones, & Feudatarij, quibus specialiter est concessum me-
rum, & mixtum imperium, audiant appellantes à sententijs ipsorum,
& remittant eos ad Magnam Regiam Curiam,*

Cap. XLVII.

REGIÆ Maiestatis prouidentia exigit, Iustitiam, quæ regit Imperium, & Regna conseruat, & iura Regalia, quæ mundi Principibus à Diuina clementia gubernanda mandantur, summis vigilijs, summaque diligentia illæsa seruare, & iura eorum à nemine, cuiuscumque status, aut dignitatis existat, pati pro posse diminui, seu fraudari. Cum enim certis nobilibus Regni nostri Siciliæ, videlicet Comitibus, Baronibus, & alijs Feudatarijs fidelibus nostris, pro meliori expeditione Iustitiæ, & in eorum nobilitatis augmentum, merum Imperium, quod nobis Diuina potentia est collatum, gratiosè, vsque ad nostrum beneplacitum, retroactis temporibus in terris, & locis eorum du-

xerimus concedendum; constituendo eosdem in causis crimi-nalibus, Iustitiarios, & Offitiales nostros, reseruatis nobis, & Offitialibus nostris appellationibus, in causis, in quibus posset secundum iura communia appellari, & nunc didicerimus ab experto, & ex ipso facto nostris intonuit auribus, dictos Comites, Barones, aliosque feudatarios huiusmodi, eos per nos collatæ gratiæ immemores appellantes ad nos, minime audiuisse, cum, tanto tempore iam elapso, in nostro Consistorio ab eorum sententijs nullus comparuit appellator. Quod satis graue non immemores ferimus, & molestum, cum ex hoc multum Iustitiæ, & iuribus Regalibus detrahatur, cum appellationibus, quærela iniquitatis sententiæ reuoluatur, & per iudicem, ad quem appellatur, ipsa sententia reformetur, & aliquando condemnati, nouas probationes producentes, per appellationis remedium adiuuantur. Nolentes igitur tam enorme damnum Iustitiæ, tam magnum periculum nostrorum fidelium aliquatenus substinere; præsentis Constitutionis edicto sancimus, vt omnis Comes, Baro, & Feudatarius, quibus à Maiestate nostra iurisdictio causarum criminaliũ in terris, & locis eorũ, vt superius est expressũ, liberaliter est cõcessa, appellantes ad nos, vel ad Iustitiariũ nostrũ, sub cuius Iustitiariatu habitant, & morātur, prout ipse appellator elegerit, in casibus, in quibus est licitum appellari, audiat, & admictat, & processus, seu Apostolos appellationis ipsius, ad instantiã appellatoris eiusdem, parte appellante, volumus esse præstandus. Iudex, qui inter partes diffinitiuè pronunciet, post sententiam notum faciat litigantibus pro eis, cum copia appellandi, solutionibus sportularum olim obtemptis, & alijs iuribus in dictis appellationibus in suo robore duraturis. Quòd si aliquis ex prædictis Comitibus, Baronibus, & Feudatarijs alijs contra præsentem Constitutionem nostram temeritate aliqua directè, vel indirectè, nutu, vel signo præsumpserit venire, tamquàm nostræ Sacræ Coronationis violator, prædictam iurisdictionem, in qua deliquit, ipso facto amictat. Iudex, vel quicumque alius pronuncians, qui in casibus licitis appellationem non admiserit, & donata sibi forma, copiam appellandi notam non fecerit, pænam deportationis irremissibiliter patiatur. Dictos vero Comites, Barones, & Feudatarios, Iudices, Iurisperitos, sub pæna prædicta habere volumus, & censemus. Et si fortè ipsorum aliqui Iudices Iurisperitos habere non possent, in appellationibus ipsis procedant cum consilio alicuius Iurisperiti partium vicinarum.

SVM-

SVMMARIVM.

Barones habêtes merû, & mixtû Imperiû, tenẽtur remictere appellãtes ad M. R. C. num. 1. aliàs recusantes, grauiter puniuntur, & committunt crimen læsæ Maiestatis, & perdunt iurisdictionem, nu. 5. 6. Amplia, nu. 9. 10. 12. 26. 56. 57. 58. limita nu. 59. 72. 74. 80. 81.

Appellatio, vel nullitas nunquam intelligitur remota per concessionẽ meri, & mixti imperij ibid esto quòd omnimoda esset concessa iurisdictio, nu. 2.

M. R. C. est proprium cognoscere de appellationibus, ibid.

Appellatio non venit in concessione omnimoda iurisdicionis, nisi expressè dicatur, n. 2. & 3. & n. 59. 60. cum seqq.

Appellatio est de reseruatis Principi, & de regalijs, ibid.

Iurisdiciones omnes sunt apud Regem, à quo fluunt, & refluunt, ibid.

Appellatio est querela iniquitatis sententiæ, num. 4.

Appellationẽ nolentes admictere Barones grauiter puniũtur, tamquam violatores iurisdictionis regiæ, & amictunt iurisdicionem, nu. 5. idem in Iudicibus nu. 6. amplia, num. 9. 10. 12. 26. 56. 57. 58. limita 59. 72. 74. 80. 81.

Iudices pronuntiantes, si in casibus licitis, appellationem non admiserint, incurrunt pœnam deportationis, nu. 6.

Appellanti non potest fieri iniuria sub prætextu quòd appellauit, neque eius consanguineis, num. 7.

Testium nomina ideo quandoque non dantur, est ne ipsi testes, aut eorum consanguinei offenderentur, nu. 8.

Appellationibus tentatis adeo est deferendum, vt Iudex appellationis habeat iurisdictionem super quemlibet in territorio ordinarij nu. 9.

Appellatio debet esse deuoluta, aliàs est ligata, ibid.

Barones non possunt facere statuta quòd à sententijs eorum Iudicum appelletur ad Dominum, nu. 10. & seq.

Vniuersitates non possunt condere statuta, vt à sententijs eorum Iudicum appelletur ad eas, ibid.

Appellationis Iudicem constituere est de Regalijs spectans ad Principem, ibid.

Princeps potest vno verbo cassare sententias Iudicum, etiam rectè latas nu. 12.

Tertius potest pro suo interesse appellationem per alium tentatam prosequi, nu. 12. cum seqq etiam si tempus appellationis esset elapsum num. 15. 17 esto quòd statutum denegaret appellationem, num 16.

Tertio competunt omnes exceptiones illæ, quæ competebant principali, ibid. & cum seqq.

Exceptiones competentes principali, competunt ad omnes accessoriè obligatos, siue fideiussores vel tertios possessores, ibid. & nu. 13. 14.

Indemnitas si est promissa principali, hoc iidem ius transit in quemcumque singularem successorem illius rei, nu. 13.

Excipiendi ius, & replicandi transit in singularem successorem, nu. 14.

Appellandi tempus siue fatalia si essent elapsa, potest tertius appellare, nu. 15. à die notitia, alias, non secus nec principalis, nu. 17.

Statutum denegans appellationem non habet locum contra tertium volentem pro suo interesse appellare, nu. 16.

Tertij victoria quando appellauit prodest victo, ibid.

Fideicommissario non nocet sententia lata contrà hæredem grauatum se colludentem cum aliquo, ibid.

Rubrica. Q. res inter alios, ampliatur, & limitatur multis modis, num. 18. cum plurib. seqq.

Acta facta inter alias personas faciunt fidem quo ad præparationem alicuius iudicij, non quoad decisionem, ibid.

Tertius semper est citandus ad hoc vt sententia ei noceat, ibid. & num. seq. & nu. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Sententia inter alios lata, an præiudicet tertijs possessoribus non citatis, nu. 19. & an, & quando noceat, nu. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

Sententia lata contra authorem post litem motam nocet successori, nu. 23.

Sententia lata contra tutorem nocet tertijs possessoribus habentibus causam à tutore, nu. 24.

Sententia lata in fauorem actoris nocet tertio quoties victor vult retinere id, quod habet vigore sententiæ, nu. 25.

Appellatione pendente nil nouari debet, aliàs innouata sunt nulla, num. 26. amplia nu. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. limita num. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55.

Rubr. ff. nil nouar. appellat. pendent. ampliatur, & limitatur ibid. cum plurib. seqq. usque ad nu. 55.

Appellatione pendente si possessio capitur, reuocatur tamquam attentatum, num. 27 & seq. & nu. 58.

Attentata post appellationem reuocantur, ibid & nu seqq.

Appellatione pendente si sunt aliqua attentata, potest Iudex, à quo super eis procedere, nu 28.

Lite pendente si aliquid interim fit, reuocatur tamquam attentatum, num. 29. cum seqq.

Attentata in qualibet parte litis sunt reuocanda, nu. 30.

Lis pendere dicitur, donec non est sententiatum diffinitiuè, ibid.

Attentatum dicitur omne id, quod est factum post citationem, nu. 31. 32.

Status rei quomodo reperiantur considerari debent, & omne attentatum post citationem debet reuocari, nu. 32.

Attentata reuocantur, etiam si essemus post conclusum in causa, nu 33.

Attentatorum remedium est magis priuilegiatum, quam recuperandæ possessionis, num. 34.

Conclusum in causa habet vim sententiæ, ibid.

Attentata potest ipse met Iudex reuocare tamquam læsus, ibid.

Attentatorum remedio quando agitur, non obstat notorius defectus proprietatis, nu. 35.

Attentatorum remedium an, & quando habeat locum contra tertium, nu 36.

Lite pendente non potest fieri cessio ad effectum, vt iudicium in cessionarium transferatur, nu. 37.

Litera supersessoriales si sunt obtempta, quicquid postea factum est, nullum est, nu. 38 & seq.

Litera supersessoriales debent præsentari, & faciunt, vt supersedeatur in negotijs, ibid.

Litteris supersessorialibus pendentibus an, & quomodo currat interim terminus vel eius residuum, nu 39.

Terminus licet currat irreparabiliter, tamen stantibus litteris supersessorialibus, vel impedimento, aut Festis, residuum ipsius restituitur, vel fit nota, ne currat, nisi post festa, ibid.

Impedimentum deduci debet de termino, vel dilatione, ibid.

Festiuis diebus solet ordinari per Iudicee, vt terminus non currat, nisi post festa, ibid.

Princeps si reuocat ad se negotium, ligantur manus inferioris, & nihil interim attentari potest nu. 40.

Attentari nil potest dum princeps auocat ad se negotium, & inficit iurisdictionem, ibid.

Appellatione pendente nil potest facere Iudex, non obstante quòd detulerit appellationi cum protestatione absque præiudicio executionis facta, nu 41.

Appellatione pendente quibus casibus possit innouari, nu 42 43.

Contrarium imperium non est suspensiuum, & potest Iudex à quo reuocare id, quod decisit, nisi detulisset appellationi, vel nisi esset ei inhibitum, aut nisi essent petiti Apostoli, vel nisi causa per superiorem alteri esset commissa, ibid.

Appellatione pendente potest aliquid innouari respectu tertij, pro suo interesse comparentis, nu. 43.

Appellatione pendente an possit alter ex insolidum obligatis conueniri, ibid.

Appellatione pendente potest locator fructus, & pensiones petere, nu 44.

Appellatio non suspendit in causa oppositoria, nu 45.

Appellatio si esset admissa à sententia pœna corporalis, siue pecuniaria per macellantes animalia extra macella publica, suspenditur iurisdicio tantum per menses duos, nu 46.

Macellantes animalia extra publica macella, & condennati, si appellant, suspenditur iurisdicio per menses duos, ibid.

Appellatio à tarenis quindecim an suspendat, nu. 47.

Appellatio non suspendit in materia alimentorum, nec pecuniola, nu. 48.

Pecuniola subministratur non obstante appellatione pendente, ibid.

Alimenta præstantur non obstante pendentia appellationis. ibid

Appellatione pendente potest fieri excommunicatio, & quomodo nu. 49.

Excommunicatus non obstante quòd appellauerit, potest publicari per Iudicē à quo, & quando, ibid.

Remissio non suspendit, nu 50.

Fidecommissarius potest mitti in possessionem non obstante appellatione tentata per heredem, à quo petitum esset, vt teneat, nu. 51.

Appellatio non admittitur in criminalibus, nec suspendit. nu 52.

Appellatio non suspendit ab interlocutoria lata quòd Iudex nō est suspectus n. 53.

Suspectus Iudex si non est declaratus,

&



E materia meri, & mixti Imperij per Dominos Reges nostros Baronibus, alijsque feudatarijs concessi, & in discursu appellationum ab eorum sententijs interponendarum ad M.R.C. quando ipsi Barones non haberent primum, nec secundum iudicium, vide supra eod. in cap. 10. versic. si igitur ibi, tertio oritur, nu. 14. & de hoc capitulo tetigi in cap. Ritus 182. sub Rege Alphonso infra tom. 4.

Primam conclusionem colligo ex isto
1 textu quòd tenētur † Comites, Barones,
& alij feudatarij habentes primas, vel secundas causas remittere appellantes ad ipsam Magnam Regiam Curiam, & admittere, vt hic, vt de isto textu tetigi in d. cap. Rit. 182. aliàs atrocissimè puniuntur. est enim quædam affectatio, vt eorum sententiæ transirent in rem iudicatam, quando non deferretur appellationi, vt adnotaui supra in cap. 7. Regis Federici post principium, tom. 2. quia in effectu ipsius M.R.C. proprium est cognoscere de appellationibus, est Constitutio Regni, Statuimus, tit. de offic. Magistri Iustitiarij, etiam non obstante quauis concessione facta per Dominum Regem, ex quo in concessione iurisdictionis numquam intelligitur concedere remotionem appellationis, vel nullitatis in secundo iudicio, ita Bald. in cap. 1. §. ad hæc, col. 4. de pec. iurament. firmat. & in l. 2. C. de appellat. post Speculator. Nattam, Iason. Ioann. Andr. Decision. Pedamont. Anton. Sola. Angel. eundem Bald. Iacobin. Boss. Rolland. Couar. & alios tradit Dominus Io. Petrus, Surdus cons. 210. nu. 49. libr. 2. cum plurib. seqq reprobato Iasone consil. 161. vol. 1. qui contrarium tenuit, contra quem ait ipse Surd nu. 58. & cons. 275. col. 2. eod. vol. 2. vbi allegat quasi eosdem Doctores, Brun. cons. 102. nu. 1. Modern. Parisiens. in consuet. § 1. gloss. 5. nu. 50. Esto quòd esset concessa omnimoda iurisdi-
2 cio † nam non venit appellatio, vt idem
Surd. subdit, nu. 4. ex Crauett. cons. 209. num. 9. vol. 1. & per ea, quæ subdam inferius nu. 59. quia appellatio est de reseruatis Principi secundum Bal. in Auth. quas actiones, num. 14. C. de Sacros. Eccles. & tamquam reseruata nō veniunt, nu. 5. & 6. per ipsum Surd. qui dicit quòd tales prærogatiuæ, veluti ossibus Principum inhærentes difficilè, & quodammodo impossibile ab eis possent separari ex Luc. de Penna, Parid. de Puteo, Afflict. & alijs, est enim de regalijs, vt subdam inferius ampliatione 2. nu. 10. Nisi
3 expresſè dicatur † sic Angel. in l. 1. §.
qui mandatam, ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict. cum similibus traditis per Petr. de Gregorio in tract. de concess. feudi part. 2. quæst. 2. nu. 13. 14. 15. quia omnes iurisdictiones sunt apud Regem ipsum, à quo fluunt, & refluunt, sicut flumina ad mare, & esset satis molestum, & graue denegare ipsam appellationem, vt hic, ratione quia per eandem appellationem querela iniquitatis sententiæ reuoluatur, ibi, quod satis graue, &c. & etiam per iudicem, ad quem appellatur, ipta sententia reformetur, & aliquando condennati nouas probationes producentes, per appellationis remedium adiuuantur, q. d. quòd ea, quæ deducta nō sunt, deduci possunt, vt post textū in l. per hanc, C. de tēpor. appellat. scripsi in cōmentarijs Consuet. Panormi cap. 146. nu. 6. 7. 8. & 9. tom. 4. hæ sunt rationes in hoc textu positæ, ista est enim appellationis ordinariæ
4 diffinitio, nam appellatio † est querela
iniquitatis sententiæ, l. perfecti, ff. de minorib. cap. interpositas de appellatio. Isernia in §. sancimus, nu. 5. quo tempor. miles, & propterea subditur in hoc textu in versic. Nolentes igitur &c. vt omnis Baro, Comes, & Feudatarius habentes merum, & mixtum imperium, appellantes ad Regem, vel eius Iustitiarium, in casibus appellabilibus, audiant, & admittant, &c. & paulo infra subditur, vt
5 nempe si aliquis † ex prædictis Comiti-
bus, Baronibus, & Feudatarijs alijs contra præsentem Regiam constitutionem venire præsumpserit temeritate aliqua, directè, vel indirectè, nutu, vel signo, aut aliter, tamquam Sacræ Coronationis violator, prædictam iurisdicionem, in quam deliquit, ipso facto amittat, & sic hi Barones prohibentes committunt crimen læsæ Maiestatis ex Luc. de Penn. in l fin. C. vt nemo ad suum patro. libr. 10. Parid. de Sindicat. in rubr. de excess. Baron. Capic. decis. 130. nu. 10. ait Boniorn. hic, qui dicit facere pro reuolutionibus huius Regni tunc temporis, addo Carrer. in pract. in primo tract. de appellat. in 11. casu, num. 32. Honded. cons. 105, num. 6. Oddo Sforz. cons. 27. nu. 18. cum seqq. & multos citat Vberrimos

Dom.

Dom. Farinatius doctissimus Crimina-
lista in praxi, & theorica partis secun-
dæ tom. 2. tit. de crimine læsæ Maiesta-
tis, quæst. 113. inspect. 3. a num. 62.
63. 64. 65. fol. 46. & plus in hoc eo-
dem capitulo subditur, quòd si Iudex
6 † vel quicumque alius pronuncians,
in casibus licitis, appellationem non
admiserit, & donata sibi forma, co-
piam appellandi notam non fecerit, pœ-
nam deportationis irremissibiliter pa-
tiatur, & quando non adessent iurispe-
riti, recurritur ad Consilium Iurisperi-
torum partium vicinarum, quod tan-
tum est dicere, ac si de consilio sapien-
tis, vide in sua materia infra in capit.
57. Regis Ioannis, tom 6. Hæc sunt, quæ
pulchrè in isto capitulo Regni dispo-
nuntur. Et de iure communi adhuc lo-
quendo, erat etiam prohibitum facere
iniuriam appellanti, sub prætextu quòd
7 appellasset † prout in Marchia, & in Du-
catu testatur Bartol. in l. hæres meus, §.
quod in fraudem, ff. de condit. & de-
monstrat. vbi quemadmodum erat pro-
hibitum inferre iniuriam appellanti à
communi, ita nec poterat commune ta-
lem irrogare iniuriam coniunctis ap-
pellantium, ob quod v. g. appellantes
desisterent, quia nihilominus puniretur,
etenim tantũ valet, ac si iniuria esset fa-
cta ipsi appellanti, argumento Pragma-
ticæ 1. & 2. tit. 46. de pœna insultantium
consanguineos tom. 1. Pragmaticarum,
& ibi scripsi, ratio est, quia non est iu-
stum, nec verisimile illaqueatos videre
parentes, & propterea vna de rationi-
8 bus, quæ est † ne dentur nomina testium
circa depositiones, ne scilicet offendan-
tur, vel ipsi testes, aut ipsorum consan-
guinei, vt scripsi infra in cap. 58. Regis
Caroli, sub versic & propterea, tom 8.
argumento l. isti quidem, ff. quod met.
caus. Bald. in l. 1. C. de indict. viduit. tol-
lend. Afflict. in Constit. Hi, qui, sub nu.
19. tit. 51. de Inquisitionib. ex Bartol. in
l. de pupillo §. si quis ipsi, ff. de nou.
oper. nunc. & in l. 1. ff. quod vi, aut clam.
Abb. in cap. fin. extr. de appellat Fælin.
in cap. in præsentia col. vltima, de pro-
bat. in quibus locis demonstratur quo-
modo offensi sint soliti, & intelligantur
minari amicos, & consanguineos ini-
micorum.

Amplia primo, vt intantum sit defe-
9 rendum appellationi † vt Iudex ipsius
appellationis habeat iurisdicionem su-
per quemlibet in territorio ordinarij,
appellatione tamen ad se deuoluta,
alias interim dicitur ligata, ita post
gloss in cap. pastoralis, de offic. ordinar.
Guid. Papæ quæst. 436. Natt. cons. 82.
num. 4. sentit Dominus Surd. cons. 57.
nu. 18. vol. 1.

Amplia secundo adeo deferri debere
10 appellationibus † vt nec possint Vniuer-
sitates, neque Barones facere statuta
quòd à sententijs sui Iudicis appelletur
ad Dominum, ex quo constituere Iudi-
cem appellationis est de Regalijs, vt re-
tigi superius in prima conclusione, nu. 2.
& spectat ad Principẽ (vt tango infra in
cap. 456. Regis Serenissimi Alphõsi ver-
sic. & quia hic fit mentio, &c. § 27. tom. 5.
Surd. cons. 199. n. 24. lib. 2. qui loquitur,
& sentit maximè de illis appellationi-
bus aduersus sententias transactas in
rem iudicatam, ex Rot. decis. 238. Guid.
Papæ decis. 185. Paride de Puteo in verb.
restat vnum, nu. 7. & ex Angel. in l. 1. C.
de sentent. passis, vbi quòd potest Prin-
11 ceps † vno verbo procedendo extra or-
dinem cassare sententias Iudicum, etiã
rectè latas, & prout ibidem per Surd.)
& non ad inferiorem, cap. 1. §. de cauſ-
sis, de pac. Constant. vbi Bald. idem Nat
ta consil. 309. contra dominos loci
Priocchiæ, Rolland. latissimè consil. 29.
lib. 1. Andr. Barbat. consil. 44. vol. 4. de
quibus per eundem Io. Petrum Surd.
consil. 210. nu. 39. eod vol. 2.

Amplio tertio, etiam si esset tertius
12 ille † qui appellasset, quia pro suo inte-
resse potest nedum appellare, vt dixi in
cap. ritus 110 num. 30. tom. 4. sed etiam
appellationem tentatam per principa-
lem prosequi, etiam appellante non pro-
sequente, omnes enim exceptiones prin-
cipali competentes, competunt, & ter-
tio l. exceptiones, ff. de except. l. tam
mandatori, & l. pen. C. de non numerat.
pec. Gaspar Rodoricus in tract subtilis-
simo de annuis reditibus, quæst. 9. num.
27. lib. 2. vbi quod quæuis exceptio rea-
lis, quàm peremptoria, & similes com-
petentes alicui, competunt, & extendun-
tur ad omnes accessoriè obligatos, siue
fideiussores, siue mandatores, vel ter-
tios possessores, vnde videmus quòd si
13 indemnitas promissa † principali esset,
hoc iddem de tali indemnitate excipien
di ius transit in quemcumque singula-
rem successorem illius rei, Fælician. de
censibus in Appendicibus ad lib. 3. cap.
5. nu. 18. versic. quoad quintum, Mila-
nis. decis. 1. num. 53. lib. 2. ex Crauett.
Soccin. Tiraquell. Bartol. Imol. Placen-
tin. & alijs per eum, nu. 54. allegatis, &

rem, siue

remissiuè tangam in Bulla post cap. 355.
Regis Alph. fallent. 18. tom 5. Surd. decis. 264. nu. 25. & 28. Bursat. consil 415. nu. 4. Viuius decis. 516 nu. 21. Riminald. consil. 124. nu 9. lib. 2. & vidimus in causa Cipriani Bonamico cum Io. Antonio Eimia, & decisimus in Curia Prætoris Ann. 1615. existentibus Collegis Spett. de Vacante, & Oddo (argumento eorũ, quæ de indemnitate dixi supra in cap. 7. limit. 4. per totam) addo Peregrinum de fideicommissis art. 53. num. 35. vbi
14 quòd ius excipiendi † & replicandi transit aduersus singularem successorem ex Bartol. & Dyn. in l. si tertius, §. si quis, ff. de aqua pluuia arcend. col. vlt. & ratione vnionis, ac insistentiæ, qua vti potest tertius, licitum est eidem hoc facere (& posui pro limitatione ad rubric. C. res inter alios acta) ita post Bartol. Bald. Abbat. Oldrad. cons. 255. nu. 4 Chassan. Fælin. Innocẽt. Butr. Anchar. ait Domin. Io. Francisc. de Ponte cons. 6. nu. 32. cum plurib. seqq. Surd. cons. 266. nu. 17. lib. 2. Crauett. cons. 14. num. 4. in fine, etiam si
15 tempus † appellandi in tertio esset elapsum, quia consideratur tempus, in quo appellauit principalis, & inspicitur principium eius, à quo tunc, non ad quod nunc, vt per eundem de Ponte consil. 7. vbi est continuata eadem materia. Immo fortius est, quòd quamuis statutum
16 † denegaret appellationem, non tamen hoc habet locum contra tertium, vt vult Carol. Ruynus cons. 209. nu. 25 lib. 1. ex Abbat. in cap. pastoralis de appellationib. qui concludit, quòd si statutum remouet appellationem in executionibus sententiarum, & instrumentorum, non includit tertium volentem appellare pro suo interesse, sed solum nominatos in sententijs, & in dictis instrumentis, & probari dicunt in capit. super eo, de offic. delegati, & per notata per Bartol. in l. 1. §. interdum, ff qui, & a quibus, Imol. in l. fin. ff. a quib. appellar. non licet, sobdens ipse Ruy n. 26. quòd differtur executio, quoties dictus tertius pro suo interesse appellat, & nihil interim est innouandũ c. super eo, de re iudicat.

Tertij vt in tantum prosit victoria victi, vt ipse subdit ex Bartol. in l. à sententia, & in l. qui separatim, §. fin ff de appel-
17 lation. Et hoc à die notitiæ † iurando v. g. non habuisse notitiam sententiæ, nisi ex nunc à decem diebus citra, quia sine culpa sua non debet damnificari, vt plura cumulat Peregrin. de fideicommiss. d. art. 53. nu. 55. 56. vbi, quòd si decendium post dictam habitam notitiam emersisset, non audiretur, prout hec principalis late recordor scripsisse in commentar. Consuet. Panor. cap. 36. n. 36. cum seqq. cum ibi citatis ad Ritum cap. 183. ex Berod. Rolland. Ferdinand. Crott. Octau. Rebuff. Bart. & alijs, hinc subdit ipse Peregrin. nu. 58. quòd colludente hærede grauato cum actore, si lata fuerit sententia, non nocebit fideicommissario, ita vt possit rectè excipere, & ea ordinaria ratione, quia res inter alios acta, quæ alteri nocere non solet, vt tetigi supra in cap. 27. Regis Iacobi in 2. notab. à num. 22. 23. 24. cum seqq. tom. 1. addo tex. in l. res inter alios iudicatæ, C. quib. res iudic. non nocent, vbi de collusione loquitur, do rationem, quia, vt dicit Alex. in l. 2. C. de edend.
18 col. 5. conclus. 6. acta † facta inter alias personas faciunt fidem quo ad præparationem alterius iudicij, non quo ad decisionem ex Bald. & Iacob. de Aret. Capic. decis. 107. num. 3. cum seq. etiam si processus esset ordinatus principaliter ad perniciem eius, contra quem proceditur, & per quandam necessariam consequentiam præpararetur executio contra tertium, nam nihilominus ille tertius erit citandus, quicquid dicat Angel. in l. cum filius in fine principij ff. de verbor. obligation. quia hæc doctrina non approbatur per Alexandr. in l. de vnoquoque, vbi Iason, & alij, ff. de re iudic. & ita sequitur Capic. vbi supra, à nu. 5. vsque ad nu. 9. vbi Sacrum Concilium inclinauit cũ Alexandro in fauorem nõ citatorum, & parcat pro modo mihi Io. Franc. de Ponte cons 75. qui sequitur. n. 1. & 2. Angelum vbi supra citatum, & facit illationem, quòd si ago actione personali contra titium, & dico eum obligasse mihi omnia bona sua, & tandem
19 obtineo, talis sententia † dicunt ipsi, declaratiuæ hypotecæ, & debiti, præiudicabit possessoribus, quantumcumque non citatis, ratione quia secundum eos, processum fuit contra eum, cuius principaliter intererat, cum quo, nõ apparente collusione, lex præsumit taliter causam defensam, vt si omnes alij citati fuissent iddem fuisset iudicatum, hæc Dominus de Ponte, sed fallitur iudicio meo tam ipse, quàm Angel. per eum citatus d. nu. 1. & 2. quia poterit esse quòd iste non citatus melius quàm ille debitor defendisset causam, & si nesciretur, saltim debuisset citari per proclama, vt ait Vinc. de Franchis decis. 523. num. 13. 14.

15. per

15. per d.l.de vno quoque, vbi Alex. in fi-
ne, ff. de re iudicat. & refert Capic. de-
cis. 107. & licet idem de Ponte per totũ
suum consilium videatur infringere Ale
xandrum, tamen non satisfaciunt suæ
rationes, sed concludere quòd siue prin-
cipaliter, siue in consequentiam aliquis
lædatur, semper est citandus, saltim per
d. proclama, nec aliter sententia illi no-
cebit, vide post Ruin. in l. 2. C. quib. res iu-
dic. nõ noceat, vbi Iacob. de Butr. Angel.
& Bald. Castrens. cons. 116. nu. 2. vol. 1.
Corn. cons. 126. vol. 4. Innoc. Bellamer.
Hostiẽs. Bart. Cõtard. Roman. de quibus
p Surd. cõs. 189. n. 42. 43. & 44. & seq. lib.
2. qui subdit quòd tertius semper debet
citari, & nu. 45. 46. 48. vbi pulchrè. Tunc
20 nocet † quando concurrunt illa tria, de
quibus in d. cap. 27. Regis Iacobi scripsi
d. nu. 24. addo l. sæpe ff. de re iudicat. vbi
quòd regulariter constitutum est res iu-
dicatas alijs non præiudicare, nisi scien-
tia illorum concurreret, vel consensus,
& voluntas ex iure suo oriens, cuius
actio vel defensio primum sibi compete-
ret, & sic de dicta sententia scientiam
habuerit, ac etiã ea vsus esset præsẽtãdo,
vt ipse Aponte intelligit in suo casu, nu.
19. & 24. secus si scientia esset citra de-
fensionem primariam sibi competen-
tem, veluti in cohæredibus, vel ex duo-
bus peritoribus, quia istis duobus casi-
bus, non obstante scientia alterius, non
præiudicaret, d. l. sæpè, & ibi gloss. quæ
ponit quatuor exempla, scilicet in debi-
tore patiente, creditorem experiri super
proprietate pignoris, maritum socerum,
vxorem de proprietate rei in dotem
acceptæ, quarto, & vltimo possessore ven
ditorẽ de proprietate rei venditæ, quos
quatuor casus tangit gloss. in d. l. res
inter alios iudicatæ, C. quib. res iudicat.
21 non noc. vbi Bald. & Salicet. Vel nisi †
simus in popularibus actionibus, vel nisi
versemur in publicis accusatoribus, vel
nisi sit ius ex sententia v. g. in casu inof-
ficiosi testamenti, his enim casibus sen-
tentia super iure tertij lata alijs nocet,
22 & vltra gloss. addo alium casum † hoc
est, nisi esset sententia, quæ faceret ius
quoad omnes, v. g. in sententia contra
vsurarium, hæreticum, simoniacum, &
talem esse filium, quando inter descen-
dentes, & ascendentes ageretur, aut
coniuges, vel quid simile, quia tunc etiã
nocet alijs, vide Caualcan. decis. 43. sub
n. 70. & notauit eruditissimus Ciafaglion.
in suo celebratissimo repertorio in ver-
bo, sententia lata cum legitimo contra-
dictore fol. 517. in meo, latè Conarr. ci-
tatus per me in d. cap. 27. Regis Iacobi.
& habui in Curia Prætoriana Ann. 1608.
in Articulo Don Gomez de Siluera cum
Don Iosepho de Bonaiuto, vbi decisũ
quòd reijciãtur oppositiones in vnt. decẽ,
in reliquis lite, saluis iuribus &c. Die vij.
23 Ianuarij. Rursus do alium casum † in quo
sentẽtia lata cõtra vnũ alijs præiudicat,
& est, in materia rei litigiosæ, Turret.
cons. 66. per tot. scripsi in meo reperto-
rio in verbo, litigiosa, & hoc est fortasse
quod sentit Surd d. cons. 189. nu. 46. cum
seqq. lib. 2. vbi quòd quãdo sumus in suc-
cessore post litem motam, sententia lata
contra authorem nocet successori, aliàs
non, ex Dyn. cons. 5. 10. Andr. ad Specu-
lat. tit. de testam. §. nunc tractemus in
Additione magna, Bart. Aret. Soccin.
Capic. Alex. Imol. Neuisanus, Decis.
Pedamont. de quibus per Surd. vbi supra
24 Præterea fallit † quando adultus egisset
contra tutorẽ, quia sententia lata contra
ipsum tutorẽ nocet tertijs possessoribus
habentibus causam ab eodẽ tutore confi-
ciente inuentarium, in bonis cuius inuen
tarij haberent ipsi hypothecã, Capic. vbi
supra in fine, vbi ita fuit decisum; Sicut
25 verum est etiam † quòd quando ego v. g.
litigassem cum meo debitore, & obtinuis
sem, & quando essem conuentus ab alio
tertio, vellem retinere id, quod habeo
vigore sententiæ, quia tunc possum etiã
compensando obijcere, & excipere, ra-
tione quia sententia fuit lata principa-
liter in exitum, & perniciem mei de-
bitoris ita Aponte d. cons. 75. sub nu. 16.
26 Amplio quarto † vt nil refert, verum
Iudex detulerit, vel ne appellationi,
quia adhuc nihil possit interim innoua-
ri, cap. sæpe, de Appellat. & ibi Cano-
nistæ, & innouata sunt ipso iure nulla se-
cundũ Ant. de Butrio, & alios in cap. con
suluit, il 2. de appellation. voluit Lapus
Alleg. 1. Carolus Ruynus d. cõs. 209. sub
nu. 26. lib. 1. Hinc est quòd possessio cap-
27 ta pendente ea † vel pendente termino
dato ad appellandum, reuocatur, tam-
quam attentatum, ita post Moheder.
decis. 150. nu. 2. Guid. Papæ decis. 104.
Calderin. cons. 1. vt lit. pendent. Anton.
de Augustin. Caputaquens. Put. & alios
ait Dom. Farinac. decis. Modernissima
Romana 22. cum similibus, quæ addu-
cam inferius ampl. 7. num. 58. Hinc est
28 etiam, quòd si sunt aliqua attentata †
dicta appellatione pendente, potest Iu-
dex à quo super eis procedere, non ob-
stante ipsa appellatione, Robertus Ma-

ranc. de ordin. iudicior. tit. de appellat.
nu. 183. 185. Sicut diximus quòd si pen-
29 dente lite † super aliquo negotio, ali-
quid interim fieret, reuocantur omnia,
tamquam attentata ipso iure per deci-
sionem Rotæ Bellameræ cap. 1. Affl. de-
cis.98.& decis. 131. & ibi Vrsill. tot. tit.
vt lit.pendent. Curt.Iun cons.109.n.19.
Soccin.cons.78.vol.3. Ias. cons.109. vol.
1.in 2.dubio, Dec. consil.103.& cōs.300.
Bartol. in l. 4. §. si seruus, ff. de acquir.
30 possess. attentata enim in qualibet † par
te litis sunt reuocanda, idem Affl. decis.
352.n.4. per notata in capit.non solū de
appellat.lib.6.Rot.decis.185.Philipp.in
cap.dilecti, col.3. de appellation. & do-
nec non est sententiatum diffinitiuè, sem
per dicitur lis pēdere, ex Rot. decis.43.
31 postquam enim est facta citatio † omne
id, quod post eam fit, dicitur attentatū,
Soccin.cons.45.nu.5.lib.1.Vrsill.ad Affl.
d.decis.352.nu.5. Clement.2.vt lit. pen-
dent. & ibi Cardinalis, Plott.in l. si quan
do C. vnde vi, nu. 102. & seq. qui ponit
exemplum quomodo status rei reperian
32 tur † v.g. aquam sic currere, fenestras
sic stare factas, vel non confectas, ad
hoc, vt omne attentatum post ipsam ci-
tationem veniat reuocandam, & habe-
mus hodiè quasi præ manibus in Tribu-
nali Regiæ Curiæ Prætorianæ, nam Don
Carolus de Bononia prætendebat appo-
diare, & tigna immittere in murū V.I.D.
Don Ricchardi Cirino, & viso per nos
loco, ordinatum fuit, ne fieret innouatio,
sed citetur ipse de Cirino, qui erat ab-
sens Messanæ, & quia ipse Don Carolus
non obstante ordine nostro, & omnium
Iudicum facto, posuit tigna, & coope-
ruit domū de ordine Illustris Prætoris,
adueniente huc postea dicto de Cirino
prætendebat omnia redui ad pristinum
ipse vero de Bononia prætendebat, vt
ipse de Cirino adduceret modo rationes,
& caussas quare dictum coopertitiū vel
tigna immissa non deberent stare, & hęc
causa pendet referenda per nos Excel-
lentiæ suæ de eius ordine, idem Affl.de-
cis.354.qui dicit, n.20.& 21.quòd lite pē
dente partes nil debent innouare, cap.di
lectus, §.quia vero, de appellatiō. vbi Io.
Andr.Alex.in Apostill.ad l.sepulchri, ff.
de sepuchr.violat. Fælin. & Abb. in cap.
dilecte iChristo, de except.col.vlt. ¶ Etiā
33 si essemus post conclusum in causa † quia
adhuc attentata interim reuocantur, vt
concludit Affl.in d.decis.352.ex Vitalin.
in clausula, nil nouari appellatione pen-
dente, col.6.Domini de Rota decis.57.&
posui pro ampliatione ad rubric. ff. Nil
nouar.appell. pend. & ita concludit etiā
Vrsillus ad d.decis.Affl.352.qui subdit q
34 attentatorū remedium † est magis priui
legiatū, quàm recuperandæ possessionis,
ibique reprehendere videtur eudē Affl.
in Constit.Regni, eorū fraudibus, n.23.
motus, quia cōclusū in causa habet vim
sentētiæ ex Bald.in l.si pro ea C.mādati,
Fælin.in cap. pastoralis, de except. & in
cap.cum dilectus, de fide instrum. Iason.
Butr.& alij, quos ipse Vrsill.nō sequitur,
ac suo loco dixi in cap. 72. Regis Alph.
nu. 37. cum ibi citatis, tom. 4. & Iudex
potest, tamquā læsus, dicta attētata reuo
care, non obstante dicta conclusione in
causa ex Fælin. Alex. Ferratt. cautel.58.
cū similibus per eū ¶ Etiam si obstaret
notorius defectus proprietatis, quia quā-
35 do agitur hoc attētatorū remedio † nō
obstat similis defectus, vt ipse Affl.deter
minat n.5.ex Anton.de Butrio in cap.bo
næ, de Appellation. quicquid dicat Rot.
decis. 14. & est magis ** com.opinio, vt
per dictū Vrsill. ad Affl.loco citato. ¶ Itē
subdit Affl.in d.decis.354.n.20.21.quòd
36 licet remediū attentatorū † nō habeat lo
cū contra tertiū ex d.cap.Romana, §.in
aliū, de appellat.in 6. Io. Monach.in cap.
cupientes, de appellat.in 6.tamen quādo
ille tertius, qui innouauit, habuit causā
à parte litigante, tunc reuocatur a Iu-
dice officio ipsius Iudicis omne id, quod
est attentatū lite ipsa pendente, & loqui-
tur ipse Affl.in casu simili, quem habui-
mus in Tribunali dictæ Regiæ Curiæ
Prætorianæ eodem Ann. 1615. in causa
Francisci de Vrso contra Donnam Aleo-
noram de Afflicto, (de qua etiam scripsi
infra in d.Bulla ad Capitula Regis eius-
dem Alphonsi post cap.355.fallentia 25.
tom.5.) nam ibi erat tentata lis, & ille
interim lite pēdente fecerat cessionem,
illique cessionarij de eadem re experti
fuerunt iura sua, & egerunt contra per-
sonam cessam, & concludit quòd stante
quia habebant causam à cedente, cum
quo lis pendebat, venit reuocandum
attentatum in præiudicium litis pen-
37 dentis, maximè quia est firmissima iu-
ris conclusio, quòd lite pendente † non
potest fieri cessio, ad effectum vt iudiciū
in cessionarium transferatur, ex Innoc.
& Abbat. in cap.2.de alienat.iudic. mu-
tandi causs. fact. Bald. in l. per diuersas,
quæst. 15.C. Mandati, & ita fuit decisū
* ibi, quòd attentata reuocentur, & per
hanc rationem, inter alias, motus fuit in
decidendo, * quòd Oppositiones contra
dictum

dictum de Vrso reijciantur, 28. Aprilis,
eo quia dum pendebat lis cū dicto Fran-
cisco de Vrso, tàm in M. R. C. quàm in
Consistorio S. R. C. & caussarum Dele-
gatarum circa quandam nullitatem
actus transactionis factæ cum Vrsula de
Vrso contra ipsam, & Ioannè Domini-
cum Morana, non poterat dicta Vrsula
facere cessionem de vncijs 220. ipsi de
Morana de interusurijs illarum vnc. 17.
iuxta formam Bullæ anno quolibet reli-
ctarum per eius virum, & patrem dicti
Francisci hæredis vniuersalis, maximè
quia cum effectu postea fuit declarata
nulla dicta transactio, & licet per partē
aduersā replicabatur, quòd aderant præ-
dictæ sententiæ latæ inter dictū Frāciscū
de Vrso cum eisdē Vrsula, & Morana, &
consortibus, per quas erat sententiatū,
quòd faciēda erat prius compensatio fru
ctuū perceptorum post litem contestatā
cum certis legatis, & debitis, ac bene-
factis erogatis per ipsum de Morana,
consequenter prætendebatur, vt prius
facienda esset liquidatio, attamen in
eisdem sententijs erat dispositum de fru-
ctibus exactis vigore liberationis facta
Ann. 1606. per Paulum Romano virum
secundum dictæ Vrsulæ, & per dictum
de Morana, tamquam tertium licitato-
rem, erat dispositum enim in ipsa senten
tia [*cum fructibus exactis vigore dictæ*
liberationis,] illi vero fructus per-
cepti de dictis interusurijs bullaribus
erant exacti vigore alterius liberatio-
nis factæ in Ann. 1610. de qua libera-
tione non fuerat cognitū in ipsa M. R. C.
nec in Consistorio, neque in causis De-
legatis, nec minus poterat cognosci;
quia pendente lite, & nulla sententia
habebatur dum litigabatur in ipsis Tri-
bunalibus, sed fraudulenter erat facta
illa cessio per dictam Vrsulam d. Ioan.
Dominico Morana de prędictis vnc. 220.
& concertato modo interim facta illa
alia adiudicatio; quamuis Domini mei
Collegæ fuerint in voto contrario, quòd
oppositiones stent, saluis iuribus in li-
quidatione, &, vt audio, non fuit eorum
votum confirmatum in Curia primarū
appellationum, quinimmo fuit per Spect.
Dom. Io. Franciscum de Castillo Iudicē
ipsarum primarum appellationum, etiā
decisum * quòd reijciantur, cetera sup-
pleas circa hanc decisionem in d. fallen-
tia 25. super dicta Bulla, d. tom. 5. ¶ Si-
38 cut dicimus à simili de literis † superses
sorialibus obtemptis, nam quicquid
postea factum est, nullum est, cap. non
solum, de Appell. in 6. cap. tuam, de or
din. cognit. dummodo sint præsentatæ,
Bald & Salicet. in l. mandatum, C. man-
dat. Alex. cons. 146. lib. 5. Dominus Fer-
dinandus Bongiorno in causa feudi Flo-
ridiæ, in principio, lib. 1. feudaliū, & Fæ-
lin. in cap. cæterum, n. 24. de iudicijs, &
per ea quæ dicit optimè Matth. de Affl.
in Constit. Regni, Hostici, de except. ho-
stica, rubr. 19. lib. 2. num. 15. & 16. vbi
pendente illa exceptione cum litteris
supersessorijs, supersedetur in negotijs
inceptis, & impeditur actio in litibus
incipiendis, vt dixi latè infra in cap. 7 e.
Incliti Regis Ioannis, sub versic. Du-
rante in principio, tom. 6. & casu quo
esset inter partes datus aliquis termi-
39 nus † vt potè, ad probandum, & proba-
tum habendum, vel similiter, & de dicto
termino superessent aliqui pauci dies,
v. g. sex, vel octo, &c. istud residuum
termini licet currat, tamen finito illo
accessu, & recessu post seruitium resti-
tuitur conuento ob impedimentum præ-
dictum per ea, quæ in simili scripsi super
capit. Ritus 171. Regis Serenissimi Al-
phonsi, nu. fin. tom. 4. & voluit ipse Affl.
loco citato per tradita in l. sed si per
Prętorem. §. si ferię, & §. quoties, ff. ex
quib. causs. maior. & per notata in l. 1.
C. de Ferijs, subdens, quòd impedimen-
tum superueniens in dilatione, siue ter-
mino probatorio, debet deduci de dila-
tione prędicta, sitque ad tantundem
temporis restitutio, quantum fuit lęsio-
nis tempus, ex Cyn. Bald. & alijs in l.
superuacuam, C. de temporib. in integr.
restit. Bart. in l. interdum, ff. de minorib.
Cardinal. Florentin. in Clement. 1. in 7.
notab. & quęst. vlt. de restit. in integr. cū
concordātib. ab ipso Affl. adductis, & pos
sunt applicari ad eū stylum, quē semper
practicamus, nempe, vt stantibus festis,
non currat, nisi post festa, vel residuū cur
rat post festa, si maior pars incidit in fe-
sta, & consequenter suppleatur terminus,
vt sit vtilis, & legitimè possit facere reus
sua incumbentia, parte semper instante,
alias semper curit irreparabiliter, & istud
est, quod voluit sentire ipse Affl. dum ait,
d. n. 15. in fine, ibi, si reus opponat de illis
diebus remanentibus, ad quos Iudex tan
tum restituit, d. §. quoties, subaudiendo
semper, quoties litterę prędictę superses
soriales essent coōretę, & legitimè ema-
natę, vt colligi supra eodē in cap. 23. n. 10.
40 ¶ Sicut etiā † disponitur, quòd si Princeps
reuocaret ad se negotiū, ligantur manus
inferioris, ita vt nihil ī eo attētari possit,

& tantū operatur talis reuocatio, inficiando iuriſdictionem Iudicis, quantum facit appellatio, d. cap. vt noſtrum, vbi Abb. de appellat. cap. Romana, eod. in 6. Innoc. in cap. dilecti, de offic. Archidiac. Bertacchin. in ſuo repertorio fol. 169.col.4.part.4 Et ſic, vt ſequar ea, quæ in hac 4. ampliatione præpoſui, dico
41 quòd Iudex † nil poteſt innouare interim appellatione ipſa pendente eſto quòd detulerit, vel ne appellationi, non obſtante illa reſeruatione, quam ſolent facere aliqui Iudices circa delationem ipſius appellationis, videlicet abſque præiudicio executionis factæ, vt aliquoties vidi vti Syndicator in Regno tales delationes, namque huiuſcemodi proteſtatio nihil releuat tamquam contra ius, l. alimenta, C. de negot. geſtis, & ibi Doctores, Bart. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. noui nunciat. Carol. Ruyn. loco citato. ¶ Eſt verum quòd non procedunt hæc ſemper, ſed in aliquibus caſi-
42 bus obſeruatur contrarium † & poteſt non obſtante appellatione prædicta, & innouari, & vlterius procedi, prout v. g. in remedio contrarij imperij, quia licet deuolutiuum ſit, non tamen ſuſpēſiuum, & conſequenter non obſtante appellationis pendentia per Iudicem à quo poteſt reuocari, capit. cum ceſſante, vbi Abb. in 3. notab. de appellat. Bart. & Iaſon in l. quod iuſſit nu. 36. ff. de re iudicat. niſi, vt ipſe ſubdit Iudex detuliſſet ipſi appellationi, nam tunc omnis eſt ab eo abdicata, & tranſfula in ſuperiorem iuriſdicio, vel niſi eſſet ei inhibitum, vel niſi eſſent petiti Apoſtoli, aut niſi ipſa cauſa eſſet commiſſa alteri per ſuperiorem ¶ Quemadmodum etiam videmus, dicunt DD. non eſſe verum reſpectu ter-
43 tij † pro ſuo intereſſe comparentis, quia tunc non obſtante appellatione, non habet locum dictus tit. ff. nil nouar. appell. pendent. per gloſſ. in l. creditor ff. mandat. idem Iaſon. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, nu. 17. ff. de iudicat. qui dicit eſſe notabilem, Marant. de ordin. iudic. in tit. de appellat. n. 163. vbi ſubdit, quòd ſi duo inſolidū, ſiue plures eſsēt obligati, quorū alter eſſet conuentus, & appellat, poteſt appellatione pendente alius conueniri, allegat Bartol. in l. 3. ff. de duob. reis, §. vbi duo, & ibi vide per eundem Marant. pulchrè plures limitationes ad d. tit. ¶ Sicut videmus quòd etiam fal-
44 lit in locatore † nam poteſt appellatione pendente fructus, & penſiones petere, ita poſt Herculan. de attentat. cap. 3. nu. 20. Beroum, quæſt. 120. Rot. deciſ. 43. & 44. & deciſ. 25. de reſcript. & deciſ. 89. in antiquis, Bellon. conſ. 18. nu. 24. Dec. conſ. 103. Alex. ad Bart. in l. 1. ff. nil nou. appell. pend. Caſſador. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Abb. Franch. & alios teſtatur Vincent. Carrocc. in tract. de locat. & conduct. tit. de Attentatis num. 7. fol. meo 279. & ex gloſſ. fin. in capit. non
45 ſolum, de appell. in 6. ¶ Sicut iddem † eſt quando eſſet appellatum à cauſa oppoſitoria ab eius interlocutoria à Curijs inferioribus ad M.R.C. nam nec ſuſpenditur iuriſdicio, poſui in capit. tit. 116. verſ. limitatur, ante n. 12. tom. 4. ¶ Sicuti
46 eſſet iddem † in caſu, quo appellatum eſſet à pœna corporali, ſiue pecuniaria iuxta formam Pragmaticæ vnicæ §. 3. tit. 55. de prohibit. macellat. tom. 1. ipſarum Pragmaticarum vbi remiſſiuè adnotaui contra macellantes animalia extra macella publicā, ſi eſſet facta condemnatio, & appellaretur à dictis Curijs inferioribus, ſuſpenditur ſolummodo ſententia per ſpacium duorum menſiū. quod eſt notandum pro noſtris Aerarijs huius Tribunalis Regiæ Curiæ Prætorianæ, & iddem loquor à qualibet pœna, à qua nō appellatur, vt poſui ſupra in cap. 54. Regis Iacobi, nu. 15. tom. 1. Sed a mulcta poteſt appellari, & ſic differunt, vide Afflict. in Conſt. pœnam, n. 13. rubr. 97. de pœn. cōtumac. lib. 1. vbi ſubdit quòd bene poſſet poſtea appellari à declaratione iudicis declarantis talē cecidiſſe in dictā pœnā ex Abb. Bart. Speculat. & alijs. ¶ Sicut
47 nec minus † procedit in caſu d. cap. Rit. 116. & ibi Domin. Cumia ordine ſuo 22. nu. 6. fol. 130. vbi quòd à tarenis quindecim vſque ad vnciam: an appellatio executionem ſuſpendat. ¶ Sicut nec dicta rubr. Nil nouar. appellat. pend. mi-
48 nus habet locum † in caſu l. ſi inſtituta, ff. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſtam. vbi ſi à ſententia eſt appellatum, tamen pendente ipſa appellatione debētur alimenta, vt ibi per gloſſ. & ſic in materia peculiolæ, vt dixit Milaneſ. deciſ. 170. n. 54. lib. 1 Ioā. Andr. ad Speculat. & Angel. de quibus per Surd. conſ. 168. n. 57. lib. 2. vbi licet non detur appellatio pro alimentis, intelligitur de futuris, nō de præteritis, ex Pedamont. deciſ. 36. Aret. conſ. 97. Io. Andr. ad Specul. tit. de appell. §. in quibus, & quæ poſui in capit. Ritus 133. in 3. cauſa num. 4. tom. 4. ¶ Sicut etiam videmus in excommunicatione, quæ fieri po-
49 teſt pendente † termino appellandum eſt cōm. * opinio, vt poſt Abb. & Philipp. in cap.

cap.pastoralis in 1.not.de appell. Duen.
regul.42.testatur Robert. Marant. in d.
suo Speculo Aduocatorum,tit.de appell.
n.178.cũ seqq.vbi ait,quòd licet excom-
municatus appellauerit,potest, hoc non
obstante Iudex, à quo denunciare,& pu-
blicare excommunicatum, vt ab omni-
bus euitetur, ac potest etiam, non ob-
stãte hac appellatione priuari fructibus
sui beneficij, & intelligitur priuatus ip-
ipso iure, benè verum quòd hæc proce-
dũt quando appellatur ab ipsa sententia
excommunicationis, secus si appellatur
à declaratoria Iudicis, nam tunc appel-
latio suspendit, & Iudex nil potest inte-
rim innouare,vt per ipsum Marant. qui
subdit bonum esse semper appellare à fu
turo grauamine, & sic à censura futura,
quia tunc excommunicatio postea lata
est ipso iure nulla,nu. 170. ¶ Sicut etiam
50 non est verum in materia † reuisionis
iuxta terminus cap. Rit. 188. Marant.
Actu 2. 6. part.principalis fol.554.num.
51 16. ¶ Sicut fallit † in casu l. postquam,
§. Imperator, ff. vt legat. nom. caueat.
vbi hæres, à quo per fideicommissarium
petita fuit cautio, aliàs mitteretur in
possessionem, si non caueat, & appella-
uerit, appellatione pendente, potest fi-
deicommissarius micti in possessionem,
vt ait Alex.in l.3. §. genera ff. de acquir.
possess.nu.18.Negusant.in tract.de pign.
in 2.membro 3. partis principalis sub n.
52 6. versic. quarto fallit ¶ Sicut legitur †
non habere locum d.rubr.Nil nouat.ap-
pell.pend.in criminalibus, in quibus li-
cet appellatio suspendat effectum senten-
tiæ in totum,l.1.§.1.ff.eod.tamen quoad
bona remanet effectus primæ sententiæ,
Bart.in l.furti accipe, ff. de his, qui not.
infam.in princip.per text.in l.Chirogra-
phis, §.fin.ff.de admin.tutor.subdens nu.
2.sic esse in infamia & in his, quæ conti-
nent status diminutionem ¶ Sicut etiam
53 est † quando appellaretur à sententia,
vel interlocutoria, quòd talis Iudex non
est suspectus, nam non suspendit illa ap-
pellatio,adnotaui ad Pragmat.3.in tit.de
recusat.Iudic.prope finem, tom.1.prag-
54 maticarum ¶ Sicut iddem procedit † in
possessorij sententia,à qua, si appelletur,
executio non suspenditur, sed vide limi-
tationes ad hanc fallentam per Osasc.
55 decis.25.¶ Sicut videmus † quod pen-
dente appellatione mandatoris, potest
reus conueniri, ait Bart. in l. creditor
ff. Mandat.

56 Amplio quinto † vt etiam si sententia
esset lata contra plures, & vnus appel-
lat, attamen quo ad alios nihil adhuc
innouandum est, nec sententia supradi-
cta transiet in rem iudicatam, gloss.in l.
2.C.si plures vnic. sent. Caualcan. decis.
30.num.115.part. 2. & adnotaui in l. r.
C. eod. tit.

Amplio sexto iddem esse in grauami-
57 ne † quia eo pendente non potest Iudex
ad vlteriora procedere, si est facta ex-
pressè inhibitio, cap. non solum, de Ap-
pellat. in 6. Guid. Papæ quæst. 437.n.9.
Neuizan.cons. 6.num.15. Berous consil.
106.nu.8.cum seq.lib. 3. vide in commen
tarijs Consuet. Panormi d. cap. 162
nu.48.48.50. dixi in cap.rit.180. d.tom.
4.& in cap.44.Regis Ferdinandi, exten-
sione 5.tom.7. Maranta loco citato, nu.
205. Dominus meus Stephan. Gratian.
disceptat.forens.cap.6.nu.3.

58 Amplio sepeimo † vt nõ obstãre quòd
possessio fuerit translata in agentem,de-
beat in primis, & ante omnia restitui ei,
qui appellauit, quia realiter ipsa appel-
latione pendente nil noui, cap. cum te-
neamur, de Appellat. cap. 1. vt lit. pen-
dent. vbi Abbas in 3. not. Cardinal. in
Clement.2. extr. eod. cum concordanti-
bus traditis per Philipp. Dec. cons. 34.
col.3. sub nu. 5. in fine, & cum similibus
quæ apportaui supra ampl.4.nu.27.

Intelligo quatenus in hoc capitulo est
59 dispositum † quòd Barones teneãtur re-
mictere appellantes ad M.R.C. quandiu
scilicet ipsi Barones non haberent pri-
mum, & secundum iudicium, sed tantũ
primum iudicium,ita subaudio Couarr.
pract.quæst. cap.4. versic. prima conclu-
sio, fol.meo 57. Iacobin.de Sanct. Geor-
gio de inuestit. in verbo, cum mero, &
mixto imperio, col.3. versic. sed an ille,
vbi dicunt, quòd per concessionem me-
ri, & mixti imperij non intelligitur con
cessa appellatio, immo denegata, quæ
non venit, esto quòd in ipsa concessione
dictum fuerit, cum omnimoda iurisdi-
ctione, tetigi superius num. 2. & 3. & ita
declaratur Natt. Paul. de Castro, Albe-
ric. Guid Papæ, Crapett. & alij, de qui-
bus per Dom. Ballum in tract. suo de
quæstionibus particularibus quæst. 2. nu.
3. nam si expressè habent primum, & se-
cundum iudicium, non est dubium,& ita
voluit Ioannes Bolognete in l. omnes
populi sub nu.65. ff. de iustit. & iur. vbi
quòd aliquando habent primam, secun
dam, & tertiam instantiam secundum
concessionum priuilegiorum diuersitã-
tem, aliter, si etiam secundum iudicium
haberent, eorum est cognitio, vt scripsi
supra

ſupra in d.cap.10. verſic.ſi igitur,ibi,ter
tio oritur, nu.14.& ſeq. & ita eſt textus
expreſſus in cap. 457. Sereniſſimi Regis
Alphõſi,infra d.tom.5.vbi diſponitur de
Prælatis,Marchionibus,Comitibus,&Ba
ronibus de omnib' cauſſis tàm ciuilibus,
quã eriminalibus ad eorũ cognitionẽ ꝑ-
tinentibus, nã habent primas tantũ ap-
60 pellationes † niſi M.R.C. fuerit in loco,
ad quam eo caſu omnis deuoluatur ap-
pellatio,priuilegijs dictorum Baronum,
& aliorum, ſi quæ ſunt, in ſuo robore
exiſtentibus, & ſic intelligere vult Do-
min. Matth. de Afflict. poſt Andr. de
Yſern. in Conſtit. Regni, Officiorum,
nu.11. de offic. Magiſtri Camerarij, tit.
58.lib.1. vbi quòd Iudex cauſſæ appella-
tionis, quando contingeret à Baiulorum
ſententijs appellari in Terris, & Caſtris
ipſorum Baronum, erit Iudex dictæ ap-
pellationis Baro, & non alius, quia Ba-
61 ro† eſt Iudex ordinarius vaſſallorũ per
Auth. de quæſtore §. ſi verò, & in cap.
verum, de foro compet. l. imperialem §.
præterea inter duos, de prohib. feudi
alienat. per Federic. cum concordanti-
bus, Legiſtæ in l. 1. §. poſt operis, ff. de
oper.noui nunc.etenim,ex quo ipſi Baro-
62 nes † conſtituant, ac creent Iudices, &
officiales in ſuis terris, vt ait Iſern. in
Conſtit. in locis Demanij, & in cap. 1.
quid ſit inueſtit. vtique à Iudice dato ap
pellatur ad eum,qui dedit illum,ita diſ-
ponunt iura communia, l. 1. ff. qui, & à
quo appelletur, ratione quia non eſt id-
dem tribunal Baiuli, & tribunal Baro-
nis, qui, vt ipſe ſubdit, nu. 12. ait, quòd
63 tribunal Vicarij, † eſt ſiquidem iddem,
& vnum tribunal cum Epiſcopo, & ideo
à ſententia Vicarij non appellatur ad
ſuum Epiſcopum, & ſic ad ſubſtituentẽ,
ſed ad ſuperiorem,& cõſequẽter ad Me-
tropolim (niſi Vicarius eſſet foraneus)
c.2.de conſu.in 6.dicto c.Romana,de ap-
pell.in 6.ex quo Vicarius ipſe Epiſcopi,
maximè generalis, eſt idem cum ipſo
Epiſcopo, gloſſ. in d. cap. 2. de conſuet.
in verbo, officiali, gloſſ.in cap.licet, de
offic. Vicarij, vbi quòd habet ordinariã
iuriſdicionem, Alex. in rubric.ff. de of-
fic.eius, col.6.& 7. & in l.more, col.1.ff.
de iuriſdic.omn.iudic.gloſſ. in cap.per-
lectis diſtinct. 25. quicquid dicat Andr.
de Yſern. qui dixit Vicarium Epiſcopi
eſſe Aſſeſſorem ipſius Epiſcopi, & non
eſſe Iudicem,quia contra eum concludit
Afflict. loco citato, vbi ait quòd parcat
authoritas, & reuerentia tanti viri, &
64 ſic concludimus,quòd vbi Barones † ha-
bent etiam ſecundum iudicium,appella-
tio fit ad eos, tunc ſiquidem eſſet locus
delationibus ad appellationes ad M. R.
C. quando eſſemus nõ in terris ipſorum
Baronum, ſed in terris Demanij, ita di-
cit ipſe Affl.nu.13.quòd procedit textus
in Auth. de defenſor. Ciuit.§. iudicare,
vbi Præſes Prouinciæ eſt ſiquidem Iudex
cauſſarum appellationis à ſententijs de-
fenſorum Ciuitatis,vel quando appella-
retur à dicto ſecundo iudicio, & ſic à
ſententijs ipſorum Baronum latis in di-
cto ſecundo iudicio, quo caſu eſt locus
huic textui, vt deferatur appellationi-
bus ad dictam M.R.C. quia M.R.C.ipſa
65 † eſt Iudex militantium virorum,& ille,
qui corrigit nobilem,in omnibus corri-
git, & conſequenter ſententiam eius, &
ſic gradatim eſt appellandum ſecundum
ius ciuile, l.imperatores, ff. de appellat.
Yſern. & Afflict. loco citato,non autem
omiſſis medijs,& ſolemus dicere per ſal-
tum,ſicut poterat fieri in Regno Neapo-
lis, vt ipſe teſtatur,& in conſtit.cũ nona,
nu.6.tit.78.de inſtrum.confic.vbi ſubdit
quòd nihilominus Rex remictit ad Offi-
cialem, ad quem debuit appellari, ſcili-
cet ſi vult remictere, de iure enim ciuilĩ
gradatim eſt appellandum,per l.1.& d.l.
Imperatores, ff. de appellat. & non per
ſaltum, vt poſt Bald.in cap.cæterũ,nu.
12.& ſeq.Surd.conſ.510.ſub nu.43.lib.2.
prout faciunt ſatyrici ſaltando, non ſer-
uatim procedendo, vt ait gloſſ. in proœ-
mio Digeſtorum, in verbo,per ſatyram.
Eſt verum quòd ibidem ſubdit in Regno
66 prædicto Neapolis† poteſt à quocumque
Iudice ad M.R.C.Vicariæ omiſſo medio
appellari, intelligendo ſecundum gloſſ.
dummodo nihil opponatur à partibus,
aliàs ſi opponitur, quòd debeat remicti
ad illum Iudicem, qui habet cognoſcere
immediatè de appellatione, tunc debet
remictere,ex Antonio de Butrio,Iacobo
de Imola, & alijs in cap. dilecti filij, 1.2.
& ibi Philipp. Francus de appellat. ex
deciſ. Romæ 37. quia quoties,vel ex con
ſuetudine,aut ex priuilegio alicui com-
peteret cognoſcere cauſſas appellatio-
nis,debet ad eum remictere, vt ipſe ſub-
dit num.7. per text.in d.cap. Romana §.
1.de appellat.in 6. cap. licèt ex ſuſcepto,
67 de for.compet.Sicut videmus † in feuda-
libus, in quibus nec etiam defertur ſuc-
ceſſio per ſaltus, ſed per continuationẽ
de gradu in gradum, & de vna perſona
in aliam, poſt Bald. dixit Syluan. conſ.
30. num. 22. relati per Surd. conſil. 108.
ſub nu.16.lib.1.Sicut ſic eſſe dixi de auo
catione

68 catione caussarum, & de granamine † vt fiant gradatim supra in cap. 18. Regis Federici limit. 7. tom. 1. & quantum ad ipsum grauamen addo ea, quæ dicit Ruyn. cons. 34. nu. 6. 10. & seq. vol. 1. vbi tenet quòd granato liceat supplicare, etiam quando datur appellatio, ita vt stet in ipsius electione quam viam velit eligere, & quamuis hoc non placeat Surdo cons. 177. nu. 14 lib. 2. tamen pace ipsius placet opinio Ruyni, sicut dicimus

69 de recursu † qui est species appellationis, vt post DD. in rubr. de appellat. Dec. Hieron. Gigant. Crott. cons. 179. nu. 6. vol. 2. Cepoll. cons. 16. num. 2. Rot. Lucana decis. 27. n. 47. Borgninus Caual can. decis. 5. nu. 27. prout etiam videmus aliquoties quòd appellatio largè † & impropriè capitur pro reuisione. l. non distinguemus, §. cum quidam ff de arbitr. Ias. in l. nemo potest sub n. 66. ff. delegat. 1. Boer. decis. 247. col. 7. Et sicut etiam omissis medijs potest appellari regula-

71 riter † ad Papam, d. cap. Romana, & cap. si quis nostrum, 2. q. 6. cum simil. bus. capit. duobus de appellat. Affl. &. in d. constit. cum noua d. nu. 6.

72 Intelligo secundo † vt quoties esset dubium, an deberet deferri appellationi, si, vel ne, & sic an appellatio esset legitima, huius articuli cognitio regulariter pertinet ad Iudicem appellationis & consequenter ad Iudicem, ad quem, non autem ad Iudicem, à quo, ita scripsi in commentarijs Consuet. Panormi, de quibus feci mentionē in cap. Ritus 181.

* nu. 6. tom. 4. & addo esse com. * opin. de qua per Andr. de Ysern. in §. sancimus, nu. 8. tit. quo tempor. miles, addo post Castrens. Ioann. Petr. Surd. cons. 139. sub nu. 14. lib 1. & cons. 175. lib. 2. vbi, nu. 8. & nu. 11. dicit eam esse rationem, quia ad superiorem, & non ad inferiorem appellatur per d. l. Imperatores, ff. de appel lation. Speculat. Robert. Marant. Abb. Ioann. de Anania, Natt. & alij, itaut nō

73 valeat † consuetudo quòd appelletur ad eum, qui non sit superior ex Angel. in l. 1. §. mandatum, ff. de offic. eius, Abbas, Fælin. & Ioann. Andr. per ipsum Surdum relati, & quatenus in d. Ritu, & in dictis Commentarijs sit scriptum quòd quando appellatur à d. M. R. C. ad aliud Tribunal, tunc ipsa M. R. C. cognoscit super delatione ipsius appellationis, illud est ex priuilegio, & ibidem scripsi in d. nu. 6. quia representat Principem, qui benè cognoscit, vt ipse Isernia ais per gloss. in l. 1. ff. nil nouar. appendent.

Intelligo tertio procedere, quoties ap

74 pellatio esset tentata † & deducta infra tempus decendij, quia si opponatur in casibus, in quibus de iure non licet appellare, poterit sententia exequi, (sicut dicam infra de nullitate in cap. 44. Regis Catholici Ferdinandi limit. 1. tom. 7.) & gesta post sententiam non reuocabuntur per viam attentatorum, appellatio enim, quæ caret effectu, caret etiam nomine, nec impedit executionem, & si appellatio non esset iustè, ac legitimè deducta, nil valet. Soccin. Iun. cons. 138. nu. 17. vol. 3. Crott. cons. 101, nu. 8. Paris. cons. 108. nu. 13. vol. 1. Iason cons. 187. col. 6 vol. 2. Bald. in cap. pastoralis, §. prę terea, nu. 3. & nu 4. Dominic. in cap. non solum de appellat. in 6. Gemin. in cap. cū appellationibus de appellat. qui loquitur de appellatione frustratoria † ac fri

75 uola, vt de hac etiam tetigi in cap. Ritus 110. nu. 10. vbi memini de oppositionibus friuolis, tom 4. cap. cum inter il 3. ibi, cum eas friuolas reputemus, de electionib. Marant. Decisio Pedamont. 5. nu. 8. Rot. decis. 357. Soccin. cons. 45. nu. 13. versic. octaua dubitatio, lib. 1. Vant. Lancellot. & alij, de quibus per Io. Petr. Surd. cons. 160. nu. 54. 55. vol. 2. Iddemq; concludo quando appellatum esset siqui-

76 dem infra dictos decem dies † tamen esset perempta instantia, vt quia v g. partes non curauerunt sibi dari facere Iudicem appellationis quicquid dicat Christophal. de Castellion. & post eum Ferdinand. Bongiorn. (qui parcat mihi in hoc in Adnotation. ad cap. 363. Regis Alph. nu. 17. & 18. in meo originali, quem manuscriptum habeo) qui voluerunt, quòd licet tempus exercendæ appellationis, seu instantia ipsius duret biennio

77 † nihilominus si post interpositam appel lationem obdormirent partes ad faciendum dare Iudicem, numquam currit appellationis tempus, stante quòd dicunt ipsi, non est Iudex, qui possit adiri ex Lanfranch. in cap. subijcitur, de arbitr. quod dictum pro singulari adducit, & loquitur in arbitrio nondum acceptante compromissum, quòd non currit tempus ipsius compromissi, argumento eorum, quæ dicit Pract. Papiensis in forma libelli, pro quo agendum ad pænam compromissi, iddéque infert ipse Bongiorn. d. nu. 18. ita esse in casu syndicatus, sed an sit verum, posui supra eod. in cap. 7. sub nu. 111. Sicut non est verum in casu appellationis, quoties nempè steterit per appellantes, secus si per superiorem, prout

prout in casu compromissi, quod tunc incipit currere instantia quando arbi-
78 ter acceptauit † ex quo pendet ex voluntate, & potestate aliorum, vt de veritate videbimus infra in cap. 85. Regis, & Imperatoris Inuictissimi, Caroli V. in principio illationis tertiæ, tom. 8. Sed
79 quid si v.g. appellatio esset tentata † infra dies decem per coniunctam personã, an debeat ratificari infra dictos decem dies, vide quæ ponit Marcus Antonius de Amatis decis. 3.

Intelligo quarto quando appellatio
80 esset communis † qua sic regulariter est, ex tactis superius ampl. 3. & scripsi in Commentarijs Consuetud. Panormi, cap 16. nu. 79. secus vero quando ipsa appellatio non esset communis, prout v. g. quando esset tentata cum clausula, appello quatenus sententia contra me facit, quia isto casu remediũ appellationis non est commune, ex quo tunc Iudex cognoscet tantum merita, quæ faciunt contra appellantem, & in ea parte debet absoluere, vel condemnare conuentum, & appellatum, ita post Abbat. in cap. significauerunt, n. 8. de except. Fælin. Rebuff, Osasc. Vinc. de Frãchis, Caualcan. Bart. & alios refert Dominus Don lo Franc. de Castillo Constudens, immo Magister meus in suis eruditissimis decisionibus, decis. 6. num. 3.

81 Intelligo quinto † vt à Prælatis habentibus iurisdictionem temporalem in Regno ex Principum commissione, appelletur ad ipsum Principem, ita idem Bonjornus hic ex Iason. consil. 133. vol. 1. vbi an possit præscribi contrarium, & ita servari ait in Regno idemmet Ferdin. Bonjorn, in d. cap. Romana, §. debet, de Appellat. in 6. qui refert obtinuisse † de interlocutoria pro Archiepiscopo Montis Regalis.

82 Colligo secundo quòd appellatio † debet fieri coram Iudice à quo, nisi præsentia eius haberi non potuisset, & sic propter aliquod impedimentum, nam sufficeret appellare coram honestis viris, l. 1. §. dices, ff. quand. appelland. vbi Angel. de Aret. Ruin. Abb. Lancellott. Imol. Præposit. l. cum quidam, vbi Bart. Angel. & alij ff. de appellat. Azo, Specular. Alexand. Grauat. Marant. & quam plures, de quib. per Surd. conf. 228. per tot. & præsertim, nu. 7. & 8. l. b. 2.

83 Colligo tertio quòd appellatio † tunc admittẽda est in casibus appellabilibus, ita in textu nostro, ibi prope mediũ, in casibus est licitũ appellari, &c. & iterũ paulo infra prope finem, ibi, in casibus licitis, &c. sunt etenim infiniti casus, in quibus non admittitur appellatio vt suis locis sparsi.

84 Colligo quarto, quòd Iudex † ad quẽ scribit literas ad Iudicem à quo, vt remittat processum, & hoc dicere tantum est, quantum petere Apostolos, Anchar. in cap. ab eo versic. quarto nota, de appellat. in 6. Marant. Vestr. & Grauat. Alberic. & alij, de quibus per eundem Surd. d. conf. 228. num. 5. & sit finis huic versi commento ad laudem D. O. M. & B. Andreæ Apostoli, cuius hodie festiuitate gaudemus.

Muta V.I.D.

De successione rebellium in bonis feudalibus, Cap. XLVIII.

ET quia inter alia dubia in dicta causa fuit dubitatum an agnati, vel aliqui consanguinei alicuius vassalli nostri, rei criminis læsæ Maiestatis admicti debeant ad successionem bonorum feudalium dicti vassalli proditoris, ne super ipso dubio aliqua infuturum dubitatio oriatur, ad æternam rei memoriam, cum plena, & sollemni deliberatione dictorum nostrorum Assessorum, & omnium singulorum Iudicum prædictorum, tenore præsentium declaramus, omnes agnatos, & cognatos vtriusque sexus exclusos fore, & excludimus ab omni successione quorumcumque rebellium, & proditorum Regiæ Maiestatis, præsentium, & futurorum, siue fuerit feudum antiquum, auitum, aut nouum

uum, aut alterius cuiuscumque condicionis, seu naturæ. Et quòd in notorijs rebellibus facti permanentis sententia non sit necessaria, immo ipso facto, & sine aliqua sententia bona eius possint occupari, & ad manus nostras reduci, & per nos concedi, & tamquã de rebus nostris, & Fisci nostri, disponi, & ordinari, cum etiam sic hactenus fuerit assuetum fieri in dicto Regno Siciliæ, quam declaramus pro lege, & eam mandamus in toto dicto Regno inuiolabiliter obseruari.

Extracta est à sententia lata contra vxorem magistri Nicolai Cartha ad petitionem Guglielmi Portulacu, Anno Domini 1395. v. Indictionis.

SVMMARIVM.

Læsæ Maiestatis de crimine accusati possunt se defendere, & quomodo, nu. 1. & supple in verbo, Rebellis.

Rebellionem si quis cõmiserit, omnes agnati & cognati vtriusque sexus excluduntur, etiam à bonis feudalibus, & confiscantur, nu. 2. 3. cum seqq. idem in filijs, & quare, nu 11. 12 13. 14. Amplia, nu. 16. 18. 20. 21. 22 23. 31. 33. 65. 67 68. Limita, num. 69. 72. 75. 76. 81. 82. & 83.

Feudalia, siue sint antiqua, siue noua, vel cuiuscumque natura perduntur ob delictum criminis læsæ Maiestatis, ibid. & an, & quando succedant agnati, nu. 4.

Rebellionis pro crimine puniuntur etiam filij pro patribus, & quandoque afficiuntur vltimo supplicio, num. 3. fallit quando feudum esset concessum patri, et filio, nu. 7. vel quando esset facta gratia per Regem, nu. 8. & quare, nu. 11.

Feuda confiscantur in vita rebellium, & postea succedunt agnati, nu 4.

Feudum videtur concessum hac lege, vt si committatur fellonia, cadat ab eo, nu. 5.

Feuda deuoluta ob rebellionem possunt concedi, num. 6.

Feudum nouum si est concessum patri, & filio, tunc delictum patris non nocet filio, num. 7.

Rex si facit gratiam rebelli, videtur remisisse culpam, nu 8.

Iniuria sola dissimulatione tollitur, ibid. & nu 9 10.

Inimicitia cessare videtur per posteriora merita, ibid. & quando sunt grata seruitia facta, vel per conuersationem, vel salutationem, nu. 10.

Pax videtur facta per tactum palmarum, & per comedere & bibere insimul, nu. 9. vel per conuersationem, & salutationem num 10.

Filij ob rebellionem patrum ideo excluduntur à feudalibus, quia habent esse a patre generante. & eius asperguntur macula. nec degenerant ab eorum perfidia, nu 11. 12 13. 14 nõ sic econuerso, n. 15.

Delictum vnius licet alteri non noceat, fallit in crimine læsæ Maiestatis, nu. 12.

Offensus intumescit quando videt proximas personas sui offensoris, nu. 13.

Patrem qui odit, odisse etiam eius filiũ præsumitur. ibidem.

Pater, & filius iuris fictione vna, eadẽq; persona dicitur, nu 14.

Rebellio si est commissa per filium, hoc delictum non nocet patri, nu. 15.

Rebellio committitur etiam in Principes inferiores recognoscentes superiorem, & perduntur etiam feudalia, nu. 16.

Rebellionis crimen licet sit commune, tamen pœna confiscãtionis, quæ imponitur, an spectet ad Principem. vel ad vassallum mediatum si crimen in Principẽ est commissum,, nu 17.

Rebellio si est commissa in Principes inferiores, ipsi confiscant, & publicant bona ipsorum rebellium de consuetudine Italiæ, ibid.

Rebellibus notorijs Fiscus aufert bona feudalia, etiam absque citatione, aliàs non, num 18.

L. traditionibus C. de pactis, fallit in confiscatione, in qua dominium transfertur absque traditione, nu. 19.

Rebellionis crimen debet probari, &

Resti-

Restitutus per Principem non recuperat bona in alium translata, nu. 33. nec fideicommisso subiecta, nu. 56.

Confiscationi non est locus quando testator fecit capitulum exclusiuum Fiscum, nu. 34. vel adesset gratia Regis sic facta, nu. 35. & quid ea, quæ sunt penes fiscũ, nu 57. vel penes secundo genitum, num. 58. nec recuperat ea, quæ sunt penes tertios ex alijs causis, nu. 59. fallit, nu. 61. 62 63. & quid si debeat solui laudimiũ, num. 64.

Testator potest disponere, vt si eius filij, vel heredes committant crimen, succedant tales, & ne perueniant in Fiscum, ibid.

Legitima potest imponi grauamen per patrem disponentem circa capitulũ exclusiuum Fiscum, ne crimina committantur, ibid.

Rex potest concedere gratiam aliquibus Populis, ne Fiscus confiscet eorum bona, casu, quo cõmitterent crimina, n. 55.

Restitutus quando aliquis condennatus esset, an recuperentur bona fideicommisso subiecta, nu 56.

Restitutus ex gratia Principis, an recuperet bona penes fiscum existentia, & fructus, nu. 57.

Primogenitus si est rebellis vel ine apax tempore mortis patris, succedit secundogenitus. non obstante quòd mox sit restitutus per Regem, nu 58.

Restitutus per Principem non recuperat ea, quæ sunt in alios translata ex alijs caussis, nu. 59 & seq.

Condennatus, & postea restitutus, an condicione pendente recuperet legatum, ibid.

Lazarus resuscitatus, an recuperare potuit bona, nu. 160.

Mortuus miraculosè resuscitatus, an recuperet bona, ibid.

Restitutus per Principem ex gratia quibus ex causis recuperet bona, num. 61. 62. 63.

Restitutus recuperat omnia bona, quando solum fuisset primatus ciuitate, ibid.

Restitutus ob bonum publicum à Principe recuperat omnia bona, etiam in alios alienata, si Princeps expressè hoc dixerit, nu. 62.

Artellarias non potest Princeps alicui tollere pretio non soluto, ibid.

Restitutus per viam Iustitiæ recuperat omnia sua bona etiam in alios per Fiscũ translata, nu. 63.

Restitutus ad bona non tenetur soluere laudimium, nu. 64.

Laudimium non soluitur ex restitutione facta condemnato per Principẽ. ibid.

Rebellium nomina scripta in instrumentis debent cremari cum ipsis instrumentis, & quomodo, num. 65. 66.

Rebellis dicitur, qui falsificat scripturas publicas, nu. 66.

Falsum scribens in publicis scripturis committit crimen læsæ Maiestatis, ibid.

Tumultuosi, & sediciosi, & cõgregantes plebem puniri possunt, vt rebelles, & quomodo, nu. 67.

Rebelles dicũtur sediciosi, & tumultuosi, & congregantes plebem, ibid.

Tumultus, & sedicio veniens ex causa priuata accidentaliter, & ex ciuili dissensione non ita punitur, vt verus tumultus, ibid.

Appellatio non competit in crimine rebellionis, tumultus, seditionis, &c. ibid.

Rebelles non possunt testari absque Principis licentia, nec habent testamenti factionem actiuam, neque passiuam, n. 68.

Testari quæ personæ non possint, ibid.

Rebellionis crimine non ita punitur quando delictum non est de respicientibus læsam Maiestatem, nec feuda confiscantur, num. 69.

Feuda ob delicta feudatariorum commissa confiscantur fisco saltem in vita delinquentis, nu. 70.

Alienari bona prohibita possunt per grauatum durante eius vita alienari, n. 71.

Rebellio si est commissa per filium feudatarij viuente patre, non confiscatur feudum, sed succedit secundo genitus, nu. 72. & seq. & quomodo, nu. 74.

Confiscatio non se extendit, nisi ad bona, quæ tempore publicationis delinquentis possidentur, non ad postea quæsita, ibidem, & seq.

Legitima non potest confiscari viuente patre, num. 73.

Confiscari non potest legitima filij viuente patre, nec eius alimenta, nu. 74.

Rebellis si est maritus, eius vxor non perdit dotes, sed eas recuperat etiam bannito eo, nu. 75.

Rebellionis crimen committitur etiam per fœminas, quæ mitius puniuntur, ibid.

Rebellionis crimen debet probari, & corã quo, nu. 76. & seq. & num. 80. & quid quoad Iustitiarios, & Capitaneos, num. 78. 79.

Rebellionis de crimine solus Princeps, & M. R. C. regulariter cognoscit, vel eius Delegatus, ibid.

Regalia est cognoscere de crimine læsæ Maiestatis, nu. 77.

Rebellionis crimen dicitur arduum, nec venit in concessione meri, & mixti imperij regulariter, ibid.

Merum, & mixtum imperium quando est concessum Baronibus, & Iustitiarijs, non venit concessio criminis rebellionis, ibid.

Iustitiarij possunt cognoscere de crimine læsæ Maiestatis, & quando, nu. 78. 79.

Rebellionis in criminе an stetur assertioni Regis, nu. 80.

Feudum tunc deuoluitur ad dominum quando persona ipsius principaliter est offensa, alias non, nu. 81.

Rebellis non dicitur quando magnus exercitus Domini alicuius potentis veniret contra ciuitatem, & illa restiterit, ne destrueretur, nu 82.

Rebello non dicitur propriè quando aliquid fit per metum, & non valendo aliud agere, ibid.

Rebellio non dicitur propriè quando committitur contra Magistratum, nu. 83. & contra officiales Regios, & quando, num 84.

Surterijs qui violentiam intulit, & vulnerauit quem de comitiua, an incidat crimen læsæ Maiestatis, nu. 84.



Onnulla tetigi circa materiam rebellium & crimen læsæ Maiestatis supra tom. 1. in cap. 18. Regis Iacobi, & facit cap. 4. Regis Federici tom.
2. in quibus locis licet dicatur quòd de
hoc crimine solus Princeps possit cognoscere, tamen etiam Iusticiarij, & Capitanei cognoscere possunt, vt declarabo
inferius in 4. limit. & datur facultas per
1 dictum cap. 4. Regis Federici † vt possint taliter accusati de hoc crimine se
defendi, & ita ait Boniorn. in cap. sequenti per verba ibi, constabit, & sic, vt declaretur tãquã talis, vt subdam inferius
ampl. 6. vel secundum leges Romanorũ,
aut secundum Constitutiones, vel secundum vsum Barcelonæ, & sic datis defensionibus, & alijs substantialibus, quã
tam de iure naturali, quàm de iure gentium introducta sunt, vt post Marc. Laudens. Alberic. Gigant. Ign. Affl. Iodocch.
Foller. Practic. Montald. Gyrill. Rolãd.
Decian. Clar. & alios more suo cõgerit
Prosper. Farinac. in tract. de crim. læsæ
Maiestat. quæst. 118. per tot. partis secundæ, tom. 2. suæ praxis criminalis,
& quæ subdam inferius ampl. 2. nu. 98.
hic verò, & in capiti proximo subsequenti, in quo est eadem materia (benè verum quòd istud capit. deberet esse
in ordine 49. per ista verba in principio
posita, ibi, & quia inter alia dubia in
dicta causa, propter illud verbum, dicta,
& est etiam confirmatum, & concordat
cum capitulis 52. & 53. siue Pragmaticis huius Regis nostri Martini, infra eodem) videbo tantum de perditione, siue
amissione rerum feudalium, vt ibidem
remissiuè tetigi in d. cap. 18. huc me referendo. Et quamplura sunt capitula
concordantia cum isto textu, & præsertim infra d. cap. 52. & 53. per Pragmaticas ibidẽ dispositas, vt meminit Dom.
Ougliel. de Perno Doctor antiquus, &
famosus Syracusanus in primis suis notabilibus fol. 25. col. 1. vbi faciendo mentionem de hoc capitulo, quod Pragmaticam vocat, sicut mos sui est vocare regni capitula isto modo, & etiam testatur de hoc Petr. de Gregorio in tract. de
concess. feudi, part. 1. quæst. 3. nu. 2. quæ
sunt approbatæ etiam per Serenissimum
Regem Alphonsum in cap. 460. tom. 5.
& de his omnibus recordatur Cumia
in capit. si aliquem in verbo, mortis,
nu. 27. & in summa in prædictis omnibus disponitur, quòd ob crimen † pro-
2 ditorium læsæ Maiestatis, & rebellionis, omnes agnati, & cognati vtriusque
sexus excluduntur à bonis feudalibus,
& per consequens ipsorum feuda confiscantur, tetigi supra eod. tom. 1. in cap.
33. quod est d. capit. si aliquem, Regis
Iacobi in prima prærogatiua sub versic. non obstante, nu. 31. & ita determinat Matth Afflict. in cõstit. Humanitatẽ
in xi. notab. Salicet. & alij antiqui DD.
in l. quisquis, C. ad l. iul. Maiest. cum similibus positis per Brun. consil. 28. &
Cumiam loco citato, nu. 17. ac etiam
de iure communi feudorum istud iddẽ
disponitur, vt siue feudum sit nouum,
siue antiquum, auitum, aut alterius cuiuscumque condicionis, & naturæ, vt
hic etiam dicitur, & commissa esset fellonia, omnes liberi, & agnati eo pri-
** uantur, de magis com. ** opinione, &
durũ esse discedere ab ea, testatur Curt.
Iunior de feudis, part. 5. num. 11. Soocinus, Affl. & alij per eundem Cumiam,
nu. 18. cum plurib. sequentibus, & n. 60.
& nu. 159. vbi expressè etiam mentionem facit de isto Capitulo Regni, per
cap. 1. §. si vassallus culpam, si de feud.
defunct. controuers. fuerit, vbi Iacob. de
Beluisio,

Beluisio, & Andr. de Ysernia, & ita sim-
pliciter transit hic Boniornus, Gigas de
crimin. les. Maiest. rubr. de pœn. quas fil.
incurr. quæst. 4. lib. 3. Decianus tract. cri
min. cap. 4. num. 14. lib. 7. Peregrin. de
iur. Fisci, tit. 9. nu. 2. lib. 3. Farinac. in d.
tract. de crimin. læsæ Maiest. quæst. 116.
§. 3. ampl. 4. nu. 80. d. partis 2. tom. 2. non
obstante communi, ac vulgata illa re-
gula, quòd pro delicto paterno, alij non
3 teneantur, quia isto casu punitur † filius
pro patris peccato, vt subdã inferius, nu.
12. & specialis est per l. quisquis, C. ad l.
iul. Maiestatis vbi communiter * DD.
Butrigar. Bellapertic. Cyn. Odofred. Si-
gnorol. Salicet. Turrecremat. Præpos.
Alexãdrin. Affl. Cyrill. Corrad. Gomez,
de quib. per ipsum Farinac. d. quæst. 116.
in principio, q. subdit plus ampl. 1. n. 74.
quòd etiam deberent mori, vltimoque
supplicio tradi, nedum eorum filij, verũ
etiam consanguinei, & remissiuè plura
exempla recenset ex eod. Decian. d. cap.
cap. 41. nom. 1. quibus iussu Principis
occisi fuerunt, nisi ex gratia fuerint re-
4 stituti. ¶ Beneuerum † quòd de iure
communi ipso feudorum agnati colla-
terales, qui quarto gradu erant con-
iuncti, admictuntur, vt videntur ipsi sen-
tire, & Cumia nu. 61. cum plurib. seqq.
vbi satis erat, vt dominus in vita delin-
quentis feudum possideret, & exclude-
ret filios, & descendentes, & post mor-
tem perueniret ad agnatos in dicto quar
to gradu. Intantum vt deuolutio fiat
5 Domino., hac etenim lege feudum †
videtur acceptum à principio tacitè sal
tim per vassallos à Domino, & ab eo-
dem concessum, vt nempe si contingat
committere felloniam, cadãt ab eo, po-
suit namque hanc legem imponere in
re sua, l. legem C. de pact. Paris. d. consil.
21. num. 54. & seq. libr. 1. quod operatur
clausula illa generalis, iuribus nostris,
& Regiæ Curiæ sẽper saluis, de qua dictũ
est in d. cap. volentes in fine restrictio-
nũ, in vltima parte textus n. 477. & seq.
d. tom. 2. & licet Curt. Iun. loco citato
adducat sex limitationes de iure com-
muni feudorum, ob quas felloniam, si-
ue delictum in dominum cõmictens, non
faciat priuari filios, & agnatos feudo,
quas refert etiam Cumia, nu. 21. 23. 24.
25. & 26. attamen, stantibus his Regni
Capitulis prædictis concordantibus, ex
quibus excluduntur omnes à successio-
ne, quo quomodo fuerint bona concessa,
& ita vult hic Fimia, qui ait, quòd licet
olim dubium erat, vt notat Andreas in
cap. 1. si vassall. feud. priuet. & in constit.
vt de successionibus, & in cap. 1. versic.
sed hæc quæstio, de vassall. decrepit. æta-
tis, tamen hic clarè est decisum, quòd
6 valet concessio † bonorum deuolutorum
ob rebellionem, ita *Petr.* de Gregorio
loco citato d. nu. 25. & recordor posuisse
supra in cap. 27. Regis Iacobi nu. 18. &
seq. tom. 1. & latè declaro inferius ampl.
8. nu. 33. & quicquid sit, subdit ipse Cu-
mia, quòd quando feudum esset nouum
concessum patri, & filio in persona vni-
uscuiusque, tunc, dicit ipse, delictum
7 patris † etiam in hac materia non no
cet filio, qui nullam commisit culpam.
& voluit Andr. in d. cap. 1. si vassall. feud.
priuet. nu. 3. Soccin. Iun. cons. 68. nu. 127.
vol. 3. qui loquuntur de delicto commisso
contra alium, non contra dominum,
Blasc. Lanza in d. cap. volentes, in 2. no-
tab. versic. ex his, vbi ait, quòd quando
feudum nouum est concessum patri, &
filio, expresso ipsius filij nomine pro-
prio, puta Sempronio, & Caio, tunc in
præiudicium filij, pater nihil facere po-
test, quia censetur contemplatione filij
datum, vt per eundem Affl. in d. cap. 1.
num. 4. in tantum; vt nec alienare possit
pater, vt dixi in d. capit. volentes ampl.
22. num. 205. & quicquid sit isto casu
priuationis feudi, agnati domino præ-
ferrentur, Soccin. vbi supra, num. 128.
Dubito tamen satis de hoc, nec putarem
verum, quia filius non potest degenera-
re à patre, vt videbimus in ratione,
quam dabo paulo inferius. ¶ Est verum
8 quod si v. g. per ipsum † Regem fuissent
factæ filio certæ liberalitates, & gratiæ,
videtur remissa culpa ex traditis per
Matth. de Afflict. in Constit. Regni, ge-
neralia, nu. 9. tit. vt vniuersitas accusa-
ta, rubr. 2. lib. 2. ex Andrea de Ysernia
in l. imperialem, §. insuper, col. 4. de
prohibit. feudi alienat. per Federic. ar-
gum. eius, quod dicimus quòd iniuria
sola dissimulatione tollatur, & vbi po-
steriora merita comprobantur, præsu-
mitur cessare inimicitia, ex quo offensa
non solum remittitur per scripturam,
sed etiam per alia indicia, sicut vide-
9 mus, quòd si duo † comederunt, & bi-
berunt insimul, vel per tactum palma-
rum, præsumitur facta pax, & remissa
inimicitia, vt hæc ponit ipse Affl. & An-
gel. & Moderni in l. 1. ff. de pact. Rode-
ric. Suarez in l. 2. *de los casamientos*, sub
num. 36. optimè audiuit Io. Petr. Surd.
cons. 91. num. 22. lib. 1. ex Ruyn. cons. 21.
nu. 8. lib. 4. & cõprobãtur ex his, quæ ait
Carroc.

Carrocc. in tract. de locat. & conduct.
in tit.de mercede remuneratoria, num.
10 108. vbi quòd inimicitia † videtur re-
missa per inimicos, quando sibi inuicem
subministrant grata seruitia, vel per
conuersationem, vt puta per salutatio-
nem, & est com. * opinio, & consequen-
ter præsumitur facta reconciliatio, ex
Bald. in Auth. si dicatur C. de testib.
col. 3.
11 Ratio est, præsertim in filijs † eorum-
que nepotibus, qui excluduntur à dictis
bonis feudalibus (ac etiam allodiali-
bus, vt vidimus supra in cap. 6. Regis Fe
derici, in principio, tom. 2.) quia ha-
bent esse à patre generãte, qua de causa
paterna aspergũtur macula, d.l. quisquis;
& consequenter à paterna ipsa non cre-
duntur denegare perfidia, vt in d. cap.
6. Regis Federici posui. tit. de vxoribus
proditorum, & filijs versic. & quamuis,
num. 19. d. tom. 2. Alex. de Neuo in ca-
pit. ex rescripto, num. 50. de iureiur. &
infra in d. cap. 52. ibi, statuimus, & in d.
cap. 53. ibi, quos ab hęreditate perfidię
degenerare non credimus, latè post Ce-
uall. pract. quæst. cap. 653. Gigãt. Gram-
mat. Paris. Menocc. Decian. & alios re-
statur Farinac. in d. tract. de crim. læsæ
Maiestat. d. quęst. 116. §. 3. nu. 73. part. 2.
tom. 2. ac etiam propter delicti magni-
tudinem, fuitque vna de fallentijs, quam
dedi supra in cap. 45. Regis Iacobi sub
versic. non aliter, num. 123. tom. 1.
nempe quòd delictum vnius noceat alijs
12 † & delictum patris obsit filio, vt tetigi
superius, nu. 3. faciunt adducta per Do-
minum Don Balthassarem de Amescua
Præsidem C.S.R.C. in hoc Siciliæ Re-
gno post multa officia per eum alibi, &
hic gesta in tract. de potestat. in se ip-
sum, cap. 14. nu. 25. lib. 1. vbi refert hinc
fuisse, quòd non semel liberè Reipubli-
cæ Tyrannis occisis, filios quoque occi-
derũt, & Seiano interfecto, filij quoquè
eius pueri, & puella virgo innocens in-
terfecti sunt vide apud Dionem in Tibe
rio Tacit. lib. 5. annalium, & in terminis
quòd excludantur omnes descẽdentes à
bonis feudalibus rebellium consuluit
Blasc. Lanza in causa Roccellæ, de quo
meminit ipse Cumia loco citato, nu. 29.
& 30. vbi ad omnes descendentes am-
pliat, licet textus nostri loquerentur
per verbum, filijs, cuius appellatione
descendentes includuntur, l. liberorum,
ff. de verbor. signific. cum concordanti-
bus ab eo apportatis, & solet dici quòd
13 † quanto proximiores in hac materia,
tanto infectiores culpantis macula præ-
famantur, ratione propinquitatis, vt di-
cit Afflict. in cap. 1. nu. 1. si de feud. fuer.
cõtrouers. argumẽt. l. humanitatis, C. de
excusat. tutor. l. cornelia ff. de iniur. &
subdit Affl. quòd offensus intumescit,
quando videt proximas personas offen-
soris sui, eo quia offensæ indignationem
inducit, qua de causa sine rubore simi-
les personæ non possunt commorari in
Curia Domini, ac multoties solet esse
pręsũtuositas, & audacia, arg. d. l. & quis-
quis Cumia in d. verbo, mortis, nu. 104.
& nu. 160. & 161. vbi ait quòd filius ha-
bet esse à patre culpantis, cuius maculæ
est in filio, l. diuo Marco, C. de quæst. &
lugubre esset domino passo felloniam
feudi videre feudum in potestate filij,
vel nepotis eius, qui felloniam in eum
commisit, nec diligit filium, quem pa-
14 ter odijt, quia pater † & filius iurisdi-
ctione vna, eademque persona dicantur,
l. fin. C. de impub. & alijs substit. vbi dixi,
& adnotaui, plura cumulat Hyppolit. de
Marsilio singul. 160. incip. pater, & filius
arg. eorum quæ tradit Dominus Otta-
uius Corsett. cons. 2. sub n. 9. versic. quòd
verò, in feudalibus, vbi loquendo de fi-
lio hærede, determinat quòd hæres non
dicitur alia persona, Carauit. ad Rit. 3.
Regni Neapolis, nu. 21. Bartol. in l. fra-
ter à fratre, col. 1. in principio ff. de con
dic. indeb. vbi declarando illa verba d. l.
fin. C. de impuber. ibi, natura, dicit, idest
propter naturã artificio iuris ciuilis, &
ibidem Iacob. de Aret. vnam tantũmodo
hucusq; vidi limitationẽ in d. l. fin. & est
quòd licet hæres censeatur eadem per-
sona cum patre, vt scripsi in d. capit. si
aliquem, nu. 131. attamen quando ali-
quid est relictum tamquam merum fa-
ctum, tunc illud relictum non transit ad
hæredes legatarij per text. in l. apud Iu-
lianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. &
15 ibi Doctores. Sed non est sic † èconuer-
so, nam si filius commisit hoc crimen læ-
sæ Maiestatis, non nocet eius patri ex
Salyc. in d. l. quisquis, num. 8. Angel. Gi-
gant. Decian. Baiard. ad Clar. de quibus
de com. * opinione testando ait Fari-
nac. d. quæst. 116. nu. 120.

Ampliaui primo procedere, etiam
16 quando rebellio † esset cõmissa in Prin-
cipes inferiores recognoscentes supe-
riorem, quia adhuc perduntur ipsa feu-
dalia, vt dixi supra in d. cap. 18. Regis
Iacobi sub versic. porrò num. 12. d. tom.
1. nam nullum generatur præiudicium
Dominis per Constit. si quando, lib. 2.

Cumia

Cumia in d. verbo mortis. sub nu. 60. &
dominus in suæ iniuriæ vlctionem succe
dit, cap. 1. §. denique, quæ fuer. prim.
caus. benefic. amiss. idē Cumia, nu. 120.
tam si feudum esset de tabula, quàm
etiā quaternatū cū seqq. numeris, & est
exemplum quando v.g. feudum teneretur,
non immediatè à Rege, sed mediatè
à Barone, vt ipse declarat in dictis numeris,
& num. 153. subdit quod eo casu
quo feudum detinetur mediatè à Barone,
& vassallus mediati commiserit rebellionem,
etiam in Regem, quòd tūc
feuda Fiscus non confiscat, nisi viuente
delinquente, sed post eius mortem tenetur
restituere domino, quæ opinio quomodo
sit, consideranda est, & ibi latissimè,
17 quæ cogita; Est verum † quòd licet
crimē læsæ Maiestatis sit commune,
tamen pœna confiscationis, quæ imponitūr
spectat ad Principem, non ad vassallum,
si crimen esset commissum in ipsum
Principē, post text. in d. capit. 1. d. §.
denique, tit. quæ fuer. caus. benef. amiss.
Guid. Pap. decis. 141. Oldrad. consil.
348. Rolland. consil. 78. num. 36. & seq.
lib. 2. Natt. cons. 580. num. 7. Grammat.
cons. 6. nu. 6. Bellamer. cons. 13. Crauett.
cons. 128. Bossius tit. de pœnis, Bald. &
Iacobin. de quibus de com. * opin. testando
hos refert, & sequitur Dominus
Surdus cons. 152. nu 26. lib. 2. sed latissimè
videatur ipse Farinac. in d. tract. de
crimin. læsæ Maiest. quæst. 112. inspect. 5.
octauo casu, nu. 204. & 205. vbi ait quòd
licet pœna confiscationis bonorum, de
qua in d. l. quisquis, non habet locum
nisi in crimine commisso cōtra Papam,
Imperatorē, & Regem, ac Cardinales,
non autē contra alios Principes, Duces,
Marchiones, &c. de facto recognoscētes,
superiorem, tamen de consuetudine Italiæ
quilibet Princeps, etiam recognoscēs
superiorem, publicat bona suorum rebelliū
ex Cepoll. Iul. Clar. Boer. Menocch.
Peregr. Bursatt. Misinger. & multis,
quos sileo.

Amplio secundo ex mente Domino-
18 rum de Fimia † & Guglielmi de Perno
hic multò fortius procedere in notoriè
rebellibus, in quibus nec citatio vlla
requiritur, maximè quando Papa procederet
contra reum criminis ex dicta
rebellione, vt puta quia retineret terras
Ecclesiæ, vel Imperij, nam talis potest
condemnari absque citatione, vt post
Decian. Gigantem, Marsil. Marianum
Soccin. Roman. Fælin. & Io. Andr. ait idē
Farinac. quæst. 118. in 3. speciali, à n. 8. 9.
& 10. Affl. in constit. Regni si dubitatio,
nu. 2. vbi ponit practicam, quam tenentur
Nostrates hic, nempe, vt capiantur
informationes super notoria rebellione,
& addo eūdē Gigant. de crim. læsæ
Maiestatis, rubr. de plurib. & varijs quæstionib.
quæst. 1. num. 2. lib 3. Decian. in
tract. crimin. cap. 42. nu. 4. lib. 7. Peregr.
de iure Fisci, tit. 8. nu. 12. lib. 5. & consil.
18. nu. 355. lib. 1. cū cōcordātib. apportatis
per ipsū Farinac. loco citato d. quæst.
118. nu. 8. vbi determinat quòd in notoriè.
rebellibus potest Princeps absque
alia citatione condemnare, & punire, &
bona eorum inuadere, præsertim quādo
rebellio ipsa esset notoria facti permanentis
(de qua subdam inferius in ampl.
6.) & voluit iddemmet Farinac. in tit. de
inquisitione quæst. 21. n. 76. cū plurib. seqq.
partis primæ, tom. 1. subdens ipse Farinac.
d. n. 9. quòd si nō agatur de notorio
crimine, tūc citatio requiritur per text.
in extrauag. ad reprimendum, Clemēt.
pastoralis, de re iudic. vbi per S. Pōtif.
reuocata, & infirmata fuit sententia
Henrici Imperatoris, eo quia Robertum
Siciliæ Regem tamquam reum criminis
læsæ Maiestatis absque legitima citatione
condemnauit, Gigas, & Decian.
vbi supra: & in summa esto quòd dominium
sit translatum, dicit ipse Affl. possessio
non intelligitur translata, nisi apprehendatur,
ex quo est facti, nam licet
19 dictum dominium † absque traditione
transeat eo ipso quòd est facta confiscatio,
& est vna de limitationibus, quam
posui in l. traditionibus, C. de pact. per
l. 1. & ibi Bart. C. de petit. bonor. sublata
lib. 10. & de Nostratibus Domin. Hieronimus
Veglia eruditissimus caussarū
Patronus, Regiusque Consiliarius in
causa Gagliani, Bald. in cap. 1. §. inuestitura,
col. 2. de nou. form. fid. Iacob. de S.
Georgio in tract. de feudis in verbo Princeps,
versic sed quæro, & tetigi infra in
cap. 452. limit. 5. Regis Alph. tom 5. possessio
tamen apprehendi debet.

20 Amplio tertio, vt probato delicto, †
quia semper sic est præsupponendum (vt
subdam infra limit. 4.) etiam quòd reus
mortuus fuerit pendente iudicio, bona
transeant in Fiscum, vt adnotauit idem
Fimia hic per doctrinā Baldi in rubric.
C. si pendens. appellat. mors interuen. &
per Curt. cons. 59. quia iam bona possunt
confiscari post mortem, esto quòd
delictum confessus fuisset delinquens, ex
Speculat. in tit. de accusat. §. 1. versic.
quid si latro, Bald. & Angel. in l. 1. Ne

ea

ex delict. defunct. Butr. conf. 94. & pertradita à Bartol. in l. cum filios §. repetundarum ff. de legat. 2. Nicol. Boer. decif. 259. nu. 11. per text. in l. ex iudiciorum, ff. de accusat. & ibi gloss. cum concordant. quæ dicam infra in cap. 443. Regis Alphonsi, versic. sublata, tom. 5. vbi loquor in materia vsurarum in granibus delictis, & per tradita supra in cap. 32. Regis Iacobi n. 44. cum seqq. ampl. 5. tom. 1. & in c. Ritus 149. in 3. casu tom. 4.

21 Amplia quarto, vt sententia contra rebelles † ad exemplum, & terrorem aliorum, debeat exequi publicè, vt dicunt Domini Neapolitani in constit. Monomachiam in 6. notab. damnando, & delendo eorum memoriã, deuastando eorum domos, & multa alia, quæ enumerat ipse Farinac. d. quæst. 116. §. 1. cum plurib. subsequentibus quæstionibus, ad quem recurras.

22 Amplia quinto procedere quoad subfeudatarios † de quibus locutus sum supra in cap. 34. Regis Iacobi tom. 1. quia committendo delictum, licet subfeudum reuertatur ad eum dominum immediatũ, à quo tenent dicta subfeuda, attamen quoad fructus feudi perceptos applicabuntur Regi, & non Baroni, vt per Beneuentan. in cap. Imperialem, de prohib. feudi alienat. per Federic. quem sequitur Anellus de Bottis in Additionibus ad constit. post mortem, tit. 25. de morte Baronis nuntianda lib. 3. sicut de bonis mobilibus, de quibus facit inuentarium Fiscus, & ad eum pertinet Secundum gloss. in d. constit. post mortem, in verbo munificentiæ.

23 Amplia sexto ex mente huius capituli propè finem † vt etiam non sit necessaria sententia in notorijs rebellibus actus, siue facti permanentis, (de quo tetigi superius ampl. 2.) immo ipso facto, & sine aliqua sententia bona feudalia omnia eorum, etiam nomina debitorum, prout in d. cap. 32. possunt occupari, & ad manus regias reduci, alijsque concedi, & tamquam de re Regia, & Fiscali disponi, vt hęc omnia hic sunt disposita, & vide quæ scripsi supra in cap. 32. num. 37. eiusdem Regis Iacobi, tom. 1. ita etiam habes infra in d. cap. 32. ibi, ipso facto, quæ faciunt ad propositum huius ampliationis, & sic in indiuiduo habes etiam magis specificè, & expressè declaratum infra in d. subsequenti capitulo, siue Pragmatica, ibi [eo ipso, quòd in dicta nostra Magna Curia crimen, vt dictum est, constabit Fisco nostro deuoluta sint, & rationabiliter acquisita, & apprehensa, ac si processus cum plena iuris sollemnitate fuisset super eodem crimine agitatus, & sententia in eadẽ Curia fuisset debitè promulgata, sic, vt nulla alia sollemnitas in hoc casu seruetur, ex quo constat de crimine supradicto, quòd ex tunc ad dictorum bonorum venditionem, & distractionem penitus procedatur per Ærariũ Magnæ Curiæ prædictæ, prolatione sententiæ super hoc aliquatenus non expectata, ac si contra eum plenissimè latã foret] hæc sunt formalia verba infrascripti capituli 49. & fuit opinio Dyn. in l. Imperator, ff. de iur. fisci, Barbat. conf. 70. sub nu. 48. & seq. lib. 4. qui ait ipso iure induci confiscationẽ, Boss. tit. de sent. nu. 48. Clar. in §. læsæ Maiestatis, n. 9. & ita voluerũt Fimia hic, & Guliel. de Perno, nam, vt ipsi dicunt. Fiscus aufert bona feudalia, etiam absque sententia, quicquid sit in bonis burgensaticis, in quibus, & si ipso iure non fiat confiscatio absque dicta sententia, attamen in feudalibus secus, ratione quia in illis rebus, in quibus dominus habet directum dominium, & vassallus vtile, ius de facili deperditur, & consolidatur directo propter felloniam, ideoque non est necessaria sententia secundũ eos ex Andr. de Ysernia in tit. quo tempor. miles, versic. sed si hoc verum esset, Affl. in constit. contingit, in 2. notab. & in d. constit. si dubitatio, & ita concordantur ea, quæ ait idem Andr. ibidem in §. sancimus, col. 2. Bart. in d. l. Imperator, ff. de iure fisci, & in l. eius, qui delatorẽ, ff. eod. & conf. 28. Paul. de Castr. in l a §. quid si actor, C. de iuram. calumn. Bald. & alij, & in l. si quis maior, C. de transact. cũ concordant. Roman. conf. 212. Francisc. de Porcellinis conf. 83. nu. 9. lib. 1. diuerso. Io. Bapt. Plott. conf. 73. nu. 7. tom. 2. inter consilia criminalia diuersorum, licet confiscatio non sortiatur effectum, nisi post declaratoriã, & quòd ipso iure eadem hora, qua cogitauit quis aliquid facere, vel fecit in suum superiorem Principem, licet sub dubio hoc sit, Bertazol. consil. 422. nu. 19. (maxime ex statuto, prout hic, velint aliqui, possit induci, vt confiscatio in hoc crimine fiat ipso iure absque sententia, de quo tamen subdam paulo infra) Molin. de primogen. Hispan. cap. 11. lib. 4. Tiraque. in l. si vnquam, verbo, reuertatur, C. de reuoc. donat. Parisf. conf. 1. lib. 1. sed quod immo requiratur sententia

verorem

veriorem opinionem defendit incertus
Doctor in tract. de crimin. læsæ Maiest.
quæst. 1. nu. 6. licet varius in alia opinio-
ne Bartol. in d. l. imperator, Angel. de
malefic. in verbo, & hac tradito la tua
patria no. 16. Boss. de crim. læsæ maiest.
nu. 72. 73. 74. vbi reprehendit Corn. &
Marsilium, qui contrarium tenuerunt,
& ita post Facchin. Gabriel. Decian. &
alios, de com.* opin. testatur Farinac. d.
quæst. 116 §. 1. nu. 15. non obstante sta-
tuto disponente, vt confiscatio fiat ipso
iure absque sententia, vt tetigi paulo su
perius, nam Boss. num. 75. credit adhuc
declaratoriam requiri, & quòd aliter
Fiscus non possit apponere manũ ex De
cian. cap. 32. n. 24 lib. 7. idẽ Farinac. nu.
16. & nu. 17. 18. & 19. vbi subdit quòd
vt cumque sit, tã si de facto Princeps cæ-
perit possessionẽ absque processu, quàm
aliter, semper requiritur declaratoria,
ex Anchar. Archidiac. Barbat. Baiard. &
alijs vt supra citatis, dicens esse magis
com.** opin. saltim ad effectum, vt
executioni pœnarũ quoad ademptionẽ
dictorum bonorum locus sit, dictaque
sententia declaratoria retrotrahitur ad
tempus commissi delicti, nu. 20. 21. 22.
post Io. Andr. Gemin. Affl. Grãmat. Bar
bar. Nicol. Boer. Andr. Gayll. & multos
citatos per eũ, & ita innuitur ex d. c. 49.
subsequẽti ad hoc capitulum nostrum,
ibi, quòd ex tunc ad dictorum bonorum
&c. vbique Boniorn. qui ait quòd nemo
censetur talis, nisi, vt talis declaretur,
& pronũtietur ex Alex. cons. 82. vol. 2. &
per tradita per eundem Bonior. ad cap.
cum secundum, de Hæret. in 6. & per
text. in l. fin. C. ad l. iul. Maiestat. s, & tot.
tit. C. si reus, vel accusat. mort. fuer. latè,
& de modo tradit Felin. in cap. Rodul-
phus vers. sententia declaratoria, extr.
de rescript. & sic quoad incorporatio-
nem bonorum confiscatorum per tradi-
ta à gloss. & DD., in l. defensionis facul-
tas, C. de iur fisci. lib. 11. l. si quis, C. de
bon. proscript. Bart. in l. non solum, ff. de
restit. in integr. in fine, & in l. nec dam-
nosa C. de precib. imper. offer. l. si quan-
do C. de bon. vac. eod lib. 11. Marsil. cõs.
82. cum concordantibus adductis per
ipsum Boniorn. & de Gregor. in d. cap.
49. intelligendo hic dum dicitur ibi, per
24 Aerarium, impropriè † nã regulariter
vocatur Fiscus, vt habes in cap. 6. Regis
Alphonsi nu. 6. & 7. infra. tom. 4]quibus
addo, quæ ait Matth. Afflict. & Adnota-
tio ad eum in præludijs Constitutionũ
Regni, quæst. 15. vbi pluta de Fisco lo-
quitur post Andr. de Ysern. & alios, dicẽs
ibi Adnotatio quòd propriè etiã Fiscus
de iure locus est, vbi ponuntur oliuæ, cũ
prælo subijciũtur ex Columella per tex.
in l. sed addes, §. illud ff. locati, ibi, Fiscos
idest fiscellæ iunctæ, & sic Reges, & Princi
pes maiores propriè habẽt Fiscũ, sicut Cu
ria Romana, ita ẽt legitur Esdræ c. 1. lib.
7. ibi, dabitur de thesauro, & Fisco Regis,
sic infra in c. 1. Regis Catholici Ferdinã-
25 di in 4. notabili, tom 7. nã cæteri † habẽt
Aerarios Bursas, & similia, de quibus sub
dã paulo inferius, subdens eadẽ Adnota-
tio post Affli. ex mente Bal. quòd Fiscus
nũquã est æquus, siue benignus, aut mitis,
sed rigorosus, & duræ ceruicis, prout sũc
aliqui Fiscales, salua sẽper pace, & reue-
rẽtia bonorũ, referẽs etiã illud Beati Au
gustini in c. maiores dist. 66. vt id, quod
nõ datur Christo, datur Fisco, & est cõmu
ne prouerbiũ, qẽriã saeus est, vt dixi in d.
c. 6 Reg. Iacobi, & declarat ipse Affl. siue
26 cõscientia † qui imbursat malè quæsita,
quod est corpus animatũ consensũ per
se non habens, sed simpliciter repræsen-
tans, quasi fixus, custos, & sacrista, lege
animatus, & armatus, seu repositoriũ pu
blici thesauri, referẽs, propriè esse Fiscus
Papæ, & imperatoris, ac ipse fiscus de se
27 loquens ait [hæc est mea natura † ego
vacantibus bonis succedo, caducis adsũ,
ego delictis augeor, & indignor, mihi iu
ra cõfisco, & incorporo, ego feuda mea, nõ
iure successionis, sed proprietatis natu-
ra reposco, ego feudũ generi dedi, si defe
cit genus nõ transit in alienũ genus, meũ
est quod peto, quia generi dedi, finitur. n.
cũ genere, quod dedi speciei, finitur cum
agnatione quod naturali ratione dedi,
finitur cũ nomine naturali] in tantũ vt
assimiletur ipse Fiscus stomacho, à quo
membra singula incremẽtũ recipiũt, vt
hæc oĩa latè post multos declarat Matth.
de Affl. in pludijs Cõstit. Regni d. quæst.
15. per totã, & ibi Adnotatio, Aerarius
28 vero † est propriè Iustitiariorum, prout
infra eod. in cap. 31 in 8. obseruãtia, vbi
tãgo remissiuè. & in cap. 305. & cap. 331.
Regis Alph. to n. 5. & ita dixi in d. cap. 6.
eiusdẽ Regis Alph. tom. 4. & sic ait etiã
Affl. & Adnotatio ad eũ in d. quæst. 15. sic
de Aerario Regio loquitur Constitutio
Regni, & Officialibus, vbi idẽ Affl. nu. 2.
tit. 87. de prohibit. Curial. cõmercione,
lib. 1. Eodẽ modo Dñs noster Iesus Chri
29 stus nõ habuit Fiscum † sed loculos, & sic
bursã, vt dicit ibidẽ Affl. ea ratione vt os-
tẽderet quòd Ecclesia habitura esset loculos
siue camerã, vt Religiosis subueniret suis
pauperib⁹, infirmis, & egenis ex multis au
thoritatibus per eũ adductis, sic Municipia

30 non habent Fiſcum † ſed burſam, vt dicit eadem Adnotatio, quæ ponit plura, & pulchra in materia Fiſci, quæ ſuis locis ſparſim diſtribui, & vide infra in cap. 471. eiuſdem Regis Alphonſi, ſub verſic. In caſibus, vbi pono, quid ſi Aerarius eſſet abſens, & alius exereeret officium pro eo, ad quē intrabant pœnæ. d. tom. 5.

Amplia ſeptimo, vt procedant cōtra
31 attentantes † & illos, qui aduerſus nomen, honoremquè Reginm aliquid patrare præſumpſerint, vt hic habes in d. ſubſequenti capitulo, ſiue pragmatica, ibi, quòd quando aliquis &c. & ſic punitur affectus vt poſui in d. c. 18. Regis Iacobi, n. 8. d. tom. 1. addo poſt text. in l. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt & ibi Bart. n. 3. & in d. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſtat. vbi Iacob. Butrigar. Cyn. Salicet. Alex. Anchar. Cardin. Zabarell. Præpoſit. Martin. Laudēſ. Hieron. Cucchal. Angel. Paul. de Caſtr. Afl. Boer. Barbat. Melch. de Facin. Andr. Gayll. Couarr. Menoceh & infiniti alios citatos more ſuo per Dom. Proſper. Farinac. in d. tract. de crim. læſæ Maieſt. d. quæſt. 116. §. 4. per tot. & trāſeūt ita Noſtrates in d. cap. 49. ſicut in crimine vſurpatę Iu-
32 riſdictionis † punitur etiā affect' nō ſecuto d. affectu. argum. d. l. 3. ſcripſit idē Farinac. in d. tract. quęſt. 114. inſpect. 15. n. 17. poſt Baiard. Corrad. Bartol Gygant. Capic. & Afflict. Sicut in alio caſu dicas infra in capit. 353. eiuſdē Regis Alph. verſic. fraudātes d. tom. 5. vbi tētantes fraudare gabellas, & dohanas regias eodem modo puniuntur, ſicuti verè fraudantes, quod eſt notandū pro Gabellotis, & ibi videbimus, & de multis alijs caſibus, in quibus punitur affectus, non ſecuto affectu ſcripſi in commentarijs Conſuetudinum S.P.Q.P. cap. 60. nu. 16. & alibi.

Amplia octauo intantū eſſe excluſos dictos rebelles, eorū vxores, & filios, ac
33 ſucceſſores, vt ſi dicta bona † & nomina debitorū cōfiſcata, & Curiæ incorporata eſſent donata, vel conceſſa alijs fidelibus vaſſallis propter aliquas remunerationes, vt tetigi ſuperius, n. 6. [nullatenus poſſint auocari per eos, ſed ſint penitus à limine iudiciorū excluſi in quibuſcūq; tribunalibus, etiā extra Regnū, vt habetur intra in dictis cap. 52. & 53. ſiue pragmaticis, quod poteſt fieri ex his, quæ in terminis adnotaui ſupra in d. c. 27. Regis Iacobi, præſertim n. 18. & ſeq. d. tom. 1. vbi facio etiā mētionē de alio cap. Regni 65. huius noſtri Regis, & cōcordaui cum Pragmatica huius Regni in volumine pragmaticarū, adeout in iudicio M.R.C. nec in alijs Tribunalibus Curiarū totius Regni, quæſtionē, litē, & cōtrouerſiā, ſeu moleſtiā aliquā ſuper auocatione prædictorū bonorū ſupradictis fidelibus vaſſallis cōceſſorū, tentare nō audeant, mouere, nec inferre quocūq; modo, iure, ſeu cauſa, ſubditur etiā in d. cap. 52. quòd ſi fortè aliqui ex dictis rebellibus, ſiue eorū filijs in iudicio M.R.C. vel alibi cōtra præfatos fideles vaſſallos, ſeu eorū alterum, filioſq; hæredes eorūdē ſuper auocatione prędictorū bonorū, iuriū, & actionū ipſorū per Maieſtates Regias dictis fidelibus & ſequacibus conceſſorū, quæſtionē, ſeu litē aliquā tentauerint, vel mouerint, illas actiones quaſcūq; per eoſdē rebelles, vel eorum filios in iudicio propoſitas, & quomodolibet intentatas ex cauſa, & culpa prædictæ rebellionis ipſorū, penitus tollit ipſe Rex Martinus Sereniſſimus, & abolet, ac tolli, & omnino reijci, & caſſari ab actis dictæ M.R.C. expreſsè vult, & mandat, ac ſi per iudiciū (& ita legas in d. cap. 52. ibi, niſi) & ſententiam præfatæ M.R.C. quæſtiones, ſeu lites prædictæ fuerint ſopitæ, & ſententiali calculo terminatæ, ratione quia, vt ibidē ſubditur, firmæ deliberationis propoſitū Maieſtatū Regiarū exiſtat, præfatos fideles ſuos, & ſequaces abſq; vexatione aliqua iudiciorum, & extra, prædictis Regijs cōceſſionibus, & remunerationibus, ſecurè poſſe gaudere] hęc ſunt formalia verba d. cap. 52. Et quāuis derogetur legibus, Cōſtitutionibus, & Capitulis, ſeu ordinationibus quibuſcunq; d. Sereniſſimi Principis Regis Iacobi olim Aragoniæ, & Siciliæ Regis, nō video tamen quòd Rex ipſe Iacobus in hoc diſpoſitionē feciſſet huc uſque contrariā, quinimmo ſupra in d. cap. 27. n. 18. & 19. concluſi valere, & tenere huiuſmodi alienationes bonorū rebelliū in alios, ibiq; feci mentionē de d. cap. 65. huius Regis noſtri Martini infra vbi hic me remitto, & in d. cap. 27. etiam examinaui materiā l. Bene à Zenone C. de quadr. præſcript. per Articulū, Nō auditur, vt ibidē d. n. 19. poſui, & latius ſubdā inferius, n. 50. 51. 52. cū ſeqq. Immo, caſu quo, v.g. Iudices deciderent dictū ar-
34 ticulū † quòd auditur, nō poſſunt ſimul, & ſemel eodē die decidere merita, nā putarē aggrauatas partes, ſed expectari debere vt ille cōuentus habeat ſcientiā de dicto articulo deciſo, & deliberet, quia eſt locus appellationi, ſtante quod eſt articulus præiudicialis, & propterea vidimus in cauſa Io. Philippi Teſtai V.I.D. cū Thoma la Lumia V.I.D. & Vincentia

eiuſq;

eius vxore in Regia Curia Pretoris Ann.
1615. causauerat enim executionẽ dictus
de Lumia in vnc. 125. cõtra ipsũ ex qua-
dã molestia, quę prætẽdebatur illata per
ipsum de Testai, stante quòd fuerat quæ-
dã dom⁹ possessã per Illustrissimũ Dom.
Ducẽ Sancti Ioannis declarata hypote-
cata, & à quo Duce dictus de Lumia ha-
bebat ius, & causã, & quia illę vnc. quin-
decim annuales debitæ sup dicta domo
spectabant ad eũ, stãte quòd illas sibi ad
iudicauerat à posse condã V.I.D. Marij
Testai, aduersus quam executionem di-
ctus Io. Philippus se opposuerat, & præ-
tendebat malè fuisse causatam contra
eum, ratione quia molestia, quæ erat il-
lata per Aleonoram de Alciuari, & Tau
tillo super domo data ad emphiteusim
pro dictis vnc. quindecim per ipsum Ma
riũ dicto Illustriss. Duci, franca, libera,
&c. cũ obligatione eiusdẽ Philippi eius
Patris, vterque. n. promiserat non mole-
stare, nullamque inferre molestiam in-
forma, quæ molestia non erat de iure, ex
quo fuerat per Spect. de Vacante Iudi-
cem Regiæ Curiæ Prætoris Collegã no-
strum Eruditum quòd declaretur hypo-
tecata eodem die, quo decisit duos arti-
culos, audiatur, & procedatur iuxta cõ-
missionem Excellentiæ Suæ, & sic inau-
dito dicto de Testay in defensionibus. eo
magis quia dicebat habere exceptiones
cum præsentata dicti Iudicis, & non po-
tuit illas præsentare, ex quo eodem die
decisit simul, & semel dictos articulos,
& merita, nam articulus erat præiudi-
cialis, & debebat supersederi, saltim per
diem, & per interuallũ decidi mox me-
rita, vnde esto quòd dicti de Testai pa-
ter, & filius, quando cõcesserunt dictam
domum ad emphiteusim dicto Duci, eã
cõcesserint francã, liberã, & expeditam.
& promiserant non molestare † & conse
35 quenter qui pacto cõtrauenit, dicitur mo
lestare ex Crauett. cõs. 83. in princip. quia
quodlibet pactũ habet viã executiuam,
quã solus cõtractus haberet ex Afin Ro-
ma. Vincen. de Franch. Cumia Gallef. &
alijs, quæ adducebantur in d. causa, intel
36 ligitur, dũmodo de iure molestia † infer-
ri non debuit, Fælin. in cap. causam, quæ,
num. 24. de rescrip. Alexan. cons. 51. col.
2. libr. 2. Pomar. ad Bartol. in l. quæro,
§. inter locatorem, litera C. ff. locat. vbi
Alberic. num. 2. & ob id stante quòd ap-
pellauerat dictus de Testai ab omnibus
dictis duobus articulis, & à causa prin-
cipali ad Iudicem primarum appella-
tionum, dubitatum fuit, nõ potuisse cau-
sari dictam executionem pendente dicta
appellatione, nã poterat esse quòd in d.
causa appellationis obtinuisset in sui fa-
uorẽ quòd absoluatur, & liberetur, cum
euentus litis sit dubius, vt in puncto ait
Thesa. decis. 85. ne vẽditor vexaretur in-
debitè, casu quo sententia non esset con-
firmata, sed reuocata, & ob id, ex quo pẽ-
debat hoc ex futura decisione, nõ videba
tur prima facie posse per Curiã Præto-
rianã, & nos decidi, quod reijciantur; Si-
cut videmus etiã quòd si quis promictit
37 non inferre † molestiã de iure, ac defacto
nã intelligitur eũ defendere a violẽtia,
& de facto ab his, quos potest, nõ ab his,
quos de facto prohibere nõ potest, sentit
Prouinzalis in l. fi. C. de actio. empti, per
l. stipulatio ista habere licere, vbi Alex.
Bar. in 3. mẽbro, & Iason, n. 14. & 15. ff. de
verbo. oblig. Fæli. in d. c. causã, quæ col.
antepen. & præcedenti, de rescrip. Franc.
de Aret. in duobus vltimis consilijs, quæ
facta fuerant pro defensionibus Floren-
tinorũ, quãdo fuerunt interdicti à Sixto
38 Pontifice, maximè in priuato venditore †
qui nõ tenetur manu armata defendere,
Auchar. cons. 86. in 1. dubio, secus in Prin
cipe, vel alio superiore, qui debẽt armis
defẽdere, vt dicit Iasõ, d. n. 15. per cap. 1.
de Offic. deleg. cap. ꝑ illorũ, de pręb. Ioã.
de Anania in cap olim in fine, de Accu-
sat. Dec. in l. non videtur, n. 5. 6. 7. de reg.
iur. & hoc quãdo promissio Principis de
defendendo fieret, nõ ex natura cõtrac-
tus particularis, secus, si talẽ promissio-
nẽ fecisset quando vendit rem particu-
rem, Iason vbi supra. Sicut iddẽ est quan
39 do v. g. euictio † esset secuta ob casũ for-
tuitũ ob iniustitiã Iudicis, quia ipsa iniu-
stitia Iudicis dicitur casus fortuitus, l. si
per imprudentiã, & ibi Bar. ff. de euictio-
nib. l. exceptione ff de fideiussor. & con-
sequenter illa molestia non venit in ge-
nerali promissione, Bal. Sali. Paul. de Ca-
stro, Alex. Aret. de quibus per ipsũ Iaso.
vbi dicit quòd ista est veritas, quicquid
sub dubio teneat ibi Bar. & iste erat rea-
liter casus dicti de Testai, qui allegabat,
& protestabatur, & asserebat non fuisse
auditũ in suis exceptionibus, sed ex iniu-
stitia Iudicis, vt ipse pręsupponebat, fuit
lata illa sententia. Et quamuis sit ve-
40 rũ, quòd qui promittit † non inferre mo-
lestiam, teneatur, etiam quòd dicta mo-
lestia nõ sit effectiuè secuta, vt ex Surd.
cons. 36. num. 23. libr. 1. & melius cons.
359. sub num. 44. vol. 3. vbi quòd ex pro-
missione, de non molestando, potest agi
absque eo quòd sit secuta euictio, quia

reuera ipsa euictio datur solum quan-
do lata est sententia, & executioni de-
mandata, l.euictis agris de vsur. l. ha-
bere licere ff.de euiction. Grauett.cons.
672.(nisi per pactum adesset quòd pos-
sit agi nondum lata sententia, siue inter-
locutoria, quod, vt asserebat ipse de Te-
stai, non erat in casu suo) Thesaur. decis.
85. Carrocc. decis. 96. nu 8. & 9. & ita de-
cisum * fuisse quòd non possit agi, nisi se-
cuta sententia transacta in rem iudica-
tam, non obstante tali pacto, pro mole-
stia vero potest agi, etiam adhuc non la-
ta sententia, tamen non ex hoc sequi-
tur, vt agi possit ad pretium restituen-
dum, sed ad rem defendendam vendi-
tor conueniri potest per l. si plus ff. de
euictionib. vbi dicitur [mota quæstione
41 interim non ad pretium restituẽdum †
sed ad rem defendendam venditor con-
ueniri potest] qui est pulcher textus in
hac materia. & ibi gloss. l. qui rem emit
C. eod. licet subdat ibi gloss. quòd si con-
uenerit, vt mota lite pretium resti-
tuatur, tunc secus est, ex l. siue inliber-
tatem, C. eod. & ita intelligi potest l. si
socius, ff. comm. diuid. vbi quamuis sit
licitum socio communis serui statim
agere contra consocium de lite mota
contra seruum noxali actione, vel de
peculio, vt partem dictus consocius red-
dat, etiam antequam præstet, tamen ibi
gloss exponit, hoc est quia erat expres-
sa obligatio, vt solueret. l si qui mandu-
to, ff de negot. gest. l. & si non omnes, ff.
eod. tit. comm. diuid. §. fin. l. si seruus com
munis ff. de noxalib. l. si cum vno, ff. si
ex noxali caus. agat. l. heredes, §. si
vnus, ff. famil. herc. & molestia, quæ
prætendebatur illata per dictum de Te-
stay, non erat aliter molestia. sed vte-
batur iure suo, vide Dec. cons. 581. viso
puncto, nu. 11. in fine, per text. in l. 3. §.
si is tamen, ff. de liber. homin. exhib. l.
iniuriarum, §. 1. ff. de iniur. l. nullus
videtur, ff. de regul. iuris, nec ipse
erat, qui intulerat eam, sed dicta Aleo-
nora, cui nec minus ipse de Testai con-
senserat, quinimmo potius appare-
bat quòd conabatur tollere dictam mo-
lestiam, & pendet nunc appellatio, qua
pendente nil noui videbatur posse fieri,
ex latè adductis supra in cap. præceden-
ti, & pactum cantabat de non inferen-
do molestiam, nec inferenti consentire,
ipse non intulerat, neque consenserat,
tanto magis quia dictus Dom. Dux non
appellauit à dicta sententia, & ob id vi-
debatur collusiuum iudicium, quia te-
nebatur appellare, & iudicium sumere,
& denuntiare ipsi de Testai, licet reali-
ter fuerit laudatus, & respondidit quo-
modo se debebat defendere, quod non
fecit, sed cessit iura dicto de Lalomia,
& licet allegabatur hoc procedere in
emptore, & non in conductore, seu em-
phiteuta ex Ruyn. cons. 77. Carrocc. &
alijs, tamen hoc non puto verum, quia
etiam emphiteota, qui habebat domi-
nium tenebatur appellare, vide quæ po-
sui supra in d. cap. 27. Regis Iacobi nu.
9. tom. 1. ex quo cum esset creditor
ipse de Testai vnc. vigintiquattuor an-
nualium iure subiugationis sibi debita-
rum per Iacobum, & Antoninam Tan-
cillo iugales eius Socerum, & Socrum
super omnibus eorum bonis, nullo iure
sibi erat prohibitum agere contra præ-
dia, & quodlibet eorum pro dicta sub-
iugatione, ideoque, ex quo ipse de Te-
stai se direxerat annis præteritis pro
interusurijs dictæ Bullæ contra Philip-
pum de Rodino tertium possessorem cu-
iusdam domus, & consequutus fuit
vnc. 125. in circa, cui de Rodino erat
concessa ad emphiteosim dicta domus
per dictam Aleonoram habentem ius, &
causam à dicta Antonina eius matre, &
obtinuerat, quòd oppositiones dicti de
Rodino reijciantur, non poterat ipsa
Aleonora se direxisse via hypotecaria
contra dictum Ducem Sancti Ioannis,
& esto quòd obtinuisset sententiam in
sui fauorem, quòd declaretur hypote-
cata pro dictis vnc. 125. ex quo præten-
debat onus dictarum vnc. 24. spectare ad
eundem de Testai, hoc negabatur ex
parte ipsius, quia esto quòd dicta Anto-
nina Socrus tempore, quo mortuo eius
viro habuit dotes restitutas per here-
des dicti eõdẽ Iacobi eiusdẽ viri, in qua-
rum pretium fuerunt assignatæ sibi pro
vnc. 800. duo tenimenta domorum stan-
te quòd dotes eius non erant, nisi vnc.
700. & dicta duo tenimenta domorum
erant valoris vnc. 800. & accollauerat
hac de causa soluere dicto eius genero
de Testai ipsas vnc 24. subiugatas, tamen
hæc accollatio erat facta absente dicto
suo genero, quæ ei nõ præiudicabat &
42 onus non spectabat ad ipsum † & ita in-
telligitur Milanen. decis. 1. nu. 54. libr. 1.
Cremens. singul. 54. Misinger. obseruat.
94. centur. 6. Rodoric. pulchrè de ann.
redditibus quæst 9. nu. 44. lib. 2. & erat ei
semper licitum vti iuribus suis iuxta
formam sui contractus subiugatorij, &
agere contra quemlibet stante pacto in
con

contractu subiugatorio posito, super omnibus, & singulis bonis cum facultate exigendi dictos redditus contra quodlibet prædium, & cum potestate variandi, ideoque non est simpliciter verum quòd molestia venerit eius occasione, quia aliàs perdidisset dictos redditus vnc. vigintiquatuor, ex sola illa promissione de non molestãdo, quod nõ est verum, sed dicitur solum perdidisse pignus quoad ipsam domum tantum, non quoad alia prædia, & modo dicam, & ob id dixit Dec. consil. 415. nu. 15. quod
43 si quis promittit † non inferre molestiam super tali domo, si litigat contra alium, vel aliam domum non dicitur cõtrauenire, Magon. decis. Florentin 117. num. 28. vnde si Rodinus potuit agere pro molestia contra ipsam Aleonoram, rectè potuit, nec ob id sequitur quòd ipsa Aleonora possit se dirigere contra ipsum Io. Philippum, stante quòd ipsa fuit heres, & donataria eius matris, quæ antequam ei donauerat dictam domum, iam erat affecta oneri dictarum vnc. 24. & consequenter molestia oritur ex culpa dictæ Aleonoræ nominibus quibus supra, quæ est obligata soluere dictas vnc. 24 eo modo, quo eius mater; item quia est heres etiam dicta vincentia Lalomia vxor dicti V. I. D. Thomæ, & tamquam eius hæredes ipsi tenentur ad onera. & quatenus esto quòd essent tertij possessores, tenerentur pro rata corporum, tum quia domus prædicta, quæ fuerat data ad emphiteusim illi de Rodino per dictam Aleonoram, erat sibi hypotecata, ex quo tempore accollationis prędictæ erat penes ipsam Antoninã, vti proprium patrimonium, & postea per ipsam Antoninã donata dictæ Aleonoræ eius filiæ, & etiam mox instituta in dicta domo hærede per ipsam matrẽ, & consequenter transierat cum sua hypoteca, & vitio obligationis prædictæ, vnde quando dictus de Testai filius concesserat ad emphiteosim dictam domum ipsi Duci S. Ioannis, tamquam hæres dictæ Antoninæ, esto quòd cum dicto eius patre promiserint non inferre molestiam, & sic remiserint omnem hypotecam & pignus dictarum vnc. 24. sibi subiugatarum, non ex hoc sequitur quod dictus V. I. D. Io. Philippus remiserit etiam pignus quo ad alia prædia; sed tantum quo ad illud ad emphiteosim concessum & in hoc consistebat vis ipsius causæ, & est de iure, nam hypotecam habens cre-
44 ditor † & quanto plures cautiones, & hypotecas haberet, eo vtilius, & tutius esset, quàm pauciores, tangit Roderic. in dict. tract. de annuis reditibus quæst. 9. n. 31. in fine, libr. 2. & nu. 36. si v. g. permictat alteri obligari per debitorem, licet præsumatur renuntiasse, attamen quando vnius personæ gratia permisisset obligari, tunc quo ad eum tantum videtur facta renuntiatio, & remissio; quoad alios autem creditores remanet pignoris obligatio, ita Negusant. in tract. de pignor. in 3. membro 6. partis, nu. 13. Surd. decis. 163. Mastrill. decis. 37. sub num. 5. Sicut etiam est hoc verum, si venditio valeat ex Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lignagier §. 26. gloss. 2. nu. 6. Maximè si esset mu-
45 lier illa † quæ permisisset pignus obligari, quo casu illius solum respectu, cui facta fuit obligatio, intelligitur facta renuntiatio, Mascard. de probation. conclus. 1173. nu. 40. vol. 3. Et procedit et in alienatione rei hypotecatæ, quo casu etiam dato consensu mulieris, aut alicuius personæ, quæ fauorem meretur, nullum tamen fit illi præiudicium, Apostilla ad Bartol. in l. sicut. § non videtur, ff. quib. caus. pign. vel hypotec. soluat. & intelligo secundum terminos, in quibus loquitur Negusant. vbi supra in margine, nu. 13. scilicet quando mulier dedit licentiam alienandi debitori suo, nam non intelligitur remictere totam, & omnem hypotecam quoad omnes, sed quo illum tantum, cui consensijt, & num. 14. dummodo non adsit frandis vitium, vt ait ipse Rodoricus de ann. reditib. d. quæst. 9. sub num. 39. ex Dec. cons. 104. & per ea, quæ scripsi ad l. Paulus, ff. quib. modis pign. vel hypotec. soluit. vbi post gloss. in verbo, remisisse, conclud tur
46 notabiliter quòd permictens creditor † debitori suo obligare pignus, facit sibi præiudicium quo ad illum tertium, cui est facta obligatio, non autem quoad alios, & sic quo ad illum videtur facta renuntiatio hypotecæ, intelligendo præcisè, quando consensus ipsius creditoris fuisset specialiter accomodatus isti secundæ obligationi creditoris, hoc exprimendo, aliàs, si simpliciter esset datus consensus debitori per creditorem vt obliget rem, non exprimendo cui, & tunc indubio creditor censetur totum remictere ius hypotecæ & pignoris, nisi esset fæmina illa, quæ permicteret, & præstiterit consensum tali obligationi; pulchrè Negusant. in d. membro 3. 6. part. d nu. 13. & 14. & allegabatur vltra prędicta,

dicta, quæ non erant in d. causa adducta ex parte ipsius Io. Philippi, Lanar. cons. 75. col. 3. sub nu. 4. & seq. vbi loquendo in
47 materia exceptionis cedendarum † de qua etiam ipse excipiebat, dicebatur, quòd creditor, qui etiam facto suo liberauit aliquam ex rebus obligatis, si ageret contra alios tertios possessores rerum obligatarum, non potest ab his opponi exceptio prædicta, quòd non possit cedere hypotecariam super bonis liberatis, vt tetigi de hoc particulari remissiuè in Bulla post cap. 355. Regis Serenissimi Alphonsi, fallent. 24. com. 5. vbi etiam pono multos casus, an, & quando quis teneatur, vel non cedere iura, ea communi ratione, quia tertius possessor nunquam accepit hac mente, vt iura sibi cederentur, prout est in fideiussore, qui realiter hac mente fideiubet †
48 vt iura semper sibi cedantur per l. iubemus de qua alibi mentionē feci in Commētar. Cōsuetudinū Panormi cap. 41. n. 8. C. ad Velleian. vbi Bartol. Bald. Iacob. de Arena, Guid. de Suzar. Cin. Accurs. Alberic. Salicet. Angel. Thom. Dipplouat. Socein. Fan. Roman. Affl. Paul. de Castr. Ioann. Fabr. & ex alijs ait ipse Lanarius esse indubitatā conclusionem, quicquid alibi dixerit Speculat. Bald. cons. 109. lib. 3. Vinc. de Franch. decis. 427. & 477. & decis. 478. addo pulchrè videndum Surd. cons. 513. nu. 23. 24. 25. lib. 4. & quæ scripsi in Allegation. pro Athanasio Corrales cōtra Martham Parlaturi in S. Officio Milanis. decis. 1. propè principium lib. 2. vbi latè in materia subiugationis, Bertrand. Becius, Castrens. Roman. Petra, sanct. Crauet, Ceph. Menoc. & multi, de quibus, per ipsū Surdum loco citato. Maximè quando creditor fecit aliquid, quod de iure sibi licuit, & ob id semper
49 remanent aliæ hypothecæ † super alijs prædijs esto quòd remiserit creditor hypotecam super altero, l. sicut, §. si voluntate, ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluit. Stracc. de adiecto, part. 10. num. 11. 12. Crauett. cons. 298. nu. 13. infine, pulchrè Roman. cons. 132. nu. 3. vbi quòd consentiens alienationi vnius ex prædijs obligatis sibi, non præiudicat in alijs, licet aliud fit in fideiussore, Negusant. part. 5. membr. 3. nu. 29. Milanis. d. decis. 1. nu. 8. part. 2. tangit Rodoricus de eo mentionem faciens in d. tract. de ann. redditibus d. quæst. 9. nu. 30. 31. 32. 33. 34. cum
50 plurib. seqq. lib. 2. & refert communem opin. vbi plus subdit ipse contra communem nō esse hoc simpliciter verum, quin immo etiam tali tertio possessori dandum sit dictum beneficium, sicuti fideiussoribus simultaneè obligatis, & ait hanc esse veritatem per l. mulier ff. qui pot. in pign. habeant l. cum possessor, de censib. & tenet cū Speculat. & sequacibus, reprobatis Alberic. Cyn. Iacob. de Aretio. Roman. Negusant. & alijs, qui voluerunt non competere exceptionem cedendarum tertio possessori, nisi talia qualia, etiam facto creditoris, quia, ma-le loquuntur, vt ipse Rodoric. tenet, d. n. 36. prope finem, præsertim si iste talis tertius haberat causam ab authore suo, cui v. g. competebat ipsa cedendarum exceptio, vt puta quia emisset à correo, vel, fideiussore, vt ait ipse Rodoric. nu. 35. dicens nullum scribentium huc-usque hoc tetigisse; item quia si aliter diceretur, impediretur commercium creditorum cum debitoribus hypotecarijs, d. n. 36. & maximè si ante ipse tertius acquisiuisset, quàm actor aliquam rem liberauerit, quo casu actor ipse contribuere tenetur pro rata, & desistere ab agendo, & ita erat casus dictorum de Lalomia cum dicto de Testai, nam præsuppenebatur quòd illi Aleonoræ de Alciuari erat translata quędam domus per eius matrem donantem antequam iste de Testai remisisset hypotecam dicto Duci S. Ioannis ex dicta emphiteoticatione facta per eum, & eius filium, ratione quia hoc ius erat illi tertiæ Aleonoræ, & consequenter ipsis de Lalomia habentibus ius, & causam ab ea, acquisitū ab instanti suæ acquisitionis, cum vterque fundus eidem hypotecæ pariter sūc suberat, & ius cedendarum super altero fundo acquisiuit, quod non potuit facto creditoris auferri, ita ipse sub d. nu. 36. nec deteriorem facere conditionem tertiorum possessorum, quia aliter sequeretur quòd posset inanem facere cessionum actionem iurium in eorum præiudicium, quod est iniquum, quod secus est si postea, subdit ipse Rodoric. d. nu. 36. dictus tertius acquisiuisset, quia indistinctè tunc non posset petere cessionem super fundo prius quæsito actori, vel eius facto hypoteca exempto, ex quo tunc nullæ competebant actiones super eo fundo exempto, ac liberato, nec erant consequenter cessibiles, nullumque ius erat illi cedendarum actionum hoc casu radicatum, & ibi ampliat hanc communem contra communem per quatuor ampliationes, & limitat per quinque fallentias vsque ad nu. 47. vt putasi tertius

tius habuisset rem insolutum patris sui
debiti, vel si passus esset præscribi, nam
non vtetur exceptione cedendarum ex
Paul. de Castro cósil. 316. nu. 3. libr. 1. Sed
quia in d. causa prædictorum de Testai,
& Lalomia vidimus quod ipse V.I.D. Io.
Philippus liberauerat Ann. 1599. antea
non solum dictam domum ad emphiteo-
sim concessam d. Illustriss. Duci, sed etiã
aliam domum existentem in contrata
Banderæ, quæ fuit similiter vendita per
eum cuidam de Lampugnana franca &
libera, item aliam domum existentem in
contrata S. Dominici, quæ etiam fuerat
assignata in portionem Laureæ filiæ di-
ctæ Antoninæ per eundẽ Io. Philippũ ve-
luti patrem, & legitimum administra-
torem d. Marij eius filij, quam Lauream
seruauerat etiam indemnem pro dictis
redditibus vnc. 24. annualibus, & affran-
cauit eam ab illo onere, item demon-
strabatur per scripturas ab extra quòd
per eum etiam possidebatur quoddam
viridarium existens extra portam San-
cti Georgij, solummodo per ipsos de la
Lumia possidebatur quædam domus in
contrata S. Crucis, & ob id, stante quòd
quasi omnia bona erãt liberata, & posses-
sa per eũ, decisimus 16. Nouẽbris, 1615.
quòd Reijciantur oppositiones in fauo-
rem dictorum iugalium de la Lumia,
præstito de restituendo in casu succum-
bentiæ, & etiam præstito in casu, quo
fuerit reuocata sententia, per quam fuit
dictum per d. Spect. de Vacante quòd
declarentur hypotecata, expensis hinc
inde compensatis, & vt audiuimus stãte
ista interlocutoria dictæ partes ex quo
sunt ambo Sororij, & parentes strictis-
simi, deuenerunt ad accordium, & com-
promissum finiendum per personam sa-
tis confidentem, quod pendet. Et ob id
50 vt sequatur ea † quæ iam satis supra di-
gressus sum à num. 33. derogatio posset
valere in alijs Regum, seu Principum
Constitutionibus, & legibus dicto capit.
52. contrarijs, de quibus ibidem fit mẽ-
tio, quæ, quantum ad præmissa, corrigit,
& euacuat iste Dominus Rex noster Se-
renissimus Martinus, non obstantibus
etiam, vt ipse subdit, quibuscumque re-
stitutionibus, reintegrationibus, remis-
sionibus, gratijs, & indulgentijs hacte-
nus per Reges dictis Rebellibus, seu eo-
rum filijs generaliter, seu specialiter in-
dultis, & concessis, ex quo semper Sere-
nitatis Regiæ, eiusque Sacri Concilij fuit
intelligere tantum quo ad personas ip-
sorum rebellium, & bona, quæ detinẽt
de præsenti, non autem, vt vigore, &
authoritate dictarum restitutionũ, seu
reintegrationum, bona ipsorum rebel-
lium ex caussis, & rationibus supradictis
translata in dictos fideles, & sequaces,
dicti rebelles, ipsorum vxores, & eorum
filij modo aliquo ab eisdem fidelibus,
& sequacibus, eorumque filijs, & hære-
dibus bona ipsa ad præsens tenentibus,
& possidentibus audeant reuocare, sub-
51 dens ibidem quòd gratiæ † & restitutio-
nes per Reges dictis eorum rebellibus,
seu filijs eorundem concessæ, & indultæ,
iuridicè intelligi debeant, videlicet,
absque alicuius iniuria, seu læsione, &
ita concluditur per totum d. cap. siue
pragmaticam 52, & per aliud cap. siue
pragmat. 53. infra eod. in quo adsunt
quasi eademmet verba, sensus, & mate-
ria eadem per diuersa, ob id remissiuè
in d. cap. 53. loquar & quòd non possint
molestari ius, & causam habentes ab eis,
ibi, quicumque etiam fideles, ius, & cau-
sam habentes ex contractibus, vel quasi
contractibus inter viuos ex successione
quacumque, tam ab intestato, vel ex vl-
tima voluntate, & ibi etiam prope me-
dium, à manibus, & posse dictorum no-
strorum fidelium, eorumque filiorum,
& hæredum, atque singularium succes-
sorum, vel ius, & causam habentibus,
&c. & iddem est dispositum per dictum
infrascriptum cap 65. Regis huius, in
quo, stante quòd ipse Dominus Rex con-
cesserat certum tenimentũ domorũ Tu-
lucchio de Tropea fideli suo, quod teni-
mentum erat cuiusdam rebellis, & fue-
rat confiscatũ Regi, à quo de Tulucchio
Bartholomeus de Alagonia mouerat li-
tem, & quæstionem, vult Rex ibi talem
audientiam esse denegatam, nec lites ta-
les admitti, prout ibi habes in textu, &
remissiuè scribo, & ratio est, quia quo-
ties apparet exceptionem prædictam,
de qua superius locutus sum, nu. 34. esse
52 veram, semper solet dici † non audiatur,
alias solet reseruari in fine causæ, vel li-
tis, & ita est stilus Curiarum per quem
interloquitur, audiatur, & in fine causæ
de omnibus habebitur ratio, vt scripsi
in cap. 22. Regis Alphonsi, num. 16. tom.
4. & talis reseruatió operatur, vt omnia
acta sine retro nulla, si appareat excep-
tionem esse veram, ita Bartol. in l. ille,
à quo, §. si de testamento, ff. ad trebel-
lian. & in l. prætor §. 1. ff. de damn. in-
fect. Carroce. in cap. cum quid, & in
quæsito penult. exer. de regul. iur. in 6.
Hippolit. de Marsil. singul. 198. & 565.

Angel.

Angel.in §. præterea, Instit. de action.
vbi Iason.nu.59,& ibi gloss. quam dicũt
esse singularem, & notandam in practi-
ca,Castrens.in l. ait prætor in principio,
ff.de iureiur vbi Iason, & Salicet. gloss.
in capit. cum contingat, de offic. dele-
gat.& ibi Ant de Butr. quos omnes re-
fert, & sequitur Dom, Io, Petr. Surdus
cons 312.nu.10 lib.3.& dicam nonnulla
infra in cap.67.§.4. vbi etiam quòd ma-
nuteneantur in possessione donatarij,
quæ supradicta in effectu concordant
cum dispositione iuris communis, vt de-
clarat Bartol.in l. gallus §.& quid si tan-
tum, nu. 12. ff de liber. & posthum. &
adnotaui in l.fin.§.fin.C.de sentent.pas-
53 sis, vbi quòd si quis est restitutus † non
recuperat bona in alium translata, &
ibi Alex. Iacob. de Beluis. in cap. hic fi-
nit lex Corradi, Affl.in cap 1.de Vassall.
decrepit.ætat.& in constit.generalia in-
ra, sub nu.10.rubr.2, vt vniuersitas ac-
cusata, lib. 2. Non obstante quòd mox
ipse Fiscus ex alia causa acquisiuerit,
nam non tenetur restituere Isernia in d.
capi.1.de vassall.decrepit.ætat. & ibidẽ
Præpos.Gallian.in d.l.gallus,§. & quid si
tantum, num.65.ff.de liber. & posthum.
vbi Claud.Aquens.& Lancellott.& Dec.
Rolland.cons,45. num.7.vol.4. Anchar.
cons 161,cum similibus relatis pur eun-
dem Surd. consil.203.nu.10. lib.2. esto
quòd regulariter sit vt restitutus recu-
peret bona, quæ sunt penes ipsum Fis-
cum, vt modo subdam; Maximè si præ-
54 cesserat testatoris dispositio † mandan-
tis, vt si aliquis ex filijs committeret
crimen rebellionis, succedat alter, vt de
hoc capitulo fiscum exclusiuo tetigi
supra in d.cap 6. Regis Federici, num.8.
tom.2. & addo post DD. in l.filiusfami-
lias.§ diui, ff. delegat.1.Fabia.in Auth.
nouissima, num.165.C.de inoff.test.Du-
rant.de art.testand.caut.16.tit.6. Rode-
ric.in l. quoniam in prioribus, limit.t.
C.de inoff.testam. Gugl.de Benedict. in
cap.Raynutius in 1.parte, vers.reliquit,
n.32. de testam.Cucch.Menocc. & alios
sentijt idem Surd. cons. 570. in princ.
vol.4 Pancirol.cons.181.num.6. qui vo-
lunt, posse etiam hoc casu imponi gra-
uamen legitimæ, quia est factum ad fa-
uorem filij, v. g. ne delinquat, neuè Fis-
cus succedat, & substinetur legitimæ
iniunctum grauamen prædictum, & re-
spicitur potius patris prudentia, quàm
filij fauor, & habemus scripturas pen-
dentes in hoc Tribunali Regiæ Curiæ Ca
pitanialis Ann. 1615. in quo ad instan-
riam vocatorum in testamento Baronis
Cesarò missum est ad effectum contra
Aerarium, siue Fiscum huius Tribuna-
lis prætendentem confiscationem omniũ
bonorũ illius de Romano,& Colonna Ba-
ronis Cesarò,& hoc potest disponi per te-
statores, sicut legimus posse etiã per gra
55 tiam † Regis concedi nedum vni, sed plu
ribus, vt recordor legisse de hac simili
gratia elargita Ciuibus Neapolitanis,
vt esto quòd sint forindicati, Fiscus non
succedat, sed agnatis, & filijs acquiran-
tur eorum bona, præterquam in hoc cri
mine læsæ Maiestatis humanæ, & diui-
næ, vt testatur, post Afflict. decis. 361.
& ibi Adnotantes, & Thomas Nau-
clerius, Vinc.de Franchis decis.213.nu.
10 (& iuxta eos terminos, de quibus
loquor infra in capit.56.illatione 3. Re-
gis Ferdinandi, tom.7.) & vide quæ te-
tigi infra in cap.75. Regis Caroli, sub
versic. benequidem, tom. 8. nam tunc,
56 etiam si sit restitutus † non recuperat
hæc bona fideicommisso subiecta, vt ait
Viuius in comm. opin. opin. 244. lib. 1.
Rolland à Valle d.cons. 45.nu.4. & seq.
vol.4. Ascan. Clemen. in tract. de patr.
potest. cap.vlt.nu.41. versic. tertius ca-
sus, Iacob.Menoch.in tract de recuper.
possess.remed.10. num.101. & cons.103.
nu.25. Natt.cons.471. in princ. Bart. &
alij in d.l.fin.C.sentent.pass.& in d l.gal-
lus,d. §.& quid si tantum,nu.13.ff.de li-
ber.& posth. vbi Galiaul.& Ias. nu. 65.
& 70. & ibi Garzias, num. 232. latè ad
hanc materiam d.l.fin.C.sent. pass. vide
Chassan. in consuet. Burgundiæ, in tit.
des Iustices,§.5.rub.1.versicul.5.s'il n'a
grace, nu.140. cum seqq. l.non omnes,
§. fin. ff. de re milit. Andr. Signorol.
Aret. Ias. Purpurat. & alij de quib. per
Vinc.de Franch.d.decis.213 à num.38.
cum seqq. Plott. in tract. de in lit. iur.
§.1. num.5, idem Iason. cons.139.col.2.
versic. restitutio vol.1.& cons.21.vol.3.
Andr.Alciat.Ruin.Andr.de Isern. Præ-
posit. Lancellott. Claud. Aquens. Affl.
& multi, de quib. per Io. Petr. Surd. d.
cons. 203. nu.9. cum plurib. seqq. lib.2,
vbi quòd regulariter restitutus recupe-
57 rat bona † quæ tenet Fiscus, non quæ
possidentur à tertio ex multis, quos al-
legat,& ita post Bart.Bald.Crott, Alex.
Galiaul.Iason. Aret.Ruin. Fortun.Affl.
Andr. Paris. Andr.Gayll.& reliquos te-
statur ipse Vinc. de Franchis d. decis.
213.nu.41.42. quòd simpliciter restitu-
tus, ipso iure eadem bona penes eundem
existẽtia recuperat,& reacquirit. Albe.
in d.

in §. fin. Bart. Salicet. Angel. Fulgos. &
mille, & licet Ant. Gomes. in cap. 13.
de tortur. reorum, nu. 39. tom. 3. teneat
contrarium in hoc, non tamen recipi-
tur eius opinio, vt subdit ipse de Fran-
chis sub n. 30. & iubilatissimè per totam
illam decisionē ad hanc materiā. Et sic
verum dum dixi quòd restitutus recu-
perat bona, quæ tenet Fiscus, idest non
quo ad fructus perceptos, etiam ex bo-
nis non alienatis, quia nullo casu hoc
debet consequi, ita perpetuo notandum
refert Iason in l. beneficium, nu. 17. ff.
de constit. Princip. per text. in Auth. idem
est de Nestorianis C. de hæret. Ang. in d.
l. Gallus, §. & quid si tantum, Bald. in
cap. domino guerram, tit. hic finit lex
Conrad. & in d. l. fin. col. 8. C. sent. pass.
Roman. Alex. & alij, & subdit ipse Ias.
quòd non inuenit in hoc contradicto-
rem, licet ipse dicat semper de hoc du-
bitasse, & cogitandum relinquat, sed
reuerà non est dubitandum, & ridicu-
lum esset tenere quòd Fiscus teneretur
etiam restituere, no dum bona penes se
extentia, sed etiam fructus perceptos, &
in praxi non seruaretur hæc eius opi-
nio dubia.

58 Hinc infert † Dom. Andr. de Ysern.
in cap. 1. §. præterea si vasallus, col. 3.
versic. sed quid si pater, quæ sit prima caus.
benefic. amitt. quē sequitur Iacobut. de
Franc. ad Alex. in d. l. gallus. d. §. & quid si
tantū col. fi. ff. de liber. & posthu. quòd si
moritur pater feudatarius ex hoc e pri-
mogenito rebelli, vel incapace succedit
secūdò genitus, & si fortè primogenitus
ipse restituitur, non habebit locum hæc
restitutio ad feuda deuoluta secundò
genito tempore quo primogenitus erat
incapax & ita de his meminit Vinc de
Fran. h. d. decis. 213. n. 3. Consti. ob filio-
rum & ibi Affl. & Cumia loco citato in
verbo mortis nu. 105. cum plurib. seqq.
& prout pono inferius limit. 2. num. 72.
alias Princeps malè faceret, vt ex Fe-
lin. in cap. inter quatuor nu. 7. de Ma-
iorit. & obed. Ruin. cons. 21. nu. 9. lib. 5.
Rolland. cons. 45. nu. 21. vol. 4. subdit ip-
se Surd. nu. 34. & sic aliàs Sua Catholi-
ca Maiestas obseruauit petita restitu-
tione per quempiam mediantibus pre-
cibus Serenissimi August. Imperatoris
eam concessit consentientibus tamen fi-
liabus, quibus erat ius quæsitum, & non
aliter, ita tradit Vincent. de Franch. d.
decis. 213. à nu. 42. 43. 44. 45. 46. 47. cum
seqq. dicēs quod Princeps non præiudi-
cat iuri tertij, quicquid alibi in capit.
quia diligentia. tenuerint ijdem Car-

dinal. & Imol. extr. de election. contra
quos tenet idem Surd. Clarus, & alij.
59 Sicut nec recu erat restitutus † ea, quæ
fuerunt similiter in alios translata ex
alijs causis, quàm delicti, v. g. mutuo,
deposito, & similibus, vt voluit Bald. in
tit. de pace Constant. §. sententiæ quoq;
Ploc. in d. tract. de in lit. iur. §. 1. num. 5.
ait idem Surd nu. 14. & sic etiam dam-
natus in metallum, vel deportatus con-
ditione pendente, non recuperat lega-
tum, si esset restitutus, vt dicunt a simi-
li Doctores, & ego adnotaui ad d. l. fin.
60 C. de sent. pass. in Lazaro resuscitato †
qui nec bona recuperat dixit ipse Bart.
& DD. in l. nam ad ea ff. de legib. & Se-
natus consult. & consequenter inquit
idem Bart. in d. l. intercidit, quòd si le-
gatarius fuerit mortuus, & miraculo-
sè resuscitatus, ex hoc tamen non con-
sequitur legatū & vide Ad[illegible]tio ad con-
stit. Regni, si pe[illegible] incision[illegible]bus, tit. de ho-
micid. col. 48. Ar[illegible]hid. in cap. nemo per
ignorantiā, de cōsecr. dist. 1. vbi an in die
iudicij homines nudi resurgant ¶ Nisi
61 esset solū † priuatus Ciuitate, qui tunc
recuperat, si esset restitutus, vide Bar. in
d. l. intercedit. ff. de condit. & demonstr.
62 Vel nisi † esset restitutus propter bonū
publicum, puta pacem, etiam ad bona
alienata expressè, quod potest facere
Rex, vel Princeps, vt per Alex. in d. l.
fin. C. de sentent. pass. & emptor habebit
actionem contra fiscum, ita post Luc de
Penna ait Matth. de Afflict. in prælud.
constit. Regni, quæst. 8. nu. 8 & 9. Bald.
in d. tit. de pac. constant. §. hoc quoque
nos, versic. priuilegia omnia, Rolland.
d. cons. 45 nu. 33. Mantic. inter consilia
Pottij cons. 49 nu. 8. Menocch. Berous
Boss. Crott. Galiaul. Roman. Abb. Aret.
Iacob. & alij. de quibus sentit expressè
ipse Surd. d. cons. 203. nu. 15 & nu. 32. ex
Iason. & alijs in d. §. & quid si tantum n.
82. Augustin. Berous cons. 76. num. 113.
vol. 1. Bald. in tit. quomod. proced. per
act. in delict. num. 42. Laudens. in tit. de
confœderat. & pace, cap. 2 & in tit. de
remed. ex sola clementia, nu. 12, intel-
gendo quando expressè Princeps man-
det restitui, vt declarat ipse Dominus
Surdus, d. nu. 32. & nu. 38. vbi quòd tunc
ipse Princeps tenetur resarcire illi pre-
tium ex Florian. in l. si locus, § fin. ff.
quemadm. seruit. amitt. Iason. cons. 46.
col. 3. vol. 3. vbi loquitur quando Prin-
ceps aufert alicui Artellarias, quas non
potest pretio non soluto, & sic de simili-
63 bus, vt ibidem: Vel nisi esset restitutus †
per viam Iustitiæ, non ex gratia; vt post

eundem Iason. in d. §. & quid si tantum, nu. 73. limit. 1. & per eundem de Franchis d. decis. 213. col. pen. Boss. de remed. ex sola clementia, nu. 12. Plot. Ascan. & alios, optimè audiuit Dom. ipse Surdus nu. 16 loco citato, & istis casibus, & alijs similibus, quos dante Domino videbi-
64 mus, non tenetur restitutus ad bona † soluere laudimium, ita determinat Aureæ Decisiones Nicolai Boerij decis. 279 in fine, allegat Philipp. Probum in Additione Ioann. Monach. in cap. 1. nu. 7. de in integr. restit. lib. 6.

Amplia nono in instrumentis, in qui-
65 bus nomen alicuius hostis † vel proditoris Regis, & generaliter cuiuscumque incursoris scriptum esset, nam nedum non probant, sed debent cremari, vt est dispositum per Constit. Regni, instrumenta, lib. 2. Additio ad Constit. Regni, instrumentorum robur, lib. 1. argumen-
66 to heretici, sicut describente † falsum in publicis scripturis, nam adhuc hoc crimen læsæ Maiestatis committitur, vt per text in l. 2. ff. ad l. iul. Maiestat. Affl. Capic. Io. de Platea, Fuller, Montell, Corrad. Clar & Baiard. tradit. Farinac. loco citato q. 113. inspect. 1. nu. 61.

Amplia decimo idem iudicari circa
67 † tumultuosos & sediciosos cõgregantes plebẽ, & qui clamant ad arma, ad arma, vel fora fora, vel quòd moriatur qui regunt Ciuitatem, & similia, de quibus scripsi supra in d. cap. 18. Regis Iacobi, nu. 34. & seq. & cap. 53. nu 8. & cap. 56. nu. 8 tom 1 quibus addo Io. Petr. Surd. cons. 40. nu. 35. & seq lib. 1. vbi ait sediciosum debere furcis suspendi, bestijs subijci, aut in insulam deportari, & debet mori, quia est crimen læsæ Maiestatis, nec datur in isto crimine sediciosis appellatio, intelligendo de eo tumultu, qui respiceret causam, & bonum publicum, non autem causam priuatam vel priuatum commodum ob aliquam inimicitiam, vt ipse Surd. prosequitur nu. 37. 38. 39. post Bart. in l. capitalium, § solent, ff. de pœnis, Iason cons. 167 col. 1. vol 4 Grammat. voto 19 nu. 2. Boer. Ruin. Marsil. Menocch. Catald. Falin. Boss. Bald. Rolland. Dec. Clar. Carrer. Capicc. Follet. Bonifac. & alios, de quibus per eundem Surd. qui infert quòd si tumultus eueniret accidentaliter ex ciuili dissensione non punitur, addo latissimè Farinac. in d. tract. de crimine læsæ Maiestatis d. quæst. 113. inspect. 5. per totam.

68 Amplio vndecimo † vt nec possint hi tales, qui Regiam læserint Maiestatem testari, nec facere testamentum absque licentia Principis argumento condemnatorum vt posui supra eod. in cap. 16. nu. 18. & cap. 25. nu. 14. cum ibi citatis, ita voluit gloss. quæ multos casus recenset in §. finali, in fine ipsius gloss. instit. quibus non est permissum facere testamentum, pro quibus, vt memoriæ mandentur, solent adduci hi versus.

„ *Testari nequeunt impubes, religiosus,*
„ *Morti damnatus, & sub patre filius, obses,*
„ *Prodigus, & stult⁹, dubi⁹, seruus, furiosus,*
„ *Crimine damnatus, cũ muto surdus & illi*
„ *Qui Maiestati læsit, cacũ quoque iungas.*

& in proposito sic post Affl. ct Speculat. Soccin. Gigant. Francisc. Lucan. Montell. Decian. Baiard. ad Clar. Bald. de Vbaldis, Barbat. & alios scripsit idem Domin Farinac. quæst. 116. §. 2. num 53. 54. 55. vbi quòd tam actiuam, quam passiuam testamenti prædicti factionem amittunt.

69 Limitari tamen possunt prædicta † secus esse quando delictum non esset de respicientibus rebellionem, eiusque speciem non saperet, quia tunc dicendum est non posse confiscari feuda ex pacto, & prouidentia ex adductis per Cumianum in d. repetit. cap. si aliquem in verbo, mortis, d. nu. 105. cum plurib. antecedentibus, & seqq. præsertim quando feuda essent indiuidua iuxta determinationem dicti capituli, volentes, sed in
70 vita delinquentium benè † succedit Fiscus, eo quia nulla fit iniuria proximioribus, stante quòd agitur de succedendo in iure, quod habet ipse delinquens, l. statius, § Cornel o ff. de iure fisci. Angel. in l. Papinianus, §. meminisse ff. de inoffic. testam. Alex. cons. 23. nu. 2. & 19. vol. 1. Capra cons. 125. Boer. Boss. Bero. Tiraquell. Clarus, Rolland. & alij allegati per Surd. cons. 238 nu. 8 lib. 2. Fortun in repet. l. gallus, §. & quid si tantum, num. 74. ff de liber & posthum. vbi ait quòd fiscus isto casu, quando bona publicantur, succedit, non vt successor post mortem, sed vt successor in vita, vnde omnes vtilitates, quibus damnatus esset vsurus, transferuntur in ipsum Fiscum, qua de causa etiam Fideicommissatio præfertur in vita, cum illa tamen distinctione, si habet filios, de qua scripsi supra in cap 33. Regis Iacobi sub versic. antequam, à n. 34 41. 42. tom. 1 & per tradita in d. capit. volentes, restrict. 4. sub versic, neque capitulum, d. tom. 2. vbi quòd in vita feudatarij valet alienatio, sicut dicimus de grauato per fideicommissum pendente conditione nam

pam poteſt bona vinculata in vita ſua
71 alienare † ita vt nec ſubſtitutus poſſit
eà auocare, niſi poſt conditionis euen-
tum l.fin.§.ſed quia noſtra, C.comm.de
legat.vbi gloſſ.Iaſon, & Caſtrenſ.Bart.
in l.marcellus, §.res quæ,& ibi Alex. &
Imola ff. ad Trebellian. cum alijs per
Surd.citatis d.conſ.238.nu.9.lib.2.addo
de comm.*opinione teſtantem Socc.Iu-
nior.côſ.49.in cauſa,lib.3.vbi intelligit
ſic,quãdo bona eſſẽt reſtituẽda poſt mor-
tem grauati,& propterea fallit quando
non ſolum fuerat iniunctum fideicom-
miſſum, ſed etiam prohibita alienatio
expreſsè, etiam ne deuenirent bona in
Fiſcum per ea, quæ dixi ſuperius de ca-
pitulo Fiſcum ipſum excluſiuo num. 54.
& eſt com.* opinio, item fallit quando
fideicommiſſum, & prohibitio aliena-
tionis eſſet de certis bonis particulari-
bus cum expreſſa prohibitione, vt ſu-
pra facta.

Secundo limita ſecus eſſe quando fi-
72 lius feudatarij † & ſic Comitis, vel Ba-
ronis commiſiſſet felloniam & rebellio-
nem viuente patre, nam non ob id con-
fiſcatur feudum, ſed patri ſuccedit non
Fiſcus, ſed ſecundo genitus, qui mor-
tuo patre ſe primogenitum inuenit dixi
ſuperius nu.58 & ait Andr. de Yſern.in
capit.1.§ præterea ſi vaſſallus, quæ ſit
prima cauſ. benefic. amiſſ. quem ſequi-
tur Cumia in d.cap.ſi aliquem, verbo
mortis, nu. 108.& nu. 161. cum ſequen-
tibus, & ratio eſt in promptu,quia con-
fiſcatio non ſe extendit, niſi ad bona
quæ tempore publicationis delinquen-
tis poſſidentur, ita in d. cap. 53. prope
medium in duobus locis ibi, dummodo
fuerint in poſſe , non autem ad poſtea
quæſita ex his, quæ dixi ſupra in cap. 6.
Regis Federici ſub verſic.nec intelligas
tom. 2. quicquid in contrarium poſſet
adduci, vnde refert idem Cumia, num.
152.& ſeq.ex Bald Bart.Affl.& Fabian.
de Giocchis locis per eum citatis,quòd
73 ſi filius familias † commiſit delictum
non poteſt confiſcari eius legitima vi-
uente ipſo patre, addo ea, quæ dixi in
Conſuetud.Panhormi cap.47. nu. 154.
tunc ſiquidem poſſet confiſcari,quando
deduci poſſet,prout de trebellian.ca.ait
Soccin.Iunior. d.conſ.49. libr. 3. Sicut
74 nec confiſcantur † alimenta, ad quæ pa-
ter dicto filio tenebatur, vt poſt Spe-
culat.in tit.de execut.ſentent. §. ſequi-
tur, n.11.Neſlus de bannit.part.prima
n.tempor.quæſt.16. nu.16.Bart. in l.ſi in-
cui, ſi de alim. & liber.legat.Soccin.in l.
ſi ademptis C.de ſentent. paſſis, ait Do-
min.Surdus conſ.269.nu.13.lib.2.vbi ſic
fuiſſe deciſum * Mediolani ex Boſſio in
tit.de bonor.publicat.nu.71. quia actio
pro alimentis non tranſit in Fiſcum , &
publicatio bonis filij condemnati, non
cogitur pater dare Fiſco alimenta, quæ
tenebatur filio eidem ſoluere, & hoc
quoties pater haberet alios filios vltra
forindicatum, nam ſi nullos haberet
vtique tunc eſt verum de iure Conſti-
tutionum Regni , ob filiorum culpas,
lib. 2. quæ eſt correctiua iuris commu-
nis,& tunc ſuccedit Fiſcus in eo,in quod
poſſet ſuccedere forindicatus, & ſi libe-
ros haberet , ſuccedit vnà cum alijs li-
beris pro portione, in feudis tamen di-
uiduis, idem Cumia nu.171. 172. 173.
174.& ſeq.quæ conſtitutio ob filiorum
culpas, ſtante d.cap.volentes,corrigitur
ex quo omnia feuda ſunt indiuidua ,
num.177.

75 Tertio limita aliter eſſe quando †
vir commiſſeret felloniam ; quia non
perdit feudum vxor , ita remiſſiuè Fi-
mia hic ex Andr.de Yſern.in capt. 1.de
capit. Corradi ad finem ; & in cap. 1. ſi
vaſſall.feud.priuet.quia licet vxor par-
ticipet de infortunio mariti, non tamen
participat amittendo rem ſuam, vide
quæ congerit idem Farinac.d.quæſt.113.
inſpect.9.nu. 182. & melius in d. quæſt.
116.§.3. num. 121. vbi quòd recuperat
dotes ſuas , etiam marito bannito poſt
Bartol.Bald Odofred. Angel. Salicet.
Archidiac Bellamer. Turrecremat. Io.
de Plat.Angel,de malefic.Socci.Gigant.
Ign.Decian.& alios, ſicut è conuerſo nõ
puto puniri maritum ob rebellionem
vxoris , cui non conſenſerat , iam enim
fœmina poteſt committere hoc ſcelus,
licet mitius puniatur ob ſexus fragili-
tatem determinant Oldrad.Boer. Cate-
rettus, & alij citati per ipſum Farinac.
quæſt.112. inſpect. 7. num. 239. cum ſi-
milibus.

Quarto limita,& intellige facta pro-
76 batione † de dicto crimine rebellionis
ſic enim eſt ſemper præſupponendum in
iſto, & alijs delictis, vide ſupra amplia. 3d
& hoc coram Iudicibus M.R.C. aut alio
quo ex eiſdem , ad quam rerum fiſcali-
um in ciuili, & criminali negotio ſpe-
ctare dignoſcitur , & tantummodo perti-
nere, ſic habes infra in d. proximo ſub
ſequenti capitulo, ſiue Pragmatica prope
pe finem ibi, quòd facta probatione &c.
& ibi paulo inferius, conſtabit, & ibi, in
noſtra M.R.C. & ibi , per Aeremium

M.C. Afflict. in tit. quæ sint regalia, cap. 1. n. 18. & 46. qui infert quòd sola Magna Curia Vicariæ de hoc crimine cognoscit, Boer. in tract. de seditionib. in 6. præ supposito nu. 20. 21. vbi etiam quòd in in Regno Franciæ solus Rex cognoscit de isto scelere, Gigas de crimin. læsæ Maiestatis rubr. quis de crimin. &c. quæst. 1. num. 1. & seq. lib. 1. sic Venetiæ subdit nu. 9. cognitio huius criminis spectat ad consilium Decemuiralium, Iodoceh. in pract. crimin. cap. 62. rubr. quis de crimin. læsæ Maiest. nu. 13. & per Decian. in tract. crimin. cap. 38. nu. 5. lib. 7. qui dicit quòd solus Princeps, aut Principis Concilium hoc crimen vindicat, quia est de reseruatis, & de regalijs, & Iudex est ipse solus Princeps, & ad eũ solum, vel ad eius Delegatum spectat hoc

77 cognoscere, & quòd sit de regalijs † & reseruatis (tetigi infra in cap. 456. Regis Alph. versic. & quia §. 34. tom. 5.) vt tradit Farinacius in d. tract. de crimine læsæ Maiestatis quæst. 118. §. 4. in 6. & 7. speciali, num. 14. 15. 16. 17. post Afflict. Gigant. Montell. Decian. & alios supra citatos, ratione quia hoc crimen dicitur arduum, & sub generalibus verbis non veniunt ardua per l. non solum ff. de procurat. inferens d. nu. 16. quòd sic videmus, vt concesso Baroni, & feudatario, vel Capitaneis ad tempus mero, & mixto imperio, nõ veniat hæc cognitio, nec in Castro in perpetuum concesso nu. 17. ex Afflict. & alijs Doctoribus vesupra citatis, & ex Luc. de Penn. per Gigant. citato vbi supra; sed hoc non puto verum sic simpliciter intellectum

78 † quia etiam omnes alij Iustitiarij possunt de hoc crimine læsæ Maiestatis cognoscere, sic demõstro infra in c. 51. vbi dixi in §. læsæ Maiestatis crimen, &c. & clarius habes dictum supra in d. cap. 18. nu. 9. Regis Iacobi tom. 1. addo Consti. Regni, statuimus, versic. hoc addito, de offic. Magistri Iustitiarij & constit. iustitiarij nomen, tit. 44. de offic. iustitiariatus libr. 1. & ratio est, quia isto casu ideo est concessa iustitiarijs cognitio hæc deisto læsæ Maiestatis crimine, quando nempe est cõcessa perpetua administratio cum mero, ac mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, vt ex Soccin consil. 105. sub nu. 24. & seq. vol. 3. Gigant. in d. tract. de crimin. læsæ Maiest. d. quæst. 1. nu. 3. versic. secus tamen Pract. Montell. part. 4. num. 383. fol. 178. Baiard. ad Iul. Clar. in §. læsæ Maiest. nu. 33. in 7. speciali, versic. & ideo, refert, & sequitur ipse Farinac. in d. 7. speciali loco citato, num. 18. vbi determinat post prædictos Doctores quòd hoc casu censetur adhuc criminis huius læsæ Maiestatis concessa cognitio; & hoc etiam subintelligendum est quando crimen esset commissum contra eum, cui est facta concessio, secus vero si committeretur contra concedentem, nam talis cognitio tunc non censeretur concessa, etsi quòd merum, ac mixtum imperium fuisset in perpetuum concessum, ita subdit ipse Farinac. num. 19 ex eisdem Soccin. Gigant. Montell. Decian. & Baiardo locis præcitatis, & per ea, quæ etiam scripsit Luc. de Penna relatus per Gigant. vbi supra. ¶ Sed quid si ipse † Prin-

79 ceps esset absens cum dicta M. R. C. à loco commissi talis criminis cõtra ipsum, puto quod possent iustitiarij saltim vt Delegati in hoc capere informationes & transmictere, iam enim potest Delegatus hoc facere, vt tetigi superius ¶ Et sic, ex quo debet probari, & cõstare de hoc delicto, vtique non stabitur assertioni ipsius Principis, vt dixi in c. 52. Regis Iacobi, n. 32. 33. & seq. tom. 1. cũ concordãtibus ibidem citatis, ratione quia

80 vertitur veritas ipsius Dñi † vnde quoties est sic, non statur tali assertioni, ita Ysern. & Afflict. in constit. Regni, Magistris Procuratoribus, tit. 85. de locat. Demanij, sub nu. 3. lib. 1. etiam legem condendo, vt subdit ibi Afflict. & idem in contractu, quia contractus principalis habet vim legis l. 1. Cæsar. ff. de public. Est verum; subdit ibidem Afflict. & Ysernia quòd si aliquid non constat cõtra id, quod dicit Rex in lege, vel in contractu, debet credi ipsi Regi, quia sunt multi, qui ibi se subscribunt, & videntur esse testes, idem Andr. de Ysern. in capit. 1. in fine, de controuers. feudi apud par. termin. & in cap. si quis, quo tempor. miles, & in cap. 1. qui success. teneant. & in cap. 1. §. similiter, de cap. qui cur. vendid. Luc. de Penna in l. 2. C. de mancip. & colon. lib. 10. Oldrad. cons. 238. Zabarell. Cardinal. Florentin. in cons. 154. Alex. cons. 124. vol. 1. de quib. per Afflict. vbi supra, vide late Molin. de primogen. Hyspan. d. cap. 11. in fine lib. 4. Tiraquell. in d. l. si vnquam, verb. reuertatur, C. de donat. Paris. d. consil. 1. libr. 1.

81 **Quinto limita secundum intentionem grauissimorum DD tunc † feudum deuolui ad dominum si esset antequam quando delictum vassalli respicaret personam**

sonam Domini principaliter,& directè, secus vero quando persona Domini non est principaliter offensa, ita post Andr. de Ysernia in cap. 1.§.denique, quæ fuit prim.causs.benef.amiss.vbi Præposit. Aluar.& Martin. Laudens. Gugliel. de Pern.cons. 24. Capic.in cap.imperialem §.præterea conclus. 7. de prohib. feudi alien.per Feder.Thom. de Marin. Bald. Afflict.vtrumque Curt.Socci. Zuccard. Syluan. Loffredd. Sosbecc. Io. Ferrar. Rolland.& alios testatur de com.*opin. & ita fuisse decisum *ex hanc esse magis æquam,& benigniorem in iudicando,& consulendo opinionem, Surd. cons. 510. col.1.nu.3. vol. 4. & ita etiam post Cuman.Ancha.Gigant.Bal.Brun.Foller.& mille recenset Farina.loco citato quæst. 117. per tot. & de Nostratibus sic pertransit Bonio,hic & ait esse magis com. **opinionem post Gozadin. & Franc. Curt.de feud.cons.84. nu. 30. & ait habuisse in facto contra Baronem Careni qui exemerat condemnatum à manibus familiæ,nam vis stat, subdit ipse,an sit crimen læsæ Maiestatis,

Sexto limita non procedere, nec dici
82 rebellis † nec contra iuramentum fidelitatis venisse,quando v.g. magnus exercitus alicuius Domini potentis veniret de facto in territorium alicuius Ciuitatis, & si ipsa Ciuitas vellet resistere, exercitus ille potens eam destrueret, & sic ne destrueretur, venit contra iuramentum fidelitatis præstitum ipsi Regi, restitaque ex hac causa illi potenti Domino, ita post Bartol. in extrauaganti, quoniam nuper, in verbo, rebellando, ait Matth.de Afflict.in constit.Regni dubitationem, nu.15.tit. 101. de contumac. vniuersit.per text.in l.vnica C.de offic. præf.Aphricæ, vbi dicit quòd isto casu dicitur fecisse per metum,quoties exercitus esset potentissimus, & Ciuitas non poterat resistere, eo quia v.g.non habebat victualia, neque arma ad se defendendum, & similia, ex quo de iure nemo se debet ponere in periculo secundum Innocc.& Bald,in cap.1.quod met. caus. cum similibus per ipsum Afflict. adductis, & ibi Io.Ant. Barius, vbi pro ista opinione dicit facere, quia impossibilia sunt extra naturam humanam ex Bald.in cap.cum accessissent, col.fin. extr.de constit. Neuizan. in sylua nuptiali fol.28.nu.128.(argum.eorum,quæ dixi supra in cap.108.Regis Federici in 4.limitatione,tom.1.)& ita sentit Imol. cons.34.in 2. dubio, & per ea, quæ ait Ysernia in cap.1.versic.extraordinaria collatio, tit. quæ sint regalia cùm similibus, vbi quid stante tyramnide, & ad saturitatem post Grammat.Calcan.Gigant.Aym.Ruyn.& infinitos tradit ipse Farinac.d.quæst.117.præsertim num.7. 8.& seq.

Septimò limita intelligi de illo cri-
83 mine læsæ Maiestatis † quod respicit personam Regis, non autem de crimine illo læsæ Maiestatis, quod tendit in personam Magistratus, ratione quia d.l.quisquis C.ad l.Iul.Maiesta.vno modo punit committentem crimen læsæ Maiestatis contra Regem, vel Rempublicam, vel eius Consiliarios, alioque modo quando committitur contra offitiales Regis ex Salycet, ibidem, Affl. in constit.pœnam eorum,tit. 3. de bannit, foriudicat.lib.2.nu.41.42.& per gloss in l.fin.ff.ad l. Iul. Maiest. vnde ipse infert d.nu. 42. quòd si quis debellaret contra Præsidem, recognoscendo semper Regem, hic non diceretur rebellis Regis, sed ipsius Præsidis,si allegaret,& probaret eius Præsidis malos mores, & per Bald.in cap.sicut, col.5.de iure iurand. Bart. in l. hostes, ff. de capt. & postlim. reuers.cætera videri possunt per fecundissimum Farinac.locis citatis, quem etiam post hæc vidi, & addo Ludouic. Pegue.decis.66. num. 5. vbi loquens de quodam qui de nocte obuiam faciens
84 Magistro † excubiarum,& Sutterijs intulit vulnus cum ense euaginato cuidā lanternario & de comitiua furtæ prædictæ,qui voluit eum recognoscere,& dedit ei quandam lanternatam,& ille sentiens se iniuriatum ipsum percutijt regium offitialem, nam ex hoc subdit ipse non dicitur aliter crimen læsæ Maiestatis, quia non fecit hoc animo rebellandi se contra Regem,nec iniuriam irrogandi, sed ex particulari odio orto contra illum de comitiua furtæ deferentem in illa ronda lanternam,& ex dicta lanternata ei data,ex Bart.vbi supra, Fæli. & Bald.in cap.quia quæsitum, de offic. & potest.iudic.delegat. Crauett.cons.6. num. 78.Bellamer. cons. 15.& Rolland, cons.1.libr.3.& sic finis huic commento ad laudem Sanctissimæ Trinitatis, & Angeli mei Custodis, qui me illuminet custodiat regat, & gubernet.

Muta V. I. D.

Prag-

Pragmatica contra Rebelles, Cap. XLIX.

MARTINVS, & MARIA Dei gratia Rex, & Regina Siciliæ, & Athenarum, Neopatriæ Dux, & Ducissa, & infans Martinus, Illustrissimi Domini Petri bonæ memoriæ Regis Aragonum filius, &c. Quærentes, summisque studijs appetentes dicti Regni nostri ineffabile bonum pacis, quod Dominus noster Iesus Christus, pacis Princeps, & Agnus Dei humano generi pro munere salutari pro eius præcipua hæreditate reliquit, disposuimus, & cogitationes propositi nostri stabili tenacitate firmauimus ad id Deo gratias continuo effectiuis operibus perdurantes, Regnū ipsū clementiæ pietatis nostræ singulariter electum, atque dilectum, sub statu salubri, & tranquillo benigne florere, & in eo Regijs viribus excrescentibus per fructuum efficaciam munificentiæ nostræ dexteram libentius extendere, ac dona plurima liberaliter elargiri. Et cum celsitudo nostra conatus conatibus addens vacaret, ad exequendum hunc sacrum nostræ sanctionis effectum, nonnulli dicti Regni Proceres, & Magnates, qui pro fidei nostræ nomine apud Serenitatis nostræ conspectum constantiam fidelitatis exhibere verisimiliter censebantur, quod corde tegebant, obliquis operibus ostenderunt contra nostræ Maiestatis honorem furiosa superbia, & effreni rabie tumultum, & rebellionem fallaciter perpetrantes, ac culmen nostrum factis, dictisque lædentes, frangendo fidem debitam, cuius venerabilis laus est pignus humanæ salutis. Equidem eorum præterita gesta plenam experientiam prodiderunt nostris auribus de futuris; quorum intollerabiles excessus nolentes sub silentio præterire, eorum iniquitatem abominati, ac insolentiam, & felloniam ipsorum edomandam & iustitiæ malleo conterendam, ne propter impunitatem delicti vires resumere valeat audacia peruersorum, hac præsenti nostra Constitutione noua, & Pragmatica sanctione, & Consilio regiminis nostri deliberato procedentes, statuimus, & ex plenitudine liberæ potestatis nostræ volumus, & ordinamus, iubentes firmiter, & attente considerastione excogitari facinoris, & temeritatis enormis memoratæ, quæ post pacis gustatæ dulcedinem guerrarum populis minatur excidia, quòd quando aliquis dicti nostri Regni, Comes, Baro, miles, aut quicumque cuiuscumque gradus, vel condicionis existat, aduersus nomen, & nostræ benignitatis honorem aliquid patrare, seu

seu attentare præsumat, quòd facta probatione de crimine coram Iudicibus Magnæ nostræ Curiæ, aut aliquo ex eisdem, ad quam rerum Fiscalium in ciuili, & in criminali cognitio spectare dignoscitur, & tantummodo pertinere, bona omnia prædictorum omnium, & singulorum, vt præmittitur, delinquẽtium, eo ipso, quòd in dicta nostra Magna Curia crimen, vt dictũ est, constabit, Fisco nostro deuoluta sint, & rationabiliter acquisita, & apprehẽsa, ac si processus cum plena iuris sollemnitate fuisset super eodem crimine agitatus, & sententia in eadem Curia fuisset debitè promulgagata, sic, vt nulla alia sollemnitas in hoc casu seruetur, ex quo constet de crimine supradicto, quòd ex tunc ad dictorũ bonorum venditionem, & distractionem penitus procedatur per Ærarium Magnæ Curiæ prædictæ, prolatione sententiæ super hoc aliquatenus non expectata, ac si contra eum plenissimè lata foret.

EX quo est, vna eademq; materia, vide supra in præcedenti capitulo, præsertim ampl 6 & 10. vbi suppleui de tumultu, & vide etiam in limit. 4. quæ præsens pragmatica, siue capitulum deberet præcedere antecedens capitulum, prout tetigi ibidem in principio. Et circa initium huius textus, ibi, Martinus, & Maria, & Infans Martinus, vide quæ tango supra in proœmio ante capit. 32. Item inquantum dicitur hic, quòd graue est fidem fallere, recurras etiam supra in cap. 1. vers. intentio Regis Federici 2. tom.

Capitula obseruanda, vt non extrahatur moneta auri, argenti, in massa, siue in vasis à Regno Siciliæ edita per Regem Martinum. Cap. L.

VT nemo Siculus, aut exterus, cuiuscumquè nationis, gradus, aut conditionis existat, audeat à Regno Siciliæ extrahere aliquam monetam, nec aurum, nec argentum, in massa, siue vasis, sub pœna amittendi totam pecuniam prædictam aurum, vel argentum extractum, quæ ipso casu sint Regiæ Curiæ confiscata, cuius pecuniæ auri, vel argenti extracti quilibet verus denunciator, aut inuentor habeat quartam partem, aliam partem Officialis statutus per Curiam, reliquis duabus quartis Curiæ, vt prædicitur, integraliter remanentibus.

Item quòd de præmissis fiat proclama in qualibet Ciuitate, terra, & loco maritimarum Siciliæ, & illud efficaciter obseruetur.

Item quòd dictum proclama scribatur in actis Capitanei cuiuslibet Ciuitatis, terrarum, & locorum prædictorum, & etiam in actis cuiuslibet Dohanæ Ciuitatum, terrarum, & locorum eorumdem.

Item

Item quòd quilibet patronus nauigij, & scriba teneatur denunciare Curiæ, seu officiali statuto super his per Curiam prædictam, aurum, vel argentum, quæ essent portata super nauigio ipso, & ipsam pecuniam, aurum vel argentum perquirere teneatur patronus diligenter, & tenere modum quilibet patronus, vt super nauigio suo nulla pecunia extrahatur à Regno Siciliæ; & si super ipso nauigio extracta fuerit moneta, argentum, siue aurum in massa, siue in vasis, vt prædicitur, ipso facto patronus teneatur ad pœnam vnciarum centum: Scriba autem nauigij sit carceratus arbitrio Curiæ puniendus.

Item quòd quilibet statutus super his per Curiam prædictam debeat diligenter vigilare, perquirere, & inuestigare, si pecunia, argentum, siue aurum extrahatur ex illo loco, seu maritimis, in quo, vel quibus statutus fuerit Officialis prædictus. Et, vt minus possit Curia defraudari, nauigium aliquod non debeat à portu, & maritima aliqua Regni Siciliæ recedere sine licentia Officialis illius maritimæ, siue portus, in quo nauigium fuerit prædictum.

Item quòd quilibet patronus, & scriba, mercator, & marinarius cuiuslibet nauigij, teneatur sacramentum præstare in manibus dicti Officialis, & statuti per Curiam, quòd nulla pecunia, aurum, vel argentum, per eos, aut eorum aliquem extractum fuerit super nauigio ipso. Et, si præstito iuramento, reperiretur contrarium, puniatur exinde de periurio, vltra pœnas superius declaratas patronis impositas.

Item quòd quilibet Officialis teneatur, & debeat quodlibet nauigium in suo recessu perquirere, & inquisitionem facere diligenter, si pecuniam, argentum, vel aurum potest inuenire super nauigio supradicto.

Et, ne peregrinantibus, aut alijs itinerantibus materia sit aliqua quærelandi, si quis Siculus, aut Regnicola voluerit peregrinari, seu ad loca aliqua se transferre, si Miles fuerit, aut alicuius status, vasa argentea extrahere valeat, & monetam pro suis sumtibus, ad arbitrium Iuratorum, & Officialis illius loci, videlicet, vnde recesserit, & nauigium ascenderit, attentis personæ qualitate, siue gradu, & loci distantia, ad quem est peregrinaturus, exteri videlicet peregrinantes illa vasa extrahant, quæ secum aliunde detulerint, & pecuniam.

Et, vt mercatores valeant de argento habere pecunias ad eorum libitum voluntatis, Regia Maiestas prouidit, quòd ipsi Mercatores, & quilibet habentes argentum, possint inde cudere, & in

in pecuniam conuertere illud in Sala Regiæ Maiestatis, nullum Curiæ directum persoluentes, vsque ad beneplacitum Regiæ Maiestatis. Dat. in Ciuitate nostra Cathaniæ, Anno Dominicæ Incarnationis, 1400. Die primo Iunij viij. indicionis.

REX MARTINUS.

SVMMARIVM.

Moneta non potest extrahi à Regno sub pœnis grauissimis, nec valet licentia cõcessa tamquam subreptitia & reuelans lucratur quartam partem & fit confiscatio, nu. 1. idem de auro, argento in massa, siue vasis nu. 2. & custodes portuum possunt inquirere vassella, num. 3.6.7 & solet promulgari proclama, vt omnibus, etiam exteris innotescat, nu. 4. Amplia, num 8.9.10. 11.12 13.14. limita, nu 15.16 17.

Moneta auri & argenti, & vasa & tam in massa, ne extrahantur à regno, solent patroni, & scribæ nauigiorum facere reuelum Curiæ sub pœna amissionis nauigiorum, & aliarum pœnarum, num 5.

Moneta ne extrahatur à Regno etiam in massa, solet ordinari bannum ne vllum nauigium à portu discedat absque licentia Officialis ad hoc statuti, nu. 6.

Portuum custodes debent visitare nauigia ne extrahant monetam, nec argentum in massa, nec vasa, nu. 7.

Moneta si extrahatur absque licentia, confiscatur etiam cum rebus non prohibitis extrahi, nu. 8.

Extrahere prohibitus aliquas res, si cum eis etiam extrahat non prohibita, omnia confiscantur etiam licitum propter illicitum, & quomodo, ibidem.

Monetam volentes extrahere, & scientes extra regnum etiam incurrunt pœnas, si non reuelant, nu 9.

Monetas etiam paruulorum extrahentes extra Regnum incurrunt pœnas, num. 10.

Monetas, vel massas argenti, aut vasa nedum extra Regnum extrahentes puniuntur, sed tentantes extrahere, n. 11.

Affectus punitur non secuto effectu circa extractionẽ monetæ a regno, & in multis alijs casibus, ibid.

Monetas extrahentes, vel argentum, & vasa possunt castigari ex abrupto, & dispensatiuo modo ad instantiam Fisci esto quòd non sint inuenti in fragranti, num. 12.

Captus in fraganti crimine etiam si nõ esset extrahens monetam à Regno potest puniri. ibid.

Fiscus in multis casibus potest principaliter agere, remissiue ibid.

Monetam extrahentibus extra regnum opem, & auxilium & fauorem dantes, pari pœna puniuntur, nu 13.

Auxilium, opem, & fauorem dantes delinquentibus in delictis puniuntur, ibidem.

Moneta, aurum argentum vasa, & c. esto quòd portentur in Regnum animo tam extrahendi, non possunt tamen amplius extrahi, & quid si essent de transitu, num. 14.

Moneta vasa argentea, & similia si portentur per peregrinantes & transeuntes hinc, possunt extrahi, pro eorum sumptibus vsquequo iture sunt, & quomodo, nu 15.

Monetam extrahentes à regno non data scientia, an incurrant pœnas, nu. 16.

Moneta potest extrahi infra regnum de vno ad alium locum & sic de vasis argenteis, data fideiussione de illa apportando ad locum destinatum, nu. 17.



ONSIMILEM habemus textum, & materiam; nedum infra in cap. 23. sub Inclito Rege Ioanne, con. 61 vbi fuit peticum per Regnum, eidemque concessum ne moneta † argentea aliqua extrahi hinc posset à Regno Siciliæ sub pœna amissionis dictæ monetæ, nec aliquis officialis, esto quòd sit supremus, vt puta Vicerex, nec eius Vicarius possit alicui, etiam priuilegiato dictam licentiam concedere, neque vlla valeat licentia Regia, tamquam sub-

 reptitiè

reptitiè impetrata, & reuelans talem
extrahentem monetam habeat quar-
tam partem bonorum eorum, quæ Cu-
ria Regia susceperit pro tali contrauen-
tione, & prout hic, & inferius ponam,
& licet concessio per dictum Inclitum
Regem sit facta ad triennium, & inde
ad beneplacitum, tamen subdit, vt reuo-
catio illius beneplaciti non habeat ef-
fectum, nisi prius publicè notificetur
Regno; Sed eundem etiam habemus
contextum infra in cap. 90. Regis Ca-
tholici Ferdinandi, tit. quòd deputen-
tur Custodes vltra ordinarios circa ex-
tractionem monetæ, tom. 7. ibique feci
mentionem eorum, quæ exposui ad
cap. 53. nu. 31. Regis Serenissimi Iacobi
supra, tom. 1. vbi allegaui Grammatic.
& alios, & addo modo Couarr. pract.
quæstionum in tract. veter. collation.
numismat. cap. 7. fol. 728. col. 2. vbi ait,
quòd vtile est Reipublicæ, ne pecunia
aurea, vel argentea extra Regnum, aut
extra Prouinciam extrahatur, seu ex-
portetur, allegat Innoc. & Guid. Papæ
in cap. quanto col. 3. extr. de iureiur.
quæ etiam vtilitas, & publicum, siue
vniuersale, ac etiam particulare bene-
ficium istius Regni fuit considerata
per pragmaticam 1. §. 9. tit. 72. de mo-
net. aur. & argent. non extrahend. tom.
2. pragmaticarum, vbi in specie est con-
firmatum d. cap. 90. Regis Catholici
Ferdinandi, & præcipitur, vt inuiolabi-
liter obseruetur, & propterea hic in
isto toto Capitulo cum versiculis, siue
§§. subsequentibus, quæ sunt nouem,
2 nil fallor, clarissimè prohibetur † om-
nibus, tam Siculis, quam exteris, cu-
iuscumque nationis, & gradus extra-
here aliquam monetam, nec aurum,
neque argentum in massa, siue vasis sub
pœna perdendi totum aurum, omnem-
què pecuniam, & argentum confiscan-
dam Curiæ, & diuidendam in quatuor
partes, vt tetigi modo, quarum pri-
mam habeat denunciator verus, vel
inuentor, aliam partem habeat Offi-
cialis statutus in hoc per Curiam (vt
subditur de isto statuta, siue designata
persona ad hoc infra in §. 4. cuius offi-
cium est inquirere si super vassallis ex-
portentur istæ pecuniæ, ibi, item quòd
quilibet statutus super his &c.) sicut hoc
etiam officium inquirendi vassellum ne
habeat dictam monetam, vasa, & simi-
lia, potest facere quilibet officialis, vt
subditur inferius in §. 7. reliquas duas
partes acquirat Curia, ita disponitur
in hoc capit. & additur plus in d. prag-
mat. 1. d. §. 9. & 10. nempe sub pœna pu-
blicationis omnium bonorum, & alijs
pœnis reseruatis Domino Proregi, est
verum quòd ibi datur reuelantibus,
siue denuntiantibus medietas, & sub
pœna deportationis, pragmat. 4. d. tit.
72. prout etiam est prohibitum Fran-
ciæ, vt ait Guid. Papæ decis. 572. vbi
loquitur de certa specie monetæ billio-
norum prohibitorum extrahi, nec por-
tari extra patriam, sub pœna confisca-
tionis ipsius monetæ, & eum referr, &
sequitur Nicol. Boer. in eius decisioni-
bus aureis, decis. 178. num. 16. vbi lo-
quendo de prohibitione extrahēdi ex-
tra Regnum istos billionos auri, vel
argenti, quos ipsi vocant, cendres, dicit
3 quòd † solent visitari exeuntes Regni
limites per Magistros Portuum, & cu-
stodes limitum, quod satis est conforme
cum nostro textu in d. §. 4. ibi, item
quòd quilibet statutus &c. ac de consi-
mili prohibitione extrahendi pecunias,
sentit Io. Petr. Surd. cons. 285. lib. 2.
in principio, qui facit mentionem de
edicto; siue statuto fraudantium gabel-
lam pro extrahendis pecunijs. Et ne
allegetur ignorantia, præsertim ab ex-
teris, ideo subditur hic in 1. & 2. §. vt
4 fiat de præmissis † proclama in quali-
bet Ciuitate, & terra, etiam maritima,
& scribatur dictum bannum in actis cu-
iuslibet Capitanei omnium terrarum,
& in actis etiam cuiuslibet dohanæ, si-
cuti de hoc banno scripsi in d. cap. 53.
Regis Iacobi, d. nu. 31. quia aliter non
ligarentur ignorantes, & hoc quando in
puris banni terminis versaremur, secus
quando editæ essent super hoc pragma-
ticæ, vt iam in casu nostro modo vidi-
mus, & dicemus inferius. ¶ Insuper
etiam in §. 3. hic disponitur, vt quili-
5 bet scriba, ac patronus † nauigij tenea-
tur denuntiare Curiæ aurum, & argen-
tum, quæ essent apportata super ipsa na-
uigia, siue esset in massa, quam aliter, &
teneantur etiam ipsi patronus, & scribā
diligenter tenere modum, & inquirere,
ne super eorum nauigijs aliqua fiat ex-
tractio de ipsa moneta, auro, & argen-
to, & similibus, aliter ipso facto patro-
nus incurrat pœnam vnc. centum, &
scriba sub pœna carcerum ad arbitriū,
additur plus per d. pragmat. 4. vt per-
dantur nauigia, sintque in pœnam de-
portationis supradictæ, subdens Rex
noster hic inferius in §. 5. quòd ne fraus
6 in hoc contingat † præcipitur, ne ali-
quod

quod nauigium à portu discedat, nec à
maritima aliqua huius Regni, fine li-
centia Officialis illius maritimæ sub
pœna publicationis vassellorum, siue
nauigiorum, & aliarum pœnarum, pro-
ut in d. § 9. d. pragmat. 1. tit. 72. supe-
rius citata, & §. 10. vbi præcipitur da-
ri notitia Secretis, & Magistris Cre-
denzerijs, vel vice Admiratui, aut Vi-
ceportulano, alijsque Officialibus ad
hoc designatis, & ita seruatur ad vn-
guem hodie in quolibet portu, à quo
nullum nauigium recedit absque licen-
tia Guardiani Portus, coram quo offi-
tiali statuto ad hoc, debent dicti patro-
nus, & scriba iurare quòd non expor-
tant monetam, nec similia supradicta,
etiam sub pæna periurij vltra præcita-
tas pænas, ita disponitur hic in §. 6. &
est illud, quod in practica scripsit Nico.
Boerius d. decis. 178. num. 14. & 16. ex
7 Guid. Papæ d. quæst. 572. quòd solent †
nempe visitari exeuntes Regni limites
per Magistros portuũ, & custodes limi-
tũ, & inuentis rebus prohibitis extrahi,
fit inuentarium, & ponuntur in iure ex-
tractores, & nuncietur Illustrissimus
Prorex, vt in d. §. 10. vbi etiam Officia-
les incurrunt pænam priuationis Offi-
ciorum cum perpetua infamia, aliasque corporales pænas, de quibus
ibidem.

8 Amplia primo † vt, nedum confiscen-
tur res prohibitæ exportari, sed etiam
si cum prohibitis essent exportatæ res
non prohibitæ, sicut ipsi supra eodem in
cap. 15. num. 86. post Boer. vbi supra d.
decis. 178. nu. 22. cum seq. & Guid. Papæ
loco citato, & ibi Matth. Antonianus in
Additionibus in littera B. post Bartol.
Paul. de Castr. Cyn. & alios, maximè
quando extrahens abutitur licentia si-
bi data, v.g. de quibusdam rebus expor-
tandis, nam illam perdit propter abu-
sum, capit. in priuilegium 11. quæst. &
etiam præsertim quando pæna esset ca-
pitalis, nam tunc licitum propter illici-
tum confiscatur, licet aliàs non, vt no-
tat idem Matth. Antonianus, dicens
quòd tunc venit in consequentiam talis
pænæ ex Ioann. de Imola in l. cotem, §.
dominus in versic. nota argum. ff. de pu-
blican. & vectigalib. addo Ioann. Berta-
chin. in suo repertorio in verbo statu-
tum, fol. 100. col. 2. part. 5. ea Bald. in l.
3. in 2. notab. C. de nautic. fænor.

Amplia secundo nedum ad extrahen-
9 tes dictas monetas † sed etiam ad vi-
dentes extrahere, & non reuelantes,
ita in d. pragmatica 1. d. §. 9. vbi inci-
dunt pænam realium mille auri, & aliàs
pænas reseruatas, & argumento eorum
quæ scripsi super cap. Ritus 33. Regis
Alphonsi nu. 2. & seqq. vbi in quibus ca-
sibus quis teneatur reuelare, tom. 4.

Amplia tertio etiam ad extrahentes
10 † monetas paruulorum huius Regni cu-
nei Regiæ Siclæ, sic in d. §. 9. ibi, ne mo-
neta di piccioli.

Amplia quarto nedum ad realiter
11 extrahentes † sed etiam ad volentes,
vel tentantes extrahere absque licen-
tia, ita habes in d. §. 9. vnde videtur
quòd punitur affectus nõ secuto effectu,
argu. eorum, quæ dixi supra in cap. præ-
cedẽti ampl. 7. n. 31. 32. cũ ibi citatis vbi
apportaui Farinac. qui ponit nonnullos
casus ibidem suo loco nu. 162. cum seq.
nempè sic esse in transfuga, conenticu-
lis, oppugnata patria, effẽsione magistra
tuũ, vsurpatæ iurisdictionis, & similibus,
quos suis locis sparsi in d. ampl. 7.

12 Amplia quinto † vt etiam contra di-
ctos extrahentes monetas prædictas, &
dominos, siue patronos nauigiorum pos
sit procedi per inquisitionem ex abrup-
to, & dispensatiuo modo, & ad petitio-
nem Regij Fisci, constito de hoc, esto
quòd nõ fuit inuenti in fragranti, quod
est limitarium eorum, quæ posui supra
in d. c. 15 n. 19. & c. 53. n. 22. 24 Regis Ia-
cobi, tom. 1. cum concordantibus ibidẽ
citatis. sic dispositum est expressè in d. §.
9. in fine, & in d. §. 10. & in d. prag. 4. opti
mè more suo scripsit Do. Maurus Burgi-
us Reg. Consiliarius. Iudex M. R. C. colle-
ga noster eruditissimus in tract. de modo
procedẽdi ex abrupto quæst. 19 n. 172. &
173. centu. 1. vbi etiam per totam illam
quæstionẽ posuit infinitos casus, in qui-
bus Fiscus possit principaliter agere, &
posui in cap. 359. Regis Alphonsi, vers.
& quemadmodum, n. 28 casu, tom. 5.

13 Amplia sexto contra auxiliantes †
opem, & fauorem dantes, d. §. 9. in fine,
argumento eorum, quæ dixi de auxili-
antibus bannitos supra in c. 108. Regis
Federici n. 50. cũ seqq. & melius in cap.
114. eiusdem Regis nu. 17. 18. cum seq.
tom. 2. addo pulchrè Prosper. Farinac.
in tract. de crimin. læsæ Maiest. quæst.
113. in sect. 9. in sua praxi, & theorica
criminali, partis 2. tom. 2. per text. in l.
1. ibi, cuiusuè opera, & consilio. ff. ad
l. Iuliam Maiest. l. Maiestatis ff. eod. Bar-
tol. Salicet. Cardinal Zabarell. Archid.
Bellamer. Marsil. Monticell. Corrad.
Decian. Roger. Baiard. ad Clar. Ruyn.

Cephal.& alij, de quibus per eum, qui realiter loquitur in crimine læsæ Maiestatis,& propterea vide melius post Caball. Surd. & alios, quæ dixi de opem dantibus de delict.s,in d.cap.114.Regis Federici loco citato.

14 Amplia septimo † vt habeant etiam locum supradicta, non obstante quòd monetæ, aurum, vel massa, vt supra, essent apportata extra Regnum animo extrahendi, quia nec possunt amplius extrahi, non obstante dicta protestatione, & not s, siue actis similibus factis sub pænis prædictis, ita disponitur in d. pragmat.3.d.tit.72. de monet. auri, & argēti,est verum quòd putarē,vt si dictę pecuniæ, aurum, vel argentum,&c. essent de transitu, possent siquidem extrahi ex traditis latè supra in d.cap.15. num. 67. 68. & 69. argumento eorum quæ subdam inferius in sequenti limitatione.

15 Limita tamen supradicta secundum dispositionem † § 8. hic quòd licet non possit moneta extrahi,tamen non procedere circa peregrinantes & itinerantes Siculos, vel exteros, quia isti tales, quicunque sint possunt extrahere vasa & monetam pro eorum sumptibus vsque ad locum, quò ituri sunt, ad arbitrium Iuratorum, & Officialium locorum, vnde recesserint,attentis personarum qualitatibus, gradu, & locorum distantia, & hoc iddem disponitur per d.pragmat.1.d.§.9. ibi [verum chi vorlesse andar fuori, &c.] vbi remictitur arbitrio Secreti. vel Magistri Credenzerij, facta prius nota de h:s in Regia secretia, & circa vasa argentea,data fideiussione, vt infra terminum anni vnius apportēt in Regnum,est verum quòd quoad peregrinantes transeuntes,sufficit facere notam de dictis vasis argenteis in d. Regia Secretia, si pro eorum vsu fuerint, argumento eorum, quæ tetigi modo superius in pręcedenti 7.ampliatione.

16 Limita secundo procedere † data scientia, sic disponitur in d §.9.ibi [li patroni sapendolo] argumento eorum, quæ dix: de receptatione bannitorum, & similium supra in d. capit. 108.Regis Federici limi.3.nu 83.d.tom.2.

17 Limita tertio, vt possint extrahi dictæ † monetæ infra regnum de vno loco in alium,data prius notitia, & facta relatione penes dictos Secretos locorum, vnde extractio fit, & præstita apud acta dictę Secretię fideiussione de apportando tales monetas, aurum, & argentum & quicquid extrahitur, infra mensem ad locum destinatum cum apportatione responsalis sub pæna amissionis dictæ monetæ, & reuelans habeat partem, vt supra, nec prodest ignorantia in hoc.

Circa §. 9. & vltimum vide, quæ posui supra in cap.43.super cutsu monetarum in versic.secundo colligo.

Muta V. I. D.

ORDINATIONI ET CAPITOLI

QVALI DEVONO OSSERVARE LI GIVSTITIARII ORDINATI NEL REGNO DI SICILIA

Ciascheduno per il suo Valle, Cioè,

SARRA PER LA REGIA MAESTA CONSTITVTO PER L'ANNO PRESENTE XI. INDICIONIS.

De Sacramento Iustitiarijs præstando, & super quibus criminibus hi cognoscant. Cap. LI.

GIVRARANNO ad Sancta Dei Euangelia, corporaliter tacto libro, d'osseruar giustitia à ciascheduno con celere espedimento, hauendo solamente gl'occhi à Dio,& alla

alla Giustitia,non si mouendo per amore, prezzo, odio, ò timore. Liquali conosceranno in tutta la loro giuridicione,& Valli, ne i quali son constituti, delle cause capitali, ò criminali infrascritti,cioè,di grandi latrocinij,che tendano da 20.Augustali vltra, di furti, di fratture di case,seu porte, d'insulto cogitato, d'incendij, ò vero contra quelli,che mettono fuoco, d'incision d'arbori fruttiferi, & viti, seu vigni, di violentij fatti alle femine, di brighe di doi,che animo cogitato si brigano,di crimine læsæ Maiestatis, & ancor di quelli, che extraheno arme molite, ò offensiue, delle defese imposte per parte della Regia Maestà, & generalmente di tutti i delitti,dei quali le persone conuente haueano da sostener pena de loro corpo, & mutilation de membri, delle quale cause criminali conosceranno per via d'accusatione, ò denuntiatione, non per via d'inquisitione eccetto per espresso comandamento della Maestà predetta.

E abenche di sopra sia detto, che li gran latrocinij si intendano da 20. Augustali vltra, de quali s'intende che necessariamente habbia à conoscere il Giustitiario sudetto tanto criminalmente, quanto ciuilmente, nientedimeno se li latrocinij sono di minor quantità, & l'accusator voglia proponere la causa criminalmente innante il Giustitiario, che li sia lecito; & il Giustitiario debbia vdire, tanto per via di accusa, quanto per via di denuntiatione.

Item conosceranno delle cause ciuili infrascritte, cioè, delle feudi non quaternati, ò verò della parte delli feudi quaternati predetti; dell'altre cause ciuili, ne principaliter, ne per appellationi il Giustitiario non si interponga à conoscere.

Con tutto ciò se le cause ciuili saranno incominciate innanti li Baglij, & Giudici inferiori, & fra spatio di doi mesi non saranno le cause diffinite, il Giustitiario possia dopò li doi mesi predetti conoscere delle predette cause, & diffinirle secondo Dio, & Giustitia incontinente in quella medesma terra, doue sia là causa. Con questo che niuna causa ciuile prendano à portarsi fuori della terra, benuero che se la causa fosse cosi ardua, ò antica, che per necessità richiedesse hauer maggior termino, lasci procedere nella causa innante li Baglij secondo Dio,& Giustitia.

Quòd non assumant famulos de loco, vbi ministrant Iustitiam.

Item che doppo che incominciaranno ad essercitar l'officio, non porteranno fameglia del Valle, o Prouincia di loro Giustitiariato.

Quòd

Quòd non cognoscant de causis eos tangentibus.

Item non conosceranno dell'accuse, o causse, che habbiano contra altrui, ò altri contra di essi, durante il loro officio; & anco non constringeranno ad alcuni di quelli, i quali hauessero hauuto con loro briga, ò liti criminali, che comparino danante nelle cause criminali, contra i quali la Gran Corte conoscerà, & darà rimedio opportuno.

Quòd non exerceant officium per Substitutum, & qualiter debeant ire, & stare in loco sibi commisso.

Item li Giustitiarij debbiano vdirè, & terminare le cause, & decidere per essi, & per loro Giudici, & non per summissa persona, anzi essi debbiano continuamente exercitar l'officio di discorrere le Città, terri, & luoghi del Valle ad essi commessa di maniera che non dimorino più di quattro giorni nella terra, eccetto che la causa non richiedesse necessariamente maggior dilacione.

Quòd delinquentes puniantur in loco commissi delicti.

Item li malfattori, o delinquenti si puniscano ne i luoghi, doue delinqueranno.

Quòd sine dilatione, & sollemnitate puniant delinquentes notorios, & sollemnes.

Item che i famosi latroni, & malfattori manifesti, & quelli, chi rubbano per li boschi, & per le vie, committendo maßimè homicidio, senza dilacioni si debbiano punire, non aspettando sollennità alcuna.

Quòd fiant apocha de recepto pro compositionibus.

Item che li detti Giustitiarij per mano dell'Erario debbiano fare apoca di tutti li danari, che riceueranno da qualunque composicione, & all'incontro debbiano riceuere anco apoca del pagamento.

Quòd non recipiant Xenia Offitiales.

Item che niun presente, ne dono alcuno debbiano riceuere per se, ne per loro fameglie da niuna persona, eccetto alcuni poculenti, & esculenti, li quali però non siano bastanti per vn giorno ad essi, ne à la fameglia loro, & se li riceueranno, debbiano esser in pena di priuatione dell'officio, & di esser priuati del cin-

gulo

gulo militare, & siano tenuti al quadruplo di quel, che riceueranno.

De quibus causis cognoscant in terris Baronum Iustitiarij.

Item a benche di sopra sijno dette, & notate tutte le cause criminali, spettano alla giurisdicione delli Giustitiarij, delle quali li detti Giustitiarij generalmente deuono conoscere, niente di meno nelle Terre di Baroni debbiano nelle cose criminali solamente conoscere, decidere, & punir li delitti, de i quali si debbia fare punicione al delinquente di pena di morte, & di militacione di membri.

Quòd obseruentur Constitutiones retro Principum.

Item che li detti Giusticiarij debbiano osseruar le Constitucioni del Serenissimo condam Imperator Federico di diuin memoria recolenda nelle terre di Demanio tantum.

REX MARTINVS.

Iustitia

Iustitiariorum cognitio versatur in eorũ iurisdictione, & vallibus, nu. 16.

Iustitiarij cognoscunt circa causas capitales, & criminales, num. 17. & circa delicta, nu 21. & circa quæ, cum pluribus seqq. Declara nu 71. 78.

Criminalis causa dicitur magna latrocinia à 20. augustalibus ultra, ibid.

Augustale quid importet, nu. 18.

Iustitiarij. an & quando possint ciuiliter, & criminaliter cognoscere, num. 19. & seq &, nu. 78. & in quibus caussis, nu. 79. 80. 81.

Magister Iustitiarius potest etiam cognoscere quandoque de caussis ciuilibus, & dicitur generalis Iudex, ibid.

Præsides Prouinciæ habent maiorem iurisdicionem, & cognoscunt etiam de caussis ciuilibus, nu 20.

Iustitiarij debent tenere conferendas in causis fiscalibus qualibet hebdomada cũ eorum Iudicibus, nu. 22 23.

Iustitiarij, siue Capitanei habent eorum Iudices, quibus possunt committere audientias quæstionum, nu. 23.

Iudices Capitaneorum, & Iustitiariorum sunt earum consultores, & assessores, ibid. & tenentur eis præstare obsequium, nu. 24.

Iustitiarij vel Capitanei sunt caput Iudicij eorũ, ipsique Iudices tenentur eis præstare obsequium, nec possunt proferre sententias criminales absentibus illis, & non existentibus in conferenda, & quid stante impedimento, num. 24. 25. 26. 27.

Iudex vnus M. R. C. ideo regit Curiam in die regiminis Mercurij, & Sabbati ob impedimenta Magistri Iustitiarij, nu. 25. 26. 27.

Magister Iustitiarius tenetur propriè regere Curiam in diebus regiminis cũ baculo, & propter impedimenta hoc exercet vnus Iudex M. R. C. ibid.

Præses successit hodie in locum Magistri Iustitiarij, cuius est locum tenens, ibid.

Afflictus fuit Iudex Vicariæ Regni Neapolis, ibid.

Iudices non poterant sententias criminales proferre absque præsentia Regentis, vel Præsidentis, nisi ob impedimentum eorum, nu. 26. 27.

Præses propter sui absentiam potest substituere vnũ ex Iudicibus pro regenda Curiam, & similia, nu. 27.

Iudex cæcus si non potest legere sententiã in scriptis, poterit per aliũ legere, n. 28.

Iudices possunt legere sententias per eorũ magistros Notarios illis præsentibus, & quomodo, nu. 29. maximè quando Iudex est persona Illustris, vel Episcopus, nu. 30.

Inquisitores legere faciunt sententias per magistrum Notarium ipsis præsentibus, ibid.

Iudices tenentur associare Capitaneos pro facienda visita ad carceres, ibid.

Iustitiarij cognosunt de furtis omnibus, num. 31.

Furtum repertum penes aliquem facit contra eum præsumptionem, ibid.

Aquam duxisse is præsumitur, qui eandem super suo prato reperitur habere, ibid.

Furtum si est factum, & fur facit pactũ, vt demonstrato fure, ab eo nil petatur, si apparet eum esse de furibus, non iuuatur pacto, nu. 32. 33.

Delicti princeps, & caput non debet habere præmium promissum, nu. 33.

Impunè actus nõ intelligitur de principalibus delinquentibus, ibid.

Furtum cõmissum à Nobilibus facit perdere nobilitatem, & furcarum pœnis condemnantur, nu. 34.

Furcarum pœna plebeis, & ignobilibus dari solet, vt ignominiosa, & maior pœna doloris, ibid.

Combustionis, siue ignis pœna an sit maior pœna amputationis capitis, ibid.

Pœna capitis an sit maior combustionis, & furcarum pœna, ibid.

Furta ne fiant de nocte debent Magistri excubiarum, & Surterij attendere, nu. 35. maximè circa fracturas domorum, & portarum, nu. 36. & nu. 37.

Iustitiarij cognoscunt etiam circa fracturas domorum, & ianuarum, & furta ibidem facta, nu. 36.

Domus, porta, siue ianua si effrangantur de nocte maximè cum scalis, & inueniantur furta, durius punitur delictum, & debent inuigilare Surterij ibid. maximè circa horrea, & cellas vinarias, & nu 37.

Domus possunt frangi pro loberijs recuperandis, & claudi clausura, ibid.

Delictum de nocte durius punitur maximè cum scalis ad portas, horrea, & cellas vinarias, & similes, nu. 37.

Iustitiarij cognoscunt etiam circa insultus excogitatos, nu. 38.

Insultus puniuntur per Capitaneos locorum, ibid.

Iustitiarij cognoscunt etiam circa incendia, & ignem proijcientes, & attendãt excubiam facientes, nu. 39. 40. 41.

Ignem

Ignem proijcientes, & comburentes ad acta publica in perniciem Reipublicæ punitur ut falsarij pœna mortis, ibid. & quid quando immiſſes, nu. 40.

Scripturas & acta publica comburens, ut veritas apparere non possit, punitur ut falsarius pœna mortis, ibid.

Ignem habentes habitantes domos culpa ipsorum inhabitantium possunt castigari seuerè, & quomodo excubiam facientes debeant attendere, nu 41.

Iustitiarij cognoscunt etiam circa incisiones arborum, vitium, & vinearum, nu. 42 43 44.

Arbores fructiferas incidentes possunt puniri criminaliter, ibid. nec Iudex potest præcipere ut per contumaciam incidantur, nu. 45.

Vites incidentes quomodo castigentur, ibid.

Vitis significatione adhuc arbores continentur, nu 43.

Arbores siue vites incidentes de nocte, & non reperti qui delictum commiserunt, tenentur ad damna vicini locorum, & reperti puniantur, & quomodo, n. 44. 45. 46. ubi quid si incidantur ex necessitate.

Iudex non potest præcipere, ut stante contumacia, arbores, & vites incidantur, num 45.

Domus non possunt dirui nisi in casu rebellionis, & possunt comparere interesse habentes, & impedire dirutionem, ibid.

Rebellium domus si dirui mandentur, an possint interesse habentes comparere, & impedire ne diruantur, ibid.

Iustitiarij cognoscunt de violentijs mulieribus illatis nu 47.

Violentia si essent fœminis illata, cognoscit Capitaneus, & Iustitiarij, ibid.

Iustitiarij cognoscunt etiam de rixis plurium animo excogitato rixantium, num. 48. 49.

Rixas duorum, vel plurium cognoscit Capitaneus, & quomodo, ibid.

Inimicus semper malè cogitat de suo inimico, excogitatum habendo animum, ibid.

Animus malus præmeditatus, & excogitatus præsumitur per inimicum, & ex delatione armorum, ibid. & num. 49. maximè si sequatur mors, num. 50. & debet probari, quia in dubio non præsumitur, nu 51.

Homicidium appensatè, & malo animo præsumitur ex inimicitia delatione armorum, & morte secuta, nu. 50. & an debeat ipse malus animus probari, n 51.

Homicidium ad sui defensionem solet excusari, & extraordinariè puniri, & quando dicatur, nu. 53. 54.

Vulneratus occidens vulnerantem fugientem, videtur quodammodo facere ad vindictam, non ad defensionē, & quomodo puniatur, nu 53.

Homicidium factum ad defensionem punitur ordinariè stante statuto puniente occidente aliquem quouis modo, & qualitercumque, nu. 54.

Statutum puniens homicidia quouis modo, & qualitercumque, an comprehendat etiam homicidia ad defensionem, ibid.

Iustitiarij cognitio est etiam circa crimen læsæ Maiestatis nu. 55.

Iustitiarij cognoscunt etiam circa arma molita siue offensiua extrahentes, n 56.

Principijs melius est occurrere, quàm post factum vindicare, ibid.

Arma deferens maleuolum animum gestare præsumitur, & cogitare de rixa, nu. 57. maximè contra frequentes delatores & rixantes, nu. 59.

Armorum delatio est de iure prohibita, etiam si utatur ad defensionem, nu. 58.

Armorum frequentes delatores, & rixantes non puniuntur pœna portationis armorum, sed arbitrio Iudicis, nu 59.

Rixantes frequentius durius puniuntur, ibid.

Armorum portationem possunt Barones habentes merum, & mixtum imperium prohibere, num. 60. & ipsæ pœnæ ipsis applicantur, nu 63.

Barones de mero, & mixto imperio inuestiti possunt delationem armorū prohibere, & pœnas sibi applicare infra eorum iurisdictionem, ibid.

Armorum delatio, & retentio potest prohiberi per banna Proregum, Iustitiariorum, Prætorum, & Iuratorum, siue Deputatorum absque licentia, nu. 61. cum seq. secus cum licentia nu 69.

Arma prohibita tenens in loco vicino supposito celata, & abscondita incidit adhuc pœnam, nu 61.

Arma deferens si est rusticus excusari solet, secus si malæ famæ, nu. 62.

Arma deferentes in dubio absoluuntur, & quælibet leuis causa excusat. nu 64.

Arma venenata portantes durius puniuntur, nu. 65.

Armorum portandi licentiam habentes, si ea abutuntur, castigantur, nu. 66.

Arma portantes pro dandis scaticibus, frixijs, & merchis crudelius puniun-

situdo, num. 202.

Iustitiarij debent exercere officium per se, non per substitutum, nu. 108. 109. præsertim vbi est electa persona industria, num. 110. 111. 112. maximè in mero, & mixto imperio habitibus, nu. 118. limita in casibus necessitatis, nu. 113. cum seq.

Iustitiarij debent discurrere campanias pro latronibus inueniendis, ibid. & num. 127.

Substitutum substituendi non inueniri, num. 109. maximè vbi est electa industria personæ, num. 110. 111. 112. cum seqq. fallit in casibus necessitatum, nu. 113. cum seq.

Delegatus delegati non datur, ibid.

Vicarius Vicarij non datur, ibid.

Seruitus seruitutis non inuenitur, ibid.

Vsura vsurarum non datur, ibid.

Decima decimarum non permittantur, ibid.

Qualitas qualitatis non permittitur, ibid.

Officia Capitaneatus non possunt per alium exerceri, & similiam. ibid. maximè vbi est electa persona industria v. g. Credenzarij, magistri Notarij, Dostiori, Scriptore, Iustitiar. M. R. C. Locumtenente, Rege, & inhibentibus merum, & mixtum imperium, nu. 110. 111. 112. 118. fallit in casibus necessitatum, nu. 113. cum seq.

Magistri Iustitiarii officium personale est, & graue, & non potest substitui, num. 111.

Rex non potest substituere filium quoad regimen, sed quoad nomen, nu. 112.

Pater potest constituere filium vicegerentem, & quomodo, nu. 114.

Subrogatus in officio debet esse eiusdem qualitatis, ut subrogans, ibid.

Substitutus in officio non obstante morte constituentis continuat in eo, nu. 115. donec Rex prouideat, nu. 116.

Tutor si absens ex causa commisit negotia pupilli, & moriatur, commissio perseuerat in commissione, ibid.

Substitutus officialis ob absentiam substituentis si facit acta etiam vna die præsente substituente valent, & quare, num. 117.

Officiales substituentes absque causa præter casus, puniuntur, & etiam substituti, 118. cum seqq.

Merum imperium delegari non potest, nu. 119. & seq.

Delegatus etiam à Rege non potest subdelegare, nu. 120. 121.

Vicarius habens causam delegatam à Rege non potest eam alteri committere, nisi potestatem talem haberet, num. 121. vel adesset consuetudo subdelegandi, nu. 122. 123.

Delegatus mortuo delegante potest exercere officium, nu. 122.

Vicarius Principis potest subdelegare, num. 123.

Legatus natus potest sibi constituere Vicarium, ibid.

Legatus Papæ an possit Vicarium generalem cum eadem potestate, & quando constituere, ibid.

Vicarij possunt constitui per Rectores, & potestates locorum in casu necessitatis, etiam ante ingressum prouinciæ, n. 124.

Capitanei possunt sibi creare Vicecapitaneos de noctis, qui referunt delicta, non cognoscunt, num. 125.

Substituens tenetur de culpis, & defectibus substituti, nu. 126.

Barricelli mittentur pro discursu Campaniæ, nu. 127.

Iustitiarij obseruabant punire malefactores in loco commissi criminis, num. 128. & quare, nu. 129. cum seqq.

Delicti locus inspiciendus est, & ad eū fieri remissio, ibid. maximè ad M. R. C. nu. 130. Amplia, num. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. limita, num. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169.

Capitanei debent ad loca delicti accedere, ibique capere informationes, & nuntiare Principi, nu. 131.

Delicti ad locum debet fieri remissio, etiam si ibi delinquentes aliud commiserint delictum, nu. 132. esto quòd Iudex nō esset competens, nu. 133. esto quòd detineantur à Iudice originis, num. 134. in furibus, num. 135. vagabundis nu. 136. esto quòd delinquentes haberent priuilegium exemptionis fori, nu. 137. vel de Casale, nu. 138. & Iudex cogitur remittere, 139. etiā mādator, n. 140. etiam post sententiam formidationis, nu. 141. & præfigitur terminus, num. 142. & cum expensis, nu. 143. fallit in teste deponente falsum, nu. 144. & remissio petatur, & per quas literas, nu. 145. & delicta essent grauia, num. 146. in foro fori, nu. 147. si mittitur summaria informatio, nu. 148. in crimine hæresis, nu. 149. Raptus, nu. 150. in Vrbe Romæ, num. 151. si Iudices non punirent, nu. 152. si adesset consue-

dustria num 207.

Arbitrio Iudicis quando quid remictitur, an, & quando possit vsque ad mortem inclusiue fieri condemnatio, num. 197. præsertim consulto Principe, nu. 198.

Princeps omnes pænas reputat arbitrarias etiam vsque ad mortem, nu. 198.

Princeps debet misereri proborum, virorum delinquentium, num. 199 ratione ingenua confessionis, nu 201. & similiũ

Pœna quibus ex caussis minuantur, ibid cum seqq.

Confessus delictum sponte, & ingenuè pæna minori punitur, nu 201.

Famam bonã habens minoratur de pæna, num. 202.

Prouocatus minori pæna punitur. n. 205.

Carceratus diu miniori pæna punitur, nu 206.

Iustitiarij possunt cognoscere circa compositiones in delictis, nu. 208 cum seq.

Delicta non debent remanere impunita ibid.

Compositiones delictorum quando fiunt per Iustitiarios, & Fiscales debent facere apodixam pecuniarum receptarum, nu 209.

Aerarij recipientes pecunias pro compositionibus delictorum, deben facere cautelas de recepto, ibid & habent tarenos tres pro vncia, & sic decimam, nu. 229 230.

Compositionum in materia delictorum debent fieri per Capitaneum Iudicem, & Magistrum Notarium, & quomodo, nu. 210. cum seq.

Pænas commutandi, potest Princeps concedere licentiam ex benignitate, num. 211. & est de regalijs, nu. 212. nec potest Iudex hoc facere nu. 213. nisi ex commissione, nu. 214.

Princeps facilior est ad indulgendum, quàm ad condemnandum, ibid.

Iudices non possunt absque licentia Principis pænas commutare, aliter sunt puniendi, nu. 213.

Iudices non possunt pænas à lege statutas minuere, & quando, ibidem.

Compositiones delictorum fieri non possunt per Officiales minores, nisi ex concessione Principum, num. 214. & tractantur certa die determinata, nu. 215. vel ex statuta, aut consuetudine, & consultatur cum Principe, n. 216.

Fiscalia tractantur die Sabbati, ibid.

Compositio est licita quando quis fuit contumax, nu. 217.

Compositio in delictis in quibus casibus fieri potest, & in quibus non, ibid. cum seqq. & nu. 221. cum seqq.

Compositionis pecunia soluta succedit loco pæna, quæ Fisco applicatur, nu. 218.

Compositio admittitur præsertim in eo, qui delictum vnum commisit toto tempore eius vita, nu. 219.

Compositio facta in delictis non præsupponit confessionem delictorum, nu. 220.

Compositia non admittitur in grauibus delictis, nu 221. 227. 232. 233. 234.

Compositio an admictatur, vbi processus est completus, & perfectus, nu. 222. & seq.

Compositio admictitur, tam si delictum est probatum, quàm non, maximè in Curijs Ecclesiasticis, nu. 223.

Compositio non admictitur post sententiam, nu. 224.

Compositia non admittitur in delictis iteratis, nu 225.

Compositio non admictitur parte non concordata. & facta remissione, n. 226.

Compositio non admictitur in crimine heresis, læsa Maiestatis, & similibus, nu. 227 furtes, nu. 232.

Compositia non debet fieri, dolo, metu, &c, nu 228.

Compositiones in delictis quando fiunt competit Aerario decima, & tareni tres pro qualibet vncia, nu. 229. 230.

Fisco an. & quando compitat decima in confiscationibus, & compositionibus, ibidem.

Statutum valet, vt Potestas habeat quartam partem de omnibus, quæ fecerit venire in Fiscum, nu. 230.

Aduocatus Fiscalis si sit absens, & eius officium gereret Aduocatus Patrimonij, an pæna interim competentes primo, competant secundo, vel subrogato, nu. 231.

Compositia non cadit in furtis, nec falsitate, nec tonsione monetarum, nu. 232.

Compositio non cadit cum hominibus malæ condicionis, nu. 233.

Compositio non cadit, vbi venit pæna deportationis, mortis, aut mutilationis, nu. 234.

Iustitiarij non accipiant esculenta. n. 235.

Esculenta, nec poculenta non accipiant offitiales, nec eorum vxores, ibidem.

Xenia non possunt acceptari, & quando, ibidem.

Constitutiones Regni Imperatoris Federici obseruari debeant in locis Demanialibus, nu. 236.



VLGARIS Regni Capituli huius locutio satis vtilē cōtinet materiam, & ob id in elegantem vertetur locutionē, agitur serio de officio Iustitiariorum (sicuti separata est etiam rubrica circa officium Magistri Iustitiarij infra in cap. 230. Regis Caroli tom. 8.) de quibus etiam Iustitiarijs fuit tactum supra in cap. 7. Regis Federici tom. 2. & hoc capit. continet multos §§. multasque rubricas sub se, sed capiam primo per ordinem in quibus versetur, & consistat eorum officiū & hoc cap. est primum, ni fallor, in quo incipitur loqui in vulgari idiomate & quidem video quòd eorum offitium ex lectura huius textus consistat in vndecim notabilibus, siue obseruantijs, quas debent obseruare ipsi Iustitiarij.

1 PRIMO obseruabunt nempè † quòd iurabunt ipsi Iustitiarij ad sancta Dei quattuor Euangelia corporaliter tacto libro de obseruando Iustitiā cuilibet cū celeri expeditione, prout de isto iuramento scripsi iam infra in cap. 21. Regis Alph. nu. 1. tom. 4. vbi quòd quilibet potestas, & Offitialis tenetur iurare, aliterque exercens officium teneretur pœna criminis læsæ Maiestatis ex Luc. de Penn. & Bosell. ibi citatis, ad tradita per Farin. de crim. læsæ Maiest. quæst. 113. insp. 1. num. 43 & quæst. 114. insp. 2. & in proœmio Regis Iacobi nu. 35. & quæ dixi supra cap. 7. sub versic. & de primo n. 17. & sic de Magistro Iustitiario, qui tenetur eodem modo iurare tāgo in d. cap. 230. Regis Caroli tom. 8.
2 sic de ipso Vicerege † scripsi in d. num. 35. & addo Io. Franc. de Ponte in tract. de potest. Proregis tit. de assensibus regijs §. 6. num. 15. vbi quòd non habet iurisdictionem, nisi vsquequo fecerit ingressum, & ceperit possessionem in in maiori Ecclesia, vt moris est, & etiā habes in cap. 26. Regis Federici, n. 8 & 9. tom. 2. & consequenter potest Vicerex prædecessor gratias facere, & omnia administrare, & sic de quolibet alio
3 offitiali † ex quo non cessat dignitas, nec iurisdicio alterius, nisi vsque ad aduentum successoris in prouincia, vt post Oros. Canonist. Caldas. Baez. Campag. Cost. Lopez. Guid. Pap. Auendan. Flor. Diez. Molin. Couarr. Bouadill. Matthieus. & plures eleganter citatos per Don Carl. Mastrill. Regium Consiliarium, & nunc tertia vice Iudicem M. R. C. Collegam nostrum eruditissimum in tract. de Magistrat. cap. 21. num. 84. 85. 86. 87. lib. 1. & ante successor nihil potest mandare exercere iurisdicione, nec dicitur successor aduenisse nisi ceperit dictam possessionem, & iuramentum præstiterit §. illud Auth. de admin. l. obseruare §. post hæc ff. de offic. Proconsul. Speculat. & Bald. citati per eundem de Ponte, nu. 21. 22. est verum quod in num. 23. cum pluribus sequent. videtur ipse determinare contrarium, dicens quòd Pro-
4 rex † & cæteri sublimes dignitates habentes, eo ipso quòd sunt expediti, & electi per Catholicam Maiestatem à die electionis prædictæ, & sunt in itinere habendo iter ad Prouinciam, siue locum destinatum, & sic esto quòd adhuc non ceperint possessionem, nihilominus habet iurisdictionem voluntariam, quæ oritur ex consensu partium, non autem contentiosam, vt declaraui supra in cap. 8. limit. 2. addo in terminis Matth. de Affl. in constit. Regni, Puritatem, nu. 4. & seq. tit. 60. de præst. Sacram. Clement. 1. de hære. cap. 1. §. itē Sacramentum de pac. iuram. firm. vbi gloss. & Affl. qui ait quòd in vtroque
5 loco hoc est expresè de forma † quòd iuretur super Euangelijs. gloss. in Auth. quib. mod. natur. effic. sui, §. quamquā, Bald. in rubr. ff. de iureiur. idem Afflict. in constit. Baiuli locorum tit. 87. de sacr. præst. à baiulis eod. lib. 1. vbi dicit quòd officiales debent iurare publicè in præsentia testium, & coram populo, & palam, prout iuraui Ann. 1607. coram populo in officio Iudicatus Regiæ Curiæ Pretoris in manibus primogeniti Illustriss. Marchionis Vigliene Comitis S. Stephani cū Dominis meis collegis, existente tunc ipso Prorege Messanæ, & iterū in manibus Illustrissimi, & Excellentissimi Domini mei Don Petri Giron Ducis Ossunæ Proregis in hoc Regno 24. Ianuarij Ann. 1615. & iterum tamquam Iudex M. R. C. in eisdem manibus iuramentum præstiti cum Spect. Collegis, 12. Februarij 1616. per notata, in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procur. l. 2. ff. ad municipal. cum concordant. per ipsum Affl. sicut est de
6 testibus † vt iurent tactis scripturis, vt tetigi infra in cap. 247. Regis Alph. tom. 5. Affl. in d. constit. puritatem, nu. 4. & 5. ex Innocen. in cap. etsi Christus de iureiur.

iureiur.

iureiur. vbi dicit quòd non sufficit pecuniam tangere, sed super Euangelijs cap. hortamur, 3. q. 9. licet subdat ipse Affl. quòd de consuetudine seruatur contrarium, cap. fin. de consuet. gloss. in d. clem. 1. de hære. gloss. in cap. vt circa de elect. in 6. Host. in summ. de iureiur. §. quomodo, DD. in l. qui per salutem, ff. de iureiur. cum similib. Episcopus †
7 tamen, quando haberet iurare vt testis, debet solum videre euangelia sacra, non tangere. gloss. in Auth. sed Iudex, C. de Episc. & Cleric. Affl. vbi supra, sicut est de Sacerdote † qui nec tenetur
8 iurare ad sacra Euangelia, sed tacto pectore, vt de consuetudine sic durat hucusque, qua vtimur, vt notauit Prouinzalis in l. iusiurandi C. de testib. nam de iure erat contrarium, vt ait Guid. Pap. quæst. 615. Oriebatur, vt ex ista iuramenti præstatione, quam faciebant, & faciunt hodie officiales † olim
9 si contrauenerint contra formam, confisito de hoc, debebant condemnari per M. R. C. ad pœnam mutilationis manus, vt refert idem Affl. in constit. Regni, cum iuxta nu. 8. tit. 72. de salario baiulorum, vbi subdit, ò quanti Iudices, & officiales hodie de iure deberent esse sine manibus: Est verum quòd inter DD. est quæstio an possit die feriata tale iuramentum † præstari, ma-
10 ximè in die Dominico, & alia sollemni die, tetigi in d. proœmio Regis Iacobi d. num. 35. addo quæ refert Surd. cons. 27. nu. 14. 15. lib. 1. vbi tenet quòd non debet præstari die feriato, quia nec testis iuramentum præstitum hoc die valet, licet examinari inquocumq; die possit, aliàs liceat per talem rectorem, vel officialem iurantem seruare statuta in die feriato, contrauenire, ex Thom. de Ferrarijs cautel. 3. vbi infert sic esse
11 in notario † qui die feriata fuit descriptus in matricula, & iurauit seruare statuta, & rectori obedire: sic subdit in re-
12 ctore † qui assumit Capputium die feriato, & iurat super statutorum obseruantia, Flor. in tract. de solin. iur. §. 49. nu. 1. vbi quòd in festo conceptionis B. Mariæ Virginis, nec in alio in honorem Dei introducto non potest iurari in contracti-
13 bus, nec in alijs actibus † quantumuis voluntatis, nisi sint ex necessitate, & si iuretur, non valebit iuramentum, quinimmo iurans poterit contrauenire absque metu periurij, & solent boni Iudices in Regno interloqui, & ecor, non obstante imperitia quorundam notariorum, qui celebrant contractus indifferenter in diebus festiuis absque causa vrgenti, & in locis habitatis omni tempore, & maxi-
14 mè in donatione † quæ non valet facta die dominico, vt refert Surd. d. nu. 14. & 15. addo Caualcan. decis. 9. n. 31. parte 4. voluit idẽ Surd. cons. 122. nu. 5. libr. 1. vbi adducit easdẽ authoritates, & sũt limitatiua eorũ, quę dixi in Consuet. Panor. cap. 70. n. 23. vbi licet instrumẽta, & actus voluntariæ iurisdictionis possint fieri die feriato etiam in honorem Dei, addo Specul. Maran. & alios per ipsum Surd. & Bertacchin. in l. ueta. feriato die, part. 2. tamen non potest ea die validè iurari non obstante quòd aliàs dubius scripserim super quodam voto cuiusdam Do-
15 ctoris Melitæ. Et omnibus prædictis addo post l. 1. le Plas Bald. Auẽdag. Autil. Fontanell. Montan. Bursatt. Cancer. Gazill. & alios Don Gars. Mastrill. in d. suo tract. de Magistrat. cap. 2. num. 47. 48. 49. 50. 51. & 52. lib. 1. vbi quòd iurant seruare statuta, & loci consuetudines. Item tenentur iurare † dicti officiales quòd non habuerunt officia propter pecuniam, vt dixi supra in cap. 7. nu. 31. & 32. & per tradita ab eod. Don Gars. Mastril. in d. tract. de Magistratibus cap. 30. per tot. lib. 1. & cap. 1. lib. 2. habendo tantum præ oculis Deum, & iustitiam, non mouentes se odio, amore, pretio, nec timore, prout in materia Iustitiæ habes hæc requisita sup. etiam in cap. 7. Regis Friderici in princ. cum cõcordantib. ibi positis, tom. 1.

SECVNDO obseruabunt quòd
16 eorundem Iustitiariorum † cognitio versabitur in tota eorum iurisdictione, & vallibus, in quibus sũt cõstituti, vt habes in cõst. Iustitiarij. tit. qualiter Iustitiarij se debeant regere in prouincia, lib. 1. vbi Afil. in princ. circa, nempe causas infrascriptas capitales, siue criminales, idest circa ... Causas capitales, vel criminales, quarũ realiter est ipsorũ Iustitiariorũ
17 cognitio † vt ait Surd. cõs. 56. in princip. libr. 1. idest vbi pœna applicatur Fisco, n. 19. nã dicitur tunc causa criminalis magna latrocinia: (& prout subdam in 7. obseruantia) a xx. Augustalibus vltra, de isto Augustali fit mentio in cap. Ric. 97. in textu tom. 4. & in puncto infra etiam fit mentio in cap. 471. Regis Alphon. tom. 3. idẽ Afflict. in cõstit. Regni Iustitiarii. tit. 44. de offic. iustitiariatus, libr. 1. & ibi est textus apertissimus, in versic. magnum autem furtum, & puto esse

esse differens ab illo augustale ratione
contumaciæ, ob quam solvitur porte-
rio ob missionem in possessionem causa
rei servandæ, vt tetigi in d. cap. tit. 97.
vbi in effectu est vnius careni pœna, vt ha
betur in cap. 248. eiusdem Regis Alph.
tit. de iurib. servientium, versic. item
servientes habent carenũ vnũ, quod augu
18 stale † importabat carolenos quinde-
cim, addo Batiũ ad eudẽ Affl. in proœm.
constit. Regni fol. 25. col. 2. quæ moneta
hodie raro invenitur, vt ipse ait, quem-
admodum etiam ratione contumaciæ
prædictæ eodem modo solvebat Vniver-
sitas citata, & contumax, nam eroga-
bat dimidium augustale pro quolibet
foculari, & fiebat tunc executio à tota
vniversitate, vt ait idem Affl. in constit.
dubitationem sub nu. 10. tit. 101. de con-
tumac. Vniversitatis libr. 1. Beneverum
quòd in hoc eodem textu nostro in vers.
19 & licet, dicitur, quod potest † crimina-
liter, & civiliter cognoscere, & per ea,
quę dixi in cap. 43. Regis Alph. n. 9. tom.
4. etto quòd dicta latrocinia essent mi-
noris quantitatis, quia volẽs accusator
accusare corã dicto Iustitiario, vel denũ
tiare, hoc potest facere, sed illud civili-
ter mihi non satisfacit, quia non video
Iustitiarios posse cognoscere civiliter,
nisi in consequentiã, & vt declaro infe-
rius, nu 78. (sicuti de Magistris Iustitia-
rijs scripsi infra in d. cap. 230. Regis Ca-
roli versic. secũdo scias tom. 8. vbi quòd
non obstante, quòd eius sit cognoscere
causas criminales, nihilominus potest
etiam quandoque de civilibus deter-
minare, ex quo dicitur generalis Iudex,
vt ait Andr. de Yser. in constitut. statui-
mus. tit. de officio Magistri iustitiarij &
20 maximè de Præsidibus † provinciæ,
quia Præses provinciæ habet maiorem
iurisdictionem, ac cognoscit etiam de
his causis civilibus, Affl. in cõstit. Regni
Præses nu. 1. tit. 53. vt Iustitiarij lib. 1. &
ad multos casus facio limitationes in d.
capit. 230. & latissimè tracto de officio
hoc Magistri Iustitiarij in cap. 29. Re-
gis Ioannis tom. 6.) & sic in consequen-
tiam semper cognoscunt, saltim per eo-
rum iudices, vt alibi recordor dixisse
circa furtorum restitutionem, & tan-
gam inferius: & patet expressè in hoc
textu in versic. sive §. item cognoscerant
nò, & vt subdam in versic. declaro secun
do d. nu. 78. 79. 80. 81. & sic in summa of-
ficium Iustitiariorum est cognoscere de
21 omnibus delictis † pro quibus venit im-
ponenda pœna corporis afflictiva, vel
mutilationis membrorum, vt hic sub-
ditur, etiam in terris baronum, vt his
in x. observantia disponitur, & ibi tan-
go inferius remissivè; Faciendo, & te-
22 nendo † conferendam in his causis fisca
libus, saltim in qualibet hebdomada, v.g.
in die Veneris, vt dixi in d. cap. 43. Re-
gis Alph. d. nu. 9. non autem per calen-
das, prout solebant olim facere Iusti-
tiarij per provincias, sed omni tempo-
re ministranda est præter dies feriatos
(per ea, quæ posui latius de Iustitia su-
pra in d cap. 7. Regis Federici præsertim
in versic. item tom. 2.) & hoc cum eo-
23 rũ iudicibus, quia Iustitiarij † sive Ca-
pitanei habent eorum Iudices, vt dici-
tur in d constit. Iustitiarij, & ibi Afflict.
nu. 4. vbi subdit quòd possunt ipsi Iusti-
tiarij committere eorũ Iudicibus audi-
entiam quæstionum; sunt enim ipsi Iu-
dices Iustitiariorum Consultores, & As-
sessores; vel meliùs quòd & si sint Iudi-
ces, tamen proferunt sententias cri-
minales vnà cum dictis Iustitiarijs; vt
in Archivis videri potest; hinc noto
24 quod Iustitiarij † sunt caput Iudicum,
ipsique Iudices tenentur eis obsequium
præstare, quia aliter de per se in causis
criminalibus non possent sententiare
ipsis Iustitiarijs non existentibus præ-
sentibus in dicta conferenda; & licet in
curia proferant sententias sub nomine
Iustitiariorum, ipsis ibi non existenti-
bus, hoc aut est per abusum, vt ait Affl.
vbi supra, qui excusat siquidem in hoc
(quasi sit deleatur, vt dixi supra in cap.
26. Regis Federici in fine tom. 2.) vel
propter impedimentum ipsorum Iusti-
tiariorum, qui non possunt ibi assistere
vel pro eorum recreationibus, aut oc-
cupationibus, sicut adnotavi super
Pragmat. huius Regni tit. de offic iudic.
M.R.C. pragm. 13. §. 9. tom. 11. pragma-
25 ticarum, vbi quòd licet † vnus ex Spect.
Iudicibus ipsius M.R.C. regat Curiam
solus in die Mercurij, & Sabbati, & sic in
die regiminis, hoc est factum propter
legitima impedimenta, quæ in dies so-
let habere Illustris Præses, qui est, lo-
cum tenens Magistri Iustitiarij, vt re-
cordor posuisse in d. cap. 29. Regis Io-
annis, & in d. cap. 230. Regis Caroli cu-
ius est etiã propriũ regere Curiam cũ
baculo per ea, quæ ait idem de Afflict.
in constit. Regni, officia sub num. 1. tit.
56. vt Iustitiarius alium loco sui &c. lib.
1. vbi ait quòd ad locum tenentem spe-
ctaret regere Curiam, vt vidi ego quan-
doq; Præsidem cum Iudicibus regere

Curiam,

Curiam, vel interuenire, dum leguntur sententiæ graues, & maximè in criminalibus quando aliquis condennatur ad mortem processiuè, intantum vt non posset etiam cum voto totius M. R. C. eiusque consensu facere quòd vnus ex dictis Iudicibus possit tenere locum, & baculũ Regentis tẽpore regiminis Curiæ; sed subdit ipse Afflict. quòd dum erat Iudex Vicariæ Regni Neapolis, quando Regens, siue Præsidens erat impeditus solebat procurare quòd Dominus Rex daret licentiam vt vnus ex dictis Iudicibus M. R. C. possit sedere in dicto loco Regentis, & virtute dictæ permissionis sic postea fuit obseruatum, aliàs subdit quòd Iudices stante dicta constitutione ponerent se in magno periculo, ex quo Neapoli non poterant ferre sententias

26 † Iudices absque præsentia Regentis, etiam quòd ipsum nominarent in sententia. Iacob. Butrigar. & Angel. in l. cum sententiã C. de sent. & interl. omn. Iudic. idem Afflict. in constit. Regni, cum noua, nu. 4 tit. 78. de instrum. confic. Nisi dicamus secundum eum quòd possent se excusare dicti Domini Iudices quia po

27 test Præses † propter sui absentiã in hoc substituere alium, & sic vnum ex Spect. Iudicibus, arg. l. 2. C. de offic. eius, cui mandat. est iurisd. & alio legitimo impedimento, ex adductis per Alex. in l. 1. col. 23. & 24. ff. eod. & in l. solet, & in l. more, ff. de iurisd. omn. iudic. gloss. i cap. 2. de offic. deleg. lib. 6. & in hoc Regno Siciliæ nullum adest periculũ stante dictæ Pragmaticæ dispositione: sic etiã infert ipse Afflict. in cõstit. ab omnibus n. 2. tit. 75. de sent. in script. ferẽd. quòd si v. g. Iudex

28 esset cæcus † qui non posset (quòd potest esse vt tetigi supra in cap. volentes quod est cap. 28. Regis Federici restrict. 3. illatione 3. tom. 2.) legere sẽtẽtiã in scriptis proferendã, tunc, stante hac necessitate, poterit per aliũ legere per l. cæcus ff. de iudic. l. qui fuere ff. de stat. homin. Bald. in l. fin. C. de sent. ex breuit. recit. sicut

29 posset etiam Iudex † eo præsente facere legere sententiam formatam in scriptis per Magistrum notarium, quia valet, dummodo, lecta sententia, Iudex diceret, scribe Magister Notari quòd ita ego pronuncio, & declaro, & condemno, ex Bald. & alijs per ipsum Afflict. loco citato, & sic est vna de limitationibus quòd licet Iudices debeant legere sententias per se, non per alios, prout in d. pragm. tamen fallit hoc casu, sicut etiã

30 fallit quando Iudex † esset persona Illustris, vel Episcopus, prout obseruant Domini Inquisitores, vel de consuetudine, nam & his casibus possunt legi sententiæ per alios, Marant. part. 6. num. 56. & sic, vt reducam me, cõcludo quòd Iustitiarij habent eorum Iudices, & faciunt prædicta contra aliquos nostra ætate Iudices Curiæ Præturæ, qui renuebant associare Capitaneũ Vrbis, ad carceres pro faciẽda visita, quia ex prædictis apparet teneri, & supradicta nota, quia non inuenies sic per alios tacta.

31 § . Furta † de quibus etiã aliqua posui in d. capit. 471. Regis Alph. & in cap. 30. Regis Incliti Ioannis tom. 6. & maximè reperta penes aliquem, quia contra eum erit præsumptio, sicut is præsumitur aquam dixisse, qui aquam eandem super suo prato reperitur habere, vide post Alex. Blanc. Alberic. Bald. Surd. cons. 32. num. 7. lib. 1. cum similibus, quæ dixi in consuet. Pan. cap. 19. num 18. & quæ subdam modo in sequenti versiculo, & latè ponit in materia Io. Ant. Bosell. ad Stat. Parmæ tit. de furtis fol. 167. non obstante quòd

32 v. g. fur fecisset pactum † cum eo, qui passus est furtum quòd si nempè indicaret fures, ab ipso nihil peteret, si sibi ex illa causa in aliquo teneretur, quo stante indicat furtum, & apparet eum fuisse de furibus, hoc non obstante potest nihilominus dominus agere cõtra eum actione furti, nec iuuabitur fur ex pacto, sic dixi in d. consuet. 19. num. 20. & seq. addo Bartol. in l. 3. §. si ex stipulatu ff. ad Syllan. vbi, qui est particeps † de-

33 licti, non debet habere præmium promissum, cũ quo est com. opin. quam sequitur Carrocc. in tract. de locat. & cõd. tit. de mercede remunerat. n. 158. quod facit ad actus impunè, vt in d. consuet. dixi n. 21. ¶ Immo videmus tã hoc exe-

34 crabile esse delictũ furtorum † vt quãdo esset cõmissum à nobilibus viris, faciat eis perdere nobilitatẽ, & augetur pœna ob grauitatem, & circumstantias, siue qualitates delictorum, vt dico inferius in 7. obseruantia prope. finem (& vbi in eis esset imponenda pœna decapitationis, vt post Bart. Bald. Copoll. Afflict. & alios ait Caballus modo citandus, & nõ pœna furcarũ, siue suspensionis, quæ, alijs plebeis, & ignobilibus solet dari tanquam ignominiosa ex his, quæ dixi supra in cap. 52. Regis Iacobi nu. 74. tom. 1. & tamquã ea, quæ infert maiorem pœnam, ac dolorẽ ex illo temporis tractu, vt dixit Bald. cons. 426, n. 4.

lib. 1. ficut eſt etiam pœna combuſtio-
nis, quæ maior eſt quàm pœna ampu-
tationis capitis, vt per Bald. in l. vnica
nu. 1. C. de rapt. virgin. Soccin. conſ.
157. nu.4. 14. & 15. lib. 2. licet ipſe re-
neat ex ſententia Phiſicorum quòd de-
capitatio pro illo minori inſtanti af-
ferat maiorem dolorem, quàm ſuſpen-
ſio pro maiori inſtanti, Dec. conſ. 65.
ſub nu.4. Crauett. in tract. de antiquit.
temporis part. 4. §. videamus modo,
nu. 27. Rip. in tract. de peſte, tit. de re-
med. præſer. num. 140. Farinac. lib. 1.
quæſt. crimin. tit. de delict. & pœn.
quæſt. 18. nu. 85. & clarius cauetur ex l.
capitalium in princ ff. de pœn. vbi pri-
mò connumeratur damnatio ad fur-
cam, mox viui concrematio, deinde ca-
pitis amputatio, & ſic duo prima viden
tur tamquã ſummũ ſupplicium, Caball.
in eius reſolutionib. criminalibus Caſu
99. n. 96. 97. 98. & ſic nobilibus facit al-
leuiare pœnas, poſui ſupra in cap. 117.
Regis Fedtrici, n. 58. tom. 2. & quę pono
infra n. 204) ita poſt Cepoll. cõſ. 39. n.
24. cum ſeq. Fœlin. Marſil. Grammat.
Carrer. Affl. Parid. de Put. Iul. Clar.
Boſſ. & alios tradit ipſe Caballus, nu.
105. 106. 107. 108. & 109 vbi quòd in
delictis enormibus non conſideratur no
bilitas, ſed debent ſuſpendi dicta pœna
furcarum, & ita aliàs fuiſſe condemna-
tos Armigeros, & milites ex nobili pro-
genie, qui furto ſubtraxerant ✠ ar-
genteam, & calices cuiuſdam Eccleſiæ,
& alia ornamenta precioſa, quibus
erecta fuit altiſsima furca cum tota co-
35 mittiua furum. Maximè de nocte † ſi eſ-
ſent dicta furta facta, & per hoc inui-
gilant Magiſtri excubiarum, ſiue Sur-
terij, l. 3. verſic. cognoſcit ff. de offic.
præfect. vigil. & ordo ſeueriſſimus; &
ſanctiſſimus adeſt factus per Illuſtriſſi-
mum, & Excellentiſſimum Dominum
Proregem noſtrum Ducem Oſſunæ in
hoc particulari.

§. Domorum, ſiue ianuarũ, & porta-
36 rum fracturas † vt dixi in conſuet. Pa-
nor. cap. 60. nu. 15. ſubaudiendo circa
furta, vt in antecedenti verſic. tetigi,
& de quibus dicitur in d. conſtit. Iuſti-
tiarij propè princip. Affl. in conſtit.
regni, baiuli locorum, nu. 15. 16. 17.
tit. 63. de offic. baiuli, in quo negotio
aduertunt Surterij, & excubias facien-
tes, d. l. 3. ff. de off. Præfect. vigil. verſic.
cognoſcet, & verſ. effracturæ (quamuis
in caſu locationis, & conductionis do-
mus poſſet frangi ſaltim clauſura ex di-
ctis in conſuet. Panormi cap. 34. num.
42.) & tempus aggrauat delictum quod
37 ſi eſt de nocte, vtiquè durius punitur †
Iſern. in conſtit. Regni, ſuper inciſio-
nibus tit. de maleſic. fol. 48, col. 2. in fi-
ne, maximè cum ſcalis, quia ſolet im-
poni pœna mortis, vt poſt Vincent. de
Franch. qui loquitur in pũcto circa eos,
qui apponunt ſcalas de nocte in ciui-
tatibus ad domos ad effectum furandi,
deciſ. 333. Carrer. in pract. crimin. §.
circa igitur ſub nu. 46. Caballus in eius
reſolutionibus criminalibus, caſu 99.
nu. 61. d. l. 3. §. effracturæ, ff. de offic. Præ
fect. vigil. vbi etiam punit effracturas
horreorum, quia in domibus & horreis
homines pretioſiſsimam partem for-
tunarum ſuarum reponunt, & iddem
de effrangentibus cellas, arcas, vt
ibidem.

38 §. Inſultum excogitatum † de quo vi-
deas ſupra in cap. 33. Regis Iacobi, nu.
21. 22. 23. tom. 1. & habes inferius de
animo excogitato in verſic. rixas.

§. Incendia, & contra ignem proij-
39 cientes † habes in d. tom. 1. cap. 15.
num. 21. eiuſdem Regis Iacobi, & ob
hoc eſt etiam conſtituta cohors, & fa-
milia vigilum, & excubiarum, vt in d.
l. 3. verſic. cognoſcit ff. de offic. præ-
fecti vigil. præſertim contra eos, qui
comburerent acta publica in perniciem
Reipubl. vt veritas apparere non poſ-
ſet, nam vt falſarij puniuntur pœna
mortis l. vbi C. de falſ. & ibi Angel.
Affl. in deciſ. 404. ſub num. 17. de quo
tetigi infra in cap. 79. Regis Caroli
ampl. 9. tom. 8.) & præſertim ſi incen-
40 dia eſſent in medes † quia tunc eo ma-
gis augetur pœna in terrorem aliorũ,
vt videbimus infra in 7. obſeruantia
quaſi propè finem, & ſolent plerumque
41 ij † qui negligentius ignem habuerunt
culpa ipſorum inhabitantium, fuſtibus
caſtigari, vel ſeuera interlocutione com
minati fuſtium ipſorum caſtigatio re-
miſſi, d. l. 3. ff. de offic. præf. vigil. iun-
cta l. 4. eod. tit. nam in ſumma debet vi-
gilia dicti Surterij, & Magiſtri excu-
biarum attendere per totam noctem
oberrando, & vigilando calceatum cum
hamis, & dolabris, ſimilibuſque armo-
rum generibus adhibendo curam, om-
neſq; inquilinos admonere ne per negli-
gentiam aliquam incendij caſus oria-
tur, & conſequenter, vt quiſque in cœ-
naculo ſuo aquam habeat.

§. Arborum fructiferum, vitium,
42 & vinearum inciſiones † eſt etiam co-
gnitionis

gnitionis criminalis (& hoc casu pœna
magis augetur ad aliorum terrorem, di-
cam inferius in 7. obseruantia propè fi-
nem) vt habetur in hoc textu propè
principium, ibi, d'incisioni di arbori, &
quoad vites est etiam de iure communi
& sic tenet Iul. Clar. in pract. criminali
quæst. 68. in fine, est gloss. in l. sciendum
ff. arbor. furt. cæsar. vbi Carauil. ex Grā-
mat. decis. 36. nu. 4. Franc. Marc. decis.
751. Ysern. in constit. Regni, super inci-
sionibus, tit. de malefic. in gloss. vnde
quando, constit. Regni, Iustitiarij no-
men, tit. 44. de offic. Iustitiariatus, pro-
pè princip. lib. 1. & ibidem Affl. qui ait
43 quod vitis † significatione, etiam arbo-
res continentur, l. vites ff. arbor. furt. cæ-
sar. & ideo hic in textu, & in dictis con-
stitutionibus semper ponitur de vtro-
que, nempè arborum, & vitium, quia
hoc est causa tollendæ dubietatis, quod
tamen ius commune nō lædit, l. qui mu-
tuam ff. mand. & præsertim intelligas si
dictæ arbores essent fructiferæ, quia sic
loquitur hoc Regni Capitulum, & ita
expressè dicitur in d. constit. Iustitiarij,
ibi, arborum fructiferum, &c. Cognitio-
nis criminalis esse dico hoc delictum in-
cisionis arborum, vt fuerat cognitum de
iure constitutionum Regni, Constit. su-
per incisionibus tit. de malefic. clande-
44 stin. puniend. vbi in effectu † non reper-
to delinquente, qui delictum commisit
de nocte, & non aliter, tenentur ad dam-
na homines vicini locorum, arg. eorum,
quæ dixi in cap. 45. Regis Iacobi sub
versic. nisi, tom. 1. si autem reperiantur
in ipso facinore, præsertim inuenti, &
capti, aut aliter legitimè conuicti, ca-
pite puniantur, intelligendo de noctur-
nis furibus, vt declarant ibi scribentes
& de iure communi tales latrones ar-
borum furtim cæsarum furcis suspen-
debantur, l. capitalium §. famosos ff. de
pæn. gloss ordinaria in d. l. sciendum, &
subdit Ysernia loco citato quòd si fu-
randi causa fur hoc fecit, tenetur furti
in dupplum, si quę contrectaret post, fu-
itque deprehensus, in quadruplum, in-
tantum vt dupplicabitur, & quadrupli-
cabitur dictum pretium, ex d. l. sciendū;
si vero non ex causa furtiua, sed vt
damnum daret, vt puta quia erat ini-
micus, vel ex alia causa, eo casu ad emen
dationem damni tenetur l. 1. §. 1. §. ad
l. aquil. l. fin. ff. de furt. & sic vel extra-
ordinariè ad arbitrium iudicis, vt vo-
lunt scribentes in d. constit. sicque vi-
demus quòd prohibitum est incidere
arbores fructiferas; intantum, vt nec
45 Iudex † neque alius inferior offitialis
possit ordinare, vt pro contumacia
v. g. incidātur vites, & arbores (sicut
nec domus, vt posui supra in cap. 25.
Regis Federici versic. ita legitur, tom.
2. nisi in casibus, vt ibidem posui prop-
ter enormitatem delicti, & rebellionis
& pro vt ibi subdidi nu. 9. posse compa-
rere ij, quorum interest, habentes ta-
lia bona obligata, & impedire dirutio-
nem, vt post Bald. in l. 1. §. seruus ff. ad
syllan. ait Io. Franc. de Ponte in tract. de
potest. Proregis tit. 3. num. 35. & 36. qui
sic fuisse practicatum Neapoli refert in
causa Baronis Comi, & dum per Popu-
lares fuit occisus ipsorum Electus, & nos
in hoc Regno Siciliæ sic legimus fuisse
obseruatū, quando fuit ordinatū vt do-
mus de Scoreialupo diruatur Ann. 1518.
nā comparuit Aleonora Farfaglia ann.
sequenti, & prætendit dotes, & dodariū,
& fuit interlocutum * quòd satisfiat sibi
super prædictis, & Ann. 1535. cōparuit Io.
Matth. Lampiso, & tamquā proprieta-
rio fuit restitutum terrenum dirutum,
sic sentit Affl. in proœmio Constit. Re-
gni fol. 21. sub num. 49. ex DD. in l. si is
cumquo ff comm. præd. Paris de Put. in
tract. syndi. in verbo, contumacia, quæst.
46 2. intelligunt DD. procedere tempore
hostili, alias si quis incideret vites † aut
fructiferas arbores alio tempore, & pro
necessitate calefaciēdi, alia pæna debe-
ret imponi, Iul. Clar. vbi supra vers. vasta
tores; quē sequitur Carau. ita loco citato.
47 §. Violentias mulieribus illatas † ap-
portaui pulchras concordantias supra
in cap. 18. nu. 38. 39. 40. Regis Iacobi d.
tom. 1. addo Luc. de Penna in l. prohibi-
tum C. de iure fiscali lib. 10. de qua le-
ge etiam ibidem memini.
§. Rixas duorum, vel plurium, qui
48 animo excogitato † rixantur (de quo
animo excogitato iam memini superi-
in versic. insultum) habes supra in cap.
114. Regis Federici tom. 2. maximè cō-
tra inimicum; quia ex quo inimicus
malè semper cogitat de inimico, præ-
sumitur in eo animus deliberatus, &
præmeditatus secundum Alberic. in l.
& si amici domum ff. de adulter. Boss.
Blanc. & alij Doctores plures relati
per Sutd. Iunior. cons. 40. nu. 1. 2. & seq.
vol. 1. vbi instruunt Fisci Patronum quo
modo habeat procedere, ex quo læsus
sēper præsumitur quòd voluerit vlcisci
& nocere, & propterea, subdit ipse Sutd.
nu. 4. & 5. quòd affectat rixam, stante

quod habet animum occidendi, unde cauti Iudices solent considerare naturam verborum, v. g. viso inimico si acclamaretur, occide, occide, &c. ¶ Item
49 ex delatione † armorum præsumitur malum gestare animum, vt posui in d. cap. 53. Regis Iacobi num. 27. tom. 1. quib. addo post Blanch. Ysern. Bal. Laudens. Præposit. & Aluarot. eundem Surd. num. 7. animus quippe deliberatus, & præmeditatus cognoscitur ex quadam meditatione, & destinatione committendi homicidium, & deinde ex interuallo sequitur, Bald. Clar. Angel. & Boss. per Surd. num. 19. Præsertim si sequatur
50 mors † nam tunc præsumitur factum homicidium appensatè cum animo occidendi, vt declarat post Boss. in tit. de Homicid. nu. 5. Clar. in §. homicidium nu. 9. in sua praxi criminali, qui animus excogitatus debet probari per accusantem
51 † ex quo in dubio non præsumitur secundũ Marsil. consil. 7. & cons. 51. Boss. loco citato n. 46. cũ alijs citatis per eundẽmet Surd. cõs. 33. n. 5. & seq. vol. 1. vbi ipse post Angel. Marsil. Bald. Put. Carrer. Bonifac. & alios tenet contrarium quòd immo præsumatur, est verũ quòd quando homicidium, vel rixa esset cõmissa inter affines, non præsumitur secundum eum nu. 6. & amicos, sed semper præsumitur hoc casu homicidiũ casuale, referens hoc esse notandum, & magnæ importantiæ, & quotidianum, ibique erat casus quòd frater vulnerauerat fratrem in mensa, & mortuus erat; sicut in rixa non præsumitur animus deliberatus, Surd. d. cons. 40. num. 17. 18. sed in ipsa rixa occisus absque animi deliberatione, vt puta si v. g. superuenisset aliquis, qui occidisset, & ita fuisse decisum * testatur post Clar. d. n. 18. ergo dicto animo deliberato cessante, si sequatur homicidium, aliter præsumitur quàm ex dolo, sed ex culpa, vt puta quando quis ad sui defensionem occidisset (vt tetigi supra in cap. 7. Regis Federici vers. sic. iddem tom. 2. remissiuè ad cap. 45. Regis Iacobi illatione quinta per totam tom. 1.) addo eundem Surd. loco citato, vbi post multos determinat esse licitum aliquem occidere ad
52 sui defensionem † etiam si defensio tenderet pro consanguineis, vel pro amicis, vt puta si frater occidat rixantem cum suo fratre, ex quo difficile est temperare iustum dolorem, & ita absoluimus à morte, sed condemnauimus * in publica visita per Curiam Capitanialem huius vrbis Panormi quendã Con-zariorum ad triremes per triennium, eo quòd occiderat quendam, qui rixabatur cum eius fratre, vt retuli coram Excellentia sua Ann. 1608. ex Bald. in l. 1. C. vnde vi. Carrer. & alijs relatis per Surd. Est verum quòd si vulneratus oc-
53 cidat † vulnerantem fugientem, videtur quodammodo facere ad vindictam, non ad defensionem, vt per dictos DD. modo citatos & per Surd. nu. 8. & tunc licet non debeat puniri vt dolosus, tamen vt culposus sit, nu. 21. cum seq. vbi refert mitigandam pœnam, quia inconsultus ille iracundiæ calor malitia caret, & nu. 47. vbi latè, & pulchrè; Vel
54 nisi vigeret statutum † puniens occidentem aliquem quouis modo, & qualitercumque, quia tunc comprehendit etiã eum, qui ad sui defensionem occidit, vt post Salicet. Alex. Iason. Crott. Ruyn. Gozadin. Rolland. & aliós idem Surdus sentijt cons. 73. nu. 65. libr. 1. sed reuera periculosa mihi videtur hæc limitatio, nec puto, salua pace tantorum virorum, tale statutum valere.

55 §. Læsæ Maiestatis crimen † vide supra de hoc particulari cap. 48. lim. 4.

§. Arma molita, siue offensiua extra-
56 hentes † recurre ad dicta in d. cap. 53. Regis Iacobi nu. 57. 58. vbi multa scripsi per totum illud capitulum cum ibi citatis, ibique memini de cap. 16. & cap. 109. Regis Federici & ibi Boniorn. tom. 2. vbi melius est ab initio occurrere, quàm post factũ vendicare l. 1. C. quand. lice. se sin. iud. vendic. l. fin. in quib. casib. restit. in integr. non est necess. cum soleat dici, principijs obsta, sero medicina paratur, & in dictis locis tractatur ad satur. satè materia portationis armorũ, & cap. 113. vbi maximè circa bordonarios coquos, ragatios, seruos, ac viles, & indignas personas, similesque titulos fecit Rex Petrus post cap. 4. inter capitula eiusdem Regis Federici fol. 308. ratio prohibitionis est, quia dicunt DD.
57 quòd deferẽs arma † maleuolum animũ gestare præsumitur, & præsumitur cogitare de rixa, vt post Blanch. Ysern. Bal. Laudens. Præposit. Aluarott. & Bru. scripsit Io. Petr. Surd. cons. 564. num. 13. & 14. vol. 4. & ego plures congessi in d. cap. 53. Regis Iacobi nu. 27. quod præsens statutum, & concordantia capitula sunt conformia iuri communi, quia de-
58 latio † armorum est de iure prohibita, etiã si quis eis vteretur ad defensionẽ, vt post Natt. & alios loquitur Surd. d.

cons.

conf. 54. num. 53. lib. 2. sed non placet
mihi hoc, ex quando iure naturæ defendi-
mur. Et procedit maximè, & multo for-
tius contra frequentes delatores armo-
59 rum † & frequenter rixantes, qui, vt di-
xit Afflict. in cōst. Regni, lib. qui n. 4. & 8.
tit. 51. de inquisit. lib. 1. non puniuntur
pœna portationis armorum, sed pœna
arbitrio Iudicis, etiam ponendo eos
super triremibus ad tempus, arg. eorum
quæ dico infra in cap. 77. tit. de non lu-
dendo &c. vel fustigando, quando non
habent in ære de cap. 113. eiusdem Regis
Friderici, ex regula quòd qui non habet
in ære, luat in corpore. Item procedit
etiam si esset prohibita dicta delatio
60 armorum per Barones † & alios, qui
possunt hoc facere, & statuere quando
habent causas meri, & mixti imperii,
dummodo prohibitio non sit vltra eo-
rum iurisdictionē, vt sentit etiam Bal-
dus de quæst. particularibus quæst. 1. nu.
34. & facit pro his bannis, quæ promul-
61 gantur † anno quolibet per Illustrem
Prætorem, Spectabiles Iuratos, & per
Spectabiles Capitaneos in principio of-
ficii, vt nullus extrahat arma, nec por-
tet sine licentia eorum, vel ne teneān-
tur aliquæ species armorum in domo
nec alibi nisi soluta certa mercede, pro-
ut ex modernissima Pragmatica edita
per Excellentiam Illustrissimi, & Excel-
lentiss. Proregis Ducis Ossunæ per quā
vetatur cuilibet tenere scopettas, nec
portare pugionē, nisi cum apodixa De-
putationis, nam, quoties inuenitur de
hoc contrauentio Fiscus facit partes su-
as, & indies videmus prosecutiones de
hoc, & plures condemnauimus ad trire-
mes, & plures ex gratia Principis abso-
lutos, & isto casu nec prodest, neque re-
leuat tenere dicta arma alibi, vt habe-
mus præ manibus in Curia Capitaniali
Ann. 1615 contra quemdā de Ferracani
prosecutum de hoc, & excepit quod sco-
pettam tenebat non in molendino, vbi
commorabatur, sed in canneto retro
propè ipsum molendinum, vbi fuit in-
uenta dicta scopetta, & ex subicionibus
ipse sic fatetur, hoc enim videtur eum
excusare a pœna d. pragmaticæ impo-
nentis in personis vilibus pœnam tri-
remium, & licet potuisset allegari in
eius fauorem Bartholom. Bertazol. con-
sil. 75. vol. 1. vbi in puncto substinet par-
tes cuiusdam rustici prosecuti de simili
casu quòd absconditit arma (prohibita
portari, & teneri) in lignario, & in la-
tere, & sic non tenebat in domo, quasi di-
cat quòd non fecisset rem prohibitam
eo quia statutum, siue bannum, de quo
ipse loquitur imponebat pœnam defe-
renti, & retinēti in domo, & consequen-
ter cum simus in pœnalibus, statutum
deberet restringi, ac strictè interpre-
trari tamquam odiosum, & maximè
accedente bona fama illius rustici, quæ
facit pro innocentia prosecuti, & per a-
lias rationes ab ipso Bertazol. addu-
ctas, nam in casu dicti de Ferracani sci-
ebat vim, & efficaciam nostri statuti,
stante quòd erat conscius non posse te-
neri nec in domo, neque alibi scopettas
& per aliam pragmaticam Messanæ
Datam 9. Octobris 1612. ibi [non deb-
bia, possa, ne presuma tenere in casa,
ne in altro loco], absque apodixa dictæ
Deputationis, solutis prius tarenis octo,
& ipse fatetur in eius subitionibus in d.
canneto absconditis, eo quia expecta-
bat apodixam pro licentia, & fatetur
commisisse cuidam suo amico, vt ap-
portaret eam sibi, ergo interim sciebat
eam non posse tenere, fortius quia vl-
tra dictam transgressionem pragmati-
cæ dictus de Ferracani erat prosecutus
in eodem eulogio de ictu scopettæ in
personam cuiusdam sibi suspecti de
inimicitia, & aderant testes de ven-
ditione eiusdem met scopettæ, &
62 sic non erat illius bonæ † famæ, vt
præsupponunt Doctores ex Marsil. No-
uell. Alciat. & aliis per ipsum Bertazol.
adductis nu. 6. Immo casus Bertazzoli
erat satis diuersus, nam illi rustico erat
datum archibusium, siue scopettonus
paruus ad conseruandum ab alio, & il-
lum postea reuelauit fisco, & consigna-
uit non requisitus, sed vltrò, ob id fuit
dignus excusatione per l. edicto ff. de iu-
re fisci l. vnica C. de his, qui se defer.
libr. 10. cum similibus, ille vero de Fer-
racani erat dominus dictæ scopettæ,
quam emerat mensibus paulo antè, siue
diebus, & iuxta ea, quæ dixi supra cod.
in cap. 10. versic. eo igitur, ibi, decimo-
tertio, ipsæque pœnæ tunc applicabun-
63 tur Baronibus † quia concurrit isthæc
prohibitio cum iure communi, Natt.
cons. 580. n. 4. Surd. d. cons. 151. num. 53.
54. libr. 2. ex Dec. Butr. & aliis, Luc. de
Penna, Rolland. Crauett. Menocch. de
quibus per eundem Surd. cons. 210. nu.
11. lib. 2. & cons. 272. nu. 7. eod. libr. 2. &
64 in dubio † pronunciandum esse subdit
ipse nu. 18. contra ipsa banna procla-
mata, vel Edicta, quælibetque causa
etiam leuis excusaret, vide in reperto-
rio

tio in verbo pena,l.igitur,ff.de liberal.
cauff.gloff.in l.plagij,C.ad l.Iul.de Pla-
giar.Tiraq. Crott. Menocch. Beccius,
& alij, quos affert Surd. conf.272. nu.
17. libr. 2. ¶ Item maximè proce-
dit contra portantes arma venenata
65 † posuit Barbat. de præstant. Cardin.
col.antepen.num. 23.Boniorn.in d.cap.
113.& forispsi in d.cap.53. Regis Iacobi
nu.28.Maximè quando habentes licen-
66 tiā portandi arma † abuterentur dicta
licentia, quia non releuat, v. g. si cum
eis aliquem percusserint,vt post Marsil.
ait Ballus vbi supra,nu.55.¶ Item cru-
delius, & acrius volunt iura, ea statuta
disponunt quando talia arma essent ap-
67 portata † ad inferendum cicatrices, &
sfrixa in facie, & loco apparēti cum de-
formitate, de quibus loquitur Clar.
quæst.89. §. 1. Florian de S. Petro in l.
item mela, §.si plures, ff ad l.aquil.& in
l.ex hac,ff.si quadrup. pauper. feciss. di-
cat.& in l.1.ff.de his,qui deiec.vel effud.
Alex.Catald. Nell. Caballin. & alij, de
quibus per Bartholom. Bertazzol. qui
loquitur in hoc proposito conf. 356. à
n. 27.cum plurib. seqq.libr.2.qui refert
68 quòd statutum faciens † mentionem de
cicatrice, intelligendum est, si cicatrix
sit deformis cum concauitate,& scissura
apparente in exteriori parte,& euiden-
ti,maximè data mulieri,ex Florian.loco
citato, Bald. Catald. Christophor. de
de Florentin.in tract.de cicatrice apud
Nellum inserto in tract. de bannitis
part.2.a.tempor.nu.12. Angel. in l. ex-
tat, nu.4.ff.quod met.caus. & in l. quæ-
ritur, §.si nominatim num. 2.ff.de ædil.
edict. Florian. Alberic. Gomez. Petr.
Dan. & Bald. conf. 432. libr. 5. ait ipse
Bertazzol.vsque ad num. 37. qui subdit
quòd si aliàs cicatrix, vel frixum non
est deforme, vel paruum vulnus,vel fu-
tura barba posset abscondi,tunc non es-
set ita punibilis, & habemus in facto in
hoc tribunali Curiæ Regiæ Capitania-
lis de quadam cicatrice data in facie,&
maxilla cuiusdam mulieris nuptę. &
pendent informationes referendæ,licet
obtempta fuerit nunc partis remissio,
& propterea dictum negotium non pro-
cessit vlterius ¶ Nisi esset facta conces-
sio per Iustitiarios circa tales delatio-
69 nes armorum † prout in d cap.53.dixi,
vbi quòd aliquæ personæ habent etiam
hoc ex priuilegio,vt Comites,Barones,
milites tam equites, quàm pedites, &
alij, vt in d.cap.16.Regis Federici,& d.
capit. 113. vbi fuit ampliatum ad filios
eorum, & familiares, qui recipiunt vi-
ctum, & vestitum, & subaudit Boniorn.
in d. cap. 113. vt istis talibus intelliga-
tur cōcessio portationis armorum,idest
quo ad enses,cultellos, &c. non autem
loricam,nec similia,cum sit prohibitum
per d.cap.109. quod non corrigitur per
d.cap. 113. l. præcipimus C. de appell.
tum quia inducta ad vnum finem, non
debent operari cōtrarium,l.legata inu-
tiliter ff.de legat.præstand. Et quamuis
inferius in hoc capit.in tit.quòd non as-
sumant famulos, dicatur quòd Iustitia-
70 rij † non possunt assumere famulos de
loco, in quo administrant iustitiam,ta-
men hoc non seruatur, dicam inferius
in tertia obseruantia, n.82.84. & tetigi
supra in cap.68 Regis Federici amplia-
tion.1.tom.2. vbi vide de certo numero
quem debent tenere officiales circa so-
cios, &c. Sic etiam dixi de Iuratis in d.
cap.53.num.59. Regis Iacobi cum illis
duobus seruiētibus,hoc est porterijs,vel
bidellis, & tetigi in cap.116.Regis Fe-
derici, nu.144.tom.2. non autem intel-
ligas de seruitoribus, vt prætendebant
olim Iurati Caltagironis quòd quilibet
posset habere duos seruitores armatos;
nam malè intelligebant dictū cap. 113.
vt ibidem ait Boniorn. ¶ Vel nisi lo-
quamur circa licentiam capiendi forin-
dicatos, quia iam inconsequentiā per-
mittitur armorum portatio, vt subdit
ibidem Boniorn. ex Steph. de Federic.
in tract. de interp. part. 2. fol.97. sicut
est etiam promissum arma portare ijs
qui vadunt ad guardiam, & ita euenis-
se ait in CiuitateLeocatæ ipse Boniorn.
¶ Vel nisi versemur in ijs,qui portant
arma ligata, quæ non possunt operari,
vt puta super sellam, vel de ijs armis fa-
bricatis ad laborandum, & non ad no-
cendum,vel in eo, qui de domo iter fa-
ciebat ad possessionem, vel si se firmas-
set in itinere, vel per transitū inuenire-
tur, aut si exisset de domo cū armis ad
sedandum rumorem in strata publica,
vel nisi essemus in prouisionatis Capita-
neorū,de quibus scribit Ballus de quæ-
stionib. particularib. quæst. 3. num. 50.
cū seqq.lib 4.Clar.quæst 82.statuto.6.
71 Declara, vt de supradictis casibus
prædicti Iustitiarij † cognoscant per vi-
am accusationis, & quærelæ, siue de-
nuntiationis, non per viam inquisitio-
nis, nisi specialiter esset ordinatum, &
expressum de ordine Suæ Maiestatis,
ita hic intextu propè finem, ibi, delle
quale cause, & hic etiam in versic. & li-

 cet,

cet, & ſupra in cap. 10. Regis Federici
tom. 2. de qua materia, an, & quando
poſſit per inquiſitionem procedi, & ma-
ximè ex generali conſuetudine Regni,
vide quæ ſcripſi ſupra in cap. 25. Regis
Iacobi, præſertim num. 4. & ſeq. tom. 1.
plura cumulat Farinac. de inquiſit. q.
1. part. 1. nu. 10. latè Matth. de Afflict. in
conſtit. Regni, inquiſitores lib. 1. tit. 51.
de inquiſit. vbi quòd Iuſtitiarij ſolent
cum comminatione vocare gentes ad
accuſandum, alias ſit præcluſa via, nu.
8. 9. 10. 11. 12. 13. (argum. eorum quæ di
xi circa omnes accuſationes, & contra
eos, qui accuſauerunt ſiquidem, ſed de-
ſiſtunt, nam ſiunt illæ iniunctiones, vt
ſcripſi ſup. in cap. 17. nu. 2. & ſeq. & in
cap. 56. nu. 65. eiuſdem Regis Iacobi d.
tom. 1. & in cap. 72. Catholici Regis
Ferdinandi in 2. notab. infra tom. 7.
idem Affl. in d. conſtit. hi qui nu. 13. &
72 ſeq. eod. tit. vbi dicitur † quòd licet con-
tra certam perſonam non ſit permiſſa
ſpecialis inquiſitio, & prout in d. capit.
25. Regis Iacobi, tamen fallit de con-
ſuetudine, vt poſui modo, & quando eſt
ordinatum per Principem, ſicquè col-
ligitur ex indulto conceſſo per Regem
Alphonſ. infra cap. 431. propè medium,
ibi, ſiue per viam inquiſitionis ſpecialis.
tom. 5. & tunc eſt fortius, quia poteſt
formari inquiſitio, etiam nullis præce-
dentibus indicijs, quamuis regulariter
contra, vt per Farinac. d. quæſt. 1. nu. 42.
part. 1. vbi quòd quoties Princeps motu
proprio, & non ad partis poſtulationē
mandat contra aliquem inquiri, quem
ipſe aſſereret deliquiſſe, & ſic ad eius
notitiam perueniſſe, poteſt formari ta-
lis inquiſitio modo dicta, & iſtud eſt
quod ſcribit Io. Franc. de Pōte in tract.
de poteſt. Proregis. tit. de prouiſ. fieri
73 ſolitis, nu. 18. & ſeq. Aut niſi † eſſemus
in crimine læſæ maieſtatis, vel in cri-
minibus notorijs, aut in manifeſtis, &
famoſis latronibus ſugientibus, & lati-
tantibus, vel contra ſocios criminis,
ſic etiam de homicidijs clādeſtinis, vel
in cauſis tangentibus Fiſcum, in quibus
caſibus eſt fallentia, quòd Iudex ſine
accuſatore procedit, vt ait ipſe Affl.
nu. 15. 14. 23. & maximè quando Fiſcus
vellet procedere ex inquiſitione ob
mortem accuſatoris, vel quando renun-
ciaret accuſationi, vel colluſiſſet, aut
eſſet negligens, quia ne delicta maneāt
impunita, poteſt Iudex procedere per
inquiſitionem, ex Bald. in l. 2. C. de abo-
lit. & in l. fin. C. ſi reus, vel accuſ. mort.
fuer. Andr. de Yſern. & Affl. in conſtit.
grandi, nu. 22. 23. rubr. 1. de pœn. con-
tumac. lib. 2. & iſtud eſt, quod dixit
Clarus quæſt. 35. quòd Regius Procu-
rator Fiſcalis, & F. P. aſſumit partes
accuſatoris de dicta conſuetudine ge-
nerali ex pract. Milli relati per ipſum
Clar. & Farinac. locis citatis ſub nu. 9.
& 10. vbi multos concordantes refert:
74 Item fallit de iure canonico † ſecundū
quod in omnibus delictis poteſt ad in-
quiſitionem procedi adhuc ſine accuſa-
tore, Bald. Barbat. Dec. Marant. Mon-
ticell. & alij per Farinac. vbi ſupra, nu.
8. præſertim quando delictum eſt in ge-
75 nere † probatum, ac de eo conſtat ali-
ter, nam poſſet inquiri, & ita obſerua-
mus per text. in l. 1. §. item ff. ad Syllan.
vbi omnes, & multa iura, & DD. cu-
mulat ipſe nu. 6. & hodie eſt in ore om-
nium Fiſcalium quòd quando conſtat
in genere de delicto, inquiratur, ideo-
que limito, & corrigo in hoc cap. 430.
infra eiuſdem Regis Alph. tom. 5. vbi
diſponitur quòd in crimine nefandi nō
poſſit procedi per viam inquiſitionis,
nec denunciationis, ſed tantum per
viam accuſationis, nam per hæc modo
dicta non procedit quantum ad inquiſi-
tionem, remanet ſiquidem incorrec-
tum quo ad pœnam talionis, quando
partes accuſant, per ea, quæ late dixi
in cap. Ritus 149. à num. 17. cum ſeq.
76 tom. 4. non obſtante quòd † regulari-
ter hæc pœna talionis non ſit in vſu ex
pluribus, quos adducit Petr. Caball. in
eius reſolution. lib. caſu 166. num. 2. & 3.
ſicut eodem modo video fuiſſe decre-
tum per conſtit. Regni incip. peſſimam
tit. de pœn. mulier. iniuſtè conquerentis
77 lib. 1. vbi quotieſcumque fœmina † quæ
vim paſſa ſe aſſerit, fuerit falſa dela-
tione conuicta, mortis laqueis irreti-
ta, in foueam incidiſſe ſentiat, quam
alterius caſui præparabat, & ibi Andr.
78 de Yſern. qui adducit doctum eloquiū
Philoſophorum dicentium, qui fodit
foueam, incidit in eam, & ſagitta non
lædit lapidem, ſed reſiliens ſæpe vul-
nerat dirigentem, & qui laqueum al-
teri imponit, peribit in illo, ex gloſſ. in
l. vnica C. quand. liceat vn. ſin. iung.
& in ſumma, quia calumniantes poſtu-
lat ſimilitudo ſupplicij, vt in d. rito di-
xi, & eſt ratio poſita per eundem Yſern.
& multos caſus cumulat idem Cabal-
lus loco citato d. num. 3. cum ſeq. poſt
Boſſ. Bald. Paul. de Caſtr. Iaſon. Maſ-
card. Clar. & Farinac. qui referunt mul-
tos.

tos accusatores per calumniam fuisse
ad mortem condemnatos comperta, &
detecta falsitate, vel saltim ad trire-
mes eo modo incedentes per vrbem cū
nota in pectore, vel mitra in capite per
loca solita vrbis, vt ipse subdit num. 4.
(& per ea quæ tango infra in cap. 79.
Regis Caroli ampl. 2. tom. 8.) sicque
reperta innocentia inculpati, inculpa-
tor cadet in eandem pœnam, & nu. 5. &
ad refectionem expensarum, vt dixi in-
fra in cap. 72. Regis Ferdinandi in 2.
notabile tom. 7. & sicut hæc loquor
circa Iustitiarios, sic etiam tetigi de
Magistro Iustitiario superius in versic.
circa causas capitales (præterquam
in casu, de quo subdam modo.)

Declara secundo, vt Iustitiarij co-
78 gnoscant † circa criminalia, non autem
ciuilia negotia. constit. Regni, Iustitia-
rij tit. 51. de Iustitiarijs. lib. 1. sicut nec
possunt cognoscere de causis ciuilibus
ecclesiarum, pupillorum, & viduarum,
& aliarum miserabilium personarum,
etiam ex priuilegio eis indulto, Andr.
de Ysern. ibidem per l. 1 C. quand. im-
per Nisi super feudis non quaternatis,
79 aut parte eorum, ita hic in d. versic. seu
§. item conoscerانno, & dixi melius in
sua materia infra in cap. 450. Regis
Alph. versic. vel quando non essemus
tom. 5. vbi in hoc me remicto. Vel nisi
80 † loquendo quoad ciuilia negotia,
quando ipsæ causæ ciuiles inceptæ co-
ram Baglijs, & Iudicibus inferioribus,
illas non finiuerint infra bimestre; quia
tunc potest Iustitiarius illas post dictos
duos menses cognoscere, vt hic in fine
textus subditur in §. con tutto ciò se le
cause, & prout dixi in materia auocatio-
nis causarū supra in cap. 16. Regis Iaco-
bi tom. 1. & in cap. 8. Regis Federici,
tom. 2. remissiuè subdi. diēdo quod con-
stet de negligentia, vt in d. cap. 16. & 18.
dixi in vtroque, n. 20 & n. 2 cū seq addo
Bertazol. cōs. 71. n. 55. lib. 1. Carald. de
syndic. versic. 13. & quòd fuerit ter in-
terpellatus, Grat. cons. 54. nu. 4. 5. & 8.
Boss. tit. de offi. corrupt. nu. 26. Imol.
in l. damni §. vltim. ff. de damn. inf. Ce-
pol. cautel. 234. Rodin. de syndic. nu.
34. Chassan. cons. 39. cum similib. per
additionem ad eundem Bertazol. in li-
tera F. & per Matth. de Affl. & Ysern.
in d. constit. Iustitiarij, vbi de his om-
nibus casibus exceptuatis locuntur.
81 Vel nisi ratione connexitatis † & inci-
dentiæ, vt ipsi concludunt, & tetigi su-
perius in 1. obseruantia sub d. versic. cau-
sas capitales nu. 19. & 20. per l. 4. §. si di-
catur ff. si quis caution. l. 1. ff. de concussion.
& sic ipsi repilogant quòd Iustitiarij nō
cognoscunt, nisi ratione connexitatis, in
quæstionibus indefectum Baiulorum, &
dominorum non facientium iustitiā, &
de certis militaribus viris, vt olim, ac
feudis non quaternatis, ponendo con-
clusionem quòd ex priuilegio potest Iu-
stitiarius adiri, arg. l. iubemus C. de
Episc. & cleric. & l. 1. ff. de iurisd. omn.
iudic. aliàs nullo modo possent Iustitia-
rij cognoscere, & ita determinatum
fuisse per Sacrum Concilium Neapoli
testantur ipsi.

Finitis tandem sopradictis §§. istud
Regni capitulum facit transitum ad
nonnullas rubricas sub eodem titulo
contentas, de quibus seruiam pro reli-
quis obseruantijs.

TERTIAM obseruantiam, siue or-
dinem, quem debent obseruare Iustitia-
82 rij, est ne assumant famulos de loco † in
quo administrāt Iustitiam, ita disponi-
tur in illo tit. quòd non assumant famu-
los Petr. Plaza in suo epit. delict. cap.
8. num. 17. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.
centur. 4. casu 394. nu. 64. Bertazol. d.
cons. 71 nu. 60. libr. 1. iam enim non po-
test Iustitiarius, nec alius magnus offi-
tialis stare absq; familia; vel cohorte
arg l. 1. & d. l. 3. d. tit. ff. de offic. præf. vi-
gil. ibi, erat autem familia publica, &
ibi, septem cohortes opportunis locis
constituit, & quæ tetigi supra in d. cap.
51. Regis Iacobi num. 42. tom. 1. de quo
dixi supra in antecedenti obseruantia in
versic. arma molita, n. 70. quamuis extet
de hoc constitutio Regni, Iustitiarij tit.
51. de Iustitiarijs libr. 1. vbi Andr. de
Ysern & Affl. dicunt quòd nō possunt Iu-
stitiarij accipere in familiares aliquos
de prouincijs, quas regūt, est verū quòd
non seruatur, prout superius ibidem di-
xi, quinimmo totum oppositum subden-
83 do ibidem, quòd si iniuria est † facta eo-
rum famulis, familiaribus, vel similibus,
possunt dicti officiales post susceptum
ad huc officium, de talibus latis eis in-
iurijs, cognoscere in officio l. senatus ff.
de offic. Præsid. l. 2. §. in omnibus ff de
iudic. l. qui iurisdicioni ff de iuris. omn.
iudic. l. in priuatis ff. de iudic. Anell. de
Bottis. & Petr. de Monteforte in d. con-
stit. Iustitiarij ex Alberic. de Rosat. in d.
l. senatus ff. de offic. Præsid. Scribentes
Domini Neapolitani in constit. Regni,
itē statuimus quòd magister, addo post
Cyn. in l. vnica C. nequis in sua causa
Oldrad.

Oldrad.cõſ.7.Bart.Salicet.Angel.Abb.
Fælin. Dec. Hoſtienſ. & Ioann Andr.
Surd. conſ.50.nu.1.lib.1.(& poteſt eſſe
limitatio ad regulam quòd nullus poſ-
ſit eſſe iudex in cauſa propria,vt ſubdã
inferius in 4. obſeruantia,n.96.) eſt ve-
rum quòd loquendo quo ad ius dicen-
tem præſertim circa familiam ſuam,
parciſſimè ius dicere, ſed potius expe-
ctare debere, donec diſcedat ab officio
84 quamuis v. g. in rebus furto ſublatis †
ipſi familiæ,& ſeruitoribus,licitũ ſit ius
ipſi dicẽti, ſiue Magiſtratui dictæ fami-
liæ ſequeſtrare ſaltim res familiaribus
ſuis ſubtractas ex Bart.. Bald. Cyn. &
alijs in tit. C. de ſeq. pec. Ferrarienſ. in
forma ſaximenti verbo, ſapiens, nu. 3.
verſic. 10. & ita notat Modern. Saxo-
nic. in tractat. de proceſſ exec. cap. 2.
no. 145. 146. part. 1. vbi notat pro fa-
milia Iudicum noſtri temporis, qui
quotannis mutantur iuxta diſpoſitio-
nem Regni capitulorum. Sed quid ſi
85 dicta familia v. g. Capitanei † & pono
exemplum in cuſtodia nocturna, & ſic
in Surterijs (de quibus ſcripſi aliqua
in commontarijs conſuet. Panhor. cap.
60.n.1.cũ ſeqq.& ſupra in cap.17.Regis
Federici per totum, tom.2.) habeant
differentias inter ſe de nocte, & vnus
contra alium euaginat enſem, an, ſi ca-
piatur in flagranti per alium ſimilem
Surterium,vel Cauarrettam,& ſic vnus
Cauarretta caperet alium,debeat ſol-
uere d. pœnam extractionis armorum,
dixi aliàs Ann. 1615. in cauſis fiſcali-
bus in Regia Curia Capitaniali, non
poſſe exequi bannum hoc caſu, & ha-
buimus in facto in caſu occurrenti 5.
Maij, ſed pro exceſſu facto, & rixa ſiue
inſultu dentur quatuor ictus pro quo-
libet iuxta d. l. 3. ff. de off. præf. vigil.
ibi,& cuſtodes plerũque puniũtur,licet
Spect.Domini de Vacãti Collega,& Sp.
de Seaglione Aerarius huius vrbis fue-
rint in voto quòd exigatur, nolui con-
currere, quia aderat defectus poteſta-
tis, & iuriſdictionis de vno officiali ca-
piente alium, & officialem æqualem
86 ſibi,ex regula quòd par † in parem non
habet imperium, vt ſcripſiſſe recordor
infra in capit. 136 limit. 4. Regis Ca-
roli, tom.8. cum ibi citatis, vnde vide-
mus quòd ex quo Princeps eſt par in
dignitate, non poteſt legem ſucceſſori
imponere, vt per Surd. latè conſ.47.nu.
11. & ſeq. vol. 1. vbi quòd ſucceſſor in
ducatu non tenetur ſtare legibus ſui
prædeceſſoris, nec Legatus de Latere
poteſt ſe intromictere de his, quæ geſſit
Legatus eius prædeceſſor (quia iſto
caſu, tamquam nullum non ligat ſuc-
ceſſorem, tetigi ſupra in cap.26. Regis
Federici propè princip.d.tom.2.) & of-
ficiales Archiepiſcopi non poſſunt cogi
ad remictendum carceratos per parem,
ſed per ſuperiorem, referens ipſe Surd.
quoddam ridiculum, quòd etiam Aſi-
nus, ſalua reuerentia, vt dicam ſic, in-
tumeſcit, dum videt ſe apprehendi à
pari, & ſic à coaſino, ſecundum gloſſ. in
l. 1. §. veteres ff. de acquir. poſſeſſ. cum
ſimilibus. Sic in duobus procuratoribus
à domino conſtitutis,quia vnus non ha-
bet poteſtatem contra alterum. Sic in
pluribus tutoribus. Sic in pluribus exe-
cutoribus. Sic in pluribus dominis ca-
ſtri, quia vnus ex dominis non poteſt
punire condominum, nu. 12. ſed recur-
rendum eſſet ad ſuperiorem. Sic in plu-
ribus filijs Comitis, qui, ſi diuiſerint
iuriſdicionem, eiuſque exercitium (ex
traditis ſupra in cap. volentes, quod eſt
cap.28.Regis eiuſdem Federici,nu.275.
307.cũ ſeq.eod.tom.2.)non poterit alter
alterũ punire in ſuo territorio. Sic vide-
mus quòd ad parem non appellatur,non
obſtante conſuetudine, Philipp. Franc.
& Fælin. citati per ipſum Surd. ſub d. n.
12. ¶ Eſt verũ quòd illa regula limita-
87 tur † aliquibus modis Primo non proce
dere in eo,qui nõ recognoſcit Superio-
rẽ,vt ait Bald. in cap. 1. in fine, qualit.
88 vaſſall.iur.deb.fidel.Secũdo† niſi pericu
89 lũ eſſet in mora. Tertio † quãdo vnus eſt
maior altero in adminiſtratione.Quarto
90 † quando iuriſdicio eſſet diuidua, & di-
uiſa, ita poſt eundem Bald. Luc. de Pen-
na in l. 2. col. pen. C. de exactorib. tri-
but.lib. 12. vbi dicit quòd ſi ex duobus
dominis eiuſdem caſtri, vnus ſolus ha-
beat merum imperium, iſque ſuſcipiat
totius caſtri cuſtodiam, poterit conuaſ-
ſalum delinquentem punire, Capic. de-
ciſ.27.num.9. & 10. referens ſic fuiſſe
iudicatum, Bart. Alberic. Vallaſc. &
Ant. de Ruſſell. Io. Petr. Surd. d. conſ.
91 47.nu. 9. vol. 1. Quinto † quando terri-
toria eſſent diuerſa, nam tunc, ex quo
vnuſquiſque eſt maior in ſuo territorio,
poteſt parem punire. Caſtrenſ. Alex.
Soccin. Curt. Iun. & alij per ipſum Surd.
92 ſub d. nu. 12. Sexto † ratione ſcandali,
quia, vbi ſubeſt ipſius ſcandali timor,
limitatur dicta regula, Dec. & Fælin. per
93 ipſum Surd. eod. nu. 12. Septimo † niſi ex
conſuetudine antiqua, & approbata,
aliter haberetur, nam tunc par in pa-

rem non habet imperium d. consuet.
Pan. 83. vbi potest vnus Iudex Panhor-
mi conueniri coram alio coniudice, &
Prætore, & èconuerso, sic de Prætore,
vt ibi dixi, & ponam in d. cap. 136. Re-
gis Caroli limit. 9. tanto magis quia nō
videtur mihi esse de iure condemnare
eos, & ab illis exigere pœnam extra-
ctionis armorum, siue ensium euagi-
nantium, quando v. g. rixa esset cum
ijsdemmet officialibus, non enim potest
tunc officialis eum capere, esto quòd lo-
quamur de officiali habente insultum;
siue rixam cum priuato, quanto magis
cum alio insimul officiali, & pœna con-
tenta in dictis bannis, circa euaginātes
enses, & arma, & captos, iuxta ea, quę
tetigi in d. capit. Rit. 155. in fine, intel-
ligitur quando ille officialis, qui eum ca-
pit in flagranti, non habuisset rixam,
nec verba iniuriosa cum extrahente ar-
94 ma, sicut nec dicta pœna † solet exigi
neque imbursari, quando extrahenti ar-
ma fuit factus insultus, & prouocatus,
vel si ipse non fuit primus, qui euagina-
uit, quæ nota, nam indies in tribunali-
bus occurrent.

QVARTA obseruantia est, ne du-
95 rante eorum officio dicti Iustitiarij † co
gnoscant causas criminales, nec ciuiles,
quæ dictos Iustitiarios tangerent, nec
constringant aliquos, cum quibus ha-
buissent rixam, sed reseruatur hoc
M. R. C. quæ in hoc dabit remedium
opportunum, sic habes in hoc textu (&
ita obseruauimus * cum Spectabilibus
Iacobo Scagliono, & Don Cæsare de Vi-
gintimilijs Collegis, & Iudicibus Ann.
1608. nam in d. visita generali coram
sua Excellentia, & M. R. C. detempta
in Palatio Regio circa illum de lo Spa-
gnolo, qui habuerat differentiam cum
d. Spect. de Scagliono, remisimus ad
M. R. C. terminandum) & est de iure,
nam nullus debet esse iudex in causa
96 propria, tetigi superius nu. 83. † nisi in
Rege, & alijs Principibus, vt vidimus
supra in cap. 35. num. 20. Regis Iacobi
cum ibi concordantib. tom. 1. addo
Surd. cons. 465. in princ. lib. 4 vbi quòd
regulariter prohibitum est cuicumque
ius sibi dicere, l. 1. C. ne quis in sua
causa d. l. qui iurisdictioni, ff. de iurisd.
omn. iudic. cum similibus per eundem
Surd. cons. 47. col. 1. lib. 1. ac pernicio-
sum est quòd faciat quisque sua senten-
tia quicquid vellet, l. exceptio C. de
probat. & ita post Innoc. & Oldrad. ait
Andr. de Ytern. in cap. imperialem §.
præterea, versic. Rex, aut Imperato-
de prohib. feudi alien. per Federic. In-
tantum &c. sicut non potest quis per se
ipsum iudicare, ita neque per alium.
97 ¶ Hinc fit quòd Episcopus † non potest
esse iudex in his, quæ spectant ad men-
sam Episcopalem, vt tangam paulò in-
ferius, Surd. cons. 50. nu. 11. lib. 1. ¶ Hinc
98 est quòd Vicarius † non posset esse iudex
in causis, in quibus Episcopus iudicare
prohibetur, ratione quia non debet quis
aduersarij sui potestati committi, l. si
idem, ff. de iurisd. omn. iudic. l. si quis
ff. de arbitr. cum concordantib. & ita
post Bart. Brun. & Capic. ait Surd. d.
cons. 465. nu. 2. & 3. & d. cons. 50. nu. 13.
& seq. & sic in summis Principibus, vt
tetigi, fallit, latè idem Surd. d. cons. 50.
num 9. quamuis idemmet Surd. d. cons.
47. post Marant. & Boss. teneat contra-
99 rium † vt neque Regi, nec Imperatori
hoc liceat, sed solent deputare Iudices
contra se, vt ibi col. 1. & 2 & benè, vel
nisi dicas quòd procedit inter suos sub-
ditos, non alias, vt per eum num. 14. &
puto esse clarissimum hoc. ¶ Sicut fallit
100 etiam † de consuetudine, nam potest es-
se Iudex in sua causa hoc modo, vt sub-
dit ipse Surd. d. cons. 465. nu. 4. & seq.
ex quo consuetudo tribuit non habenti
iurisdictionem, cap. conquestus 9. q. 3.
cap. cum contingit de for. compet. vbi
Ioann. Andr. Abb. & Fælin. cap. dile-
ctus de offic. ordinar. l. 1. C. de eman-
cip. liberorum, Iacob. de Ardizon. in
summa feudor. part. 1. cap. 8. qui post.
in feud. dar. col. 2. Florian. in l. 3 §. fin. ff.
de testib. quia quemadmodum potest
dari iurisdicio ex priuilegio (vt subdā
modo.) ita ex consuetudine. DD. vbi su-
pra. Hinc infert Surd. num. 7. quòd Ar-
101 chiepiscopus † potest cognoscere de in-
iuria sibi illata, quando est notoria, vel
esto quòd non esset notoria, tamen talis
suæ Ecclesiæ vigeret sic consuetudo cap.
1. in princ. de pœn. in 6. & sic in causa
propria cognoscit, Bart. in l. ex quacum-
que in 1. & 2. lectura nu. 3. ff. si quis in
ius vocat. non ierit, Alex. in d. l. qui iu-
risdicioni nu. 5. Brun. cons. 11. num. 1. &
cons. 142 in princ. Boss. in tit. de for. com
pet. nu. 38. Crauett. cons. 222. nu. 8. post
Roman. Dec. Natt. Amed. de Pont Bald.
Boss. Io. Lup. Rolland. Zas. Aret. Soccin.
Blanch. Perader. & alios, de quib. per
eund. Surd. ¶ Vel nisi simus de partium
102 † consensu, nā potest quis in causa pro-
pria esse iudex, vt subdit ipse Surd. nu.
9. per Dec. in d. l. qui iurisdicioni nu.
4. & 5.

4. & 5. & ibi Zas. num. 17. idem Dec. in capit. cum venissent num. 7. de iudic. Scrader. de feud. part. 10. section. 2. num. 20. ¶ Vel quando esto quòd esset in causa propria lata sententia, tamen si pars
103 non opponeret † substinetur sententia ipsa lata, vt subdit Surd. num. 10. ex Alberic. Fulgos. Castrens. Alex. & alijs in d. l. qui iurisdictioni, vbi etiam Dec. Iason. & alij, Fælin. & Scrader. locis citatis. ¶ Aut quando esset concessum ex
104 priuilegio † vt tetigi paulo superius, quòd quis iudicaret in sua causa propria, quod potest esse, vt ipse Surd. ait nu. 11. ex Bald. in d. cap. 1. §. præterea si inter nom. 1. Iacob. de S. Georgio in verbo, dict. quę vassalli, nu. 2. Scrader. d. part. 10. section 6. num 230. Boss. tit. de for. compet. num 38. ¶ Vel quando ex
105 statuto † aut ex constitutione introductum esset, vt quis iudicaret in causa propria, Surd. d. nu. 11. Menocch. de retinend. possess. remed. 3. num. 445. Scrader. vt supra. Natt. cons. 294. num. 1. & seq. Brun. cons. 642 ¶ Vel nisi simus in
106 Episcopo † qui potest esse Iudex in causa suæ Ecclesiæ, & arbiter, & fieri compromissum in eo, vbi ipse non habet commodum, nec ad eius mensam spectat, aliàs posset recusari, vt ibi latè per eum, & tetigi paulo superius ex Surd dicto cons. 30. per tot. & hac ratione motus fui in causa Montis pietatis cōtra Monasterium S. Dominici Cefaludij 18. Aprilis 1616. in M. R. C. vt Iudex causarum delegatarum sedis Criminalis.
107 ¶ Vel nisi simus in eo Iudice † cui facta fuit iniuria circa eius officiales, dixi supra in 7. obseruantia.

QVINTA obseruantia est, vt exerceant officium per se ipsos, non per sub-
108 stitutum, † & quòd discurrant terras pro latronibus extirpandis, vt subdam inferius num 127. ita vt non morentur plus quàm per quatuor dies in terra, vt hic, de primo vide quo apportaui infra in cap. 29. Regis Alph. in 2. part. versic. posset nasci tom. 4. in quo de substitutione facta per offitiales scripsi, & feci mentionem de cap. 419. Regis eiusdem tom. 5. vbi remissiuè, & præsertim in offitijs sollēnibus, & de iure ciuili mors, & menbri mutilatio nō possunt committi, quamuis de iure canonico sic, Peregrinus in consil. pro Archiep. Montis Regalis, & in primis notabilibus, col. 1. &
109 ea forcassis ratione, quia non inuenio † substitutum substituti, sicut nec delegatum delegati, nec Vicarium Vicarij, nec seruitutē seruitutis, neq; vsuras vsurarum, neque qualitatem qualitatis, neque decimas decimarum, vt post Decian. cons. 49. nu. 47. & seq. vol. 1. ait Io. Bapt. à Costa in tract. de retrotract. Monitor. 12. ad cap. 2. n. 4. fol. 37. vt sunt officia capitaneatus per alium non possunt exerceri, vt hic, & in cap. 32. Regis Federici supra tom. 2. vbi officia regulariter debent per se exerceri, vt ibi in offitio Credenzerij, Magistris Notariatibus dohanarum, & gabellarum, vt ibi posui. Et eodem modo videmus, quòd quando est electa industria perso-
110 næ, non est locus substitutioni † vt in d. cap. 29. dixi nu. 13. & eorum, quæ posui supra in cap. 39. Regis Iacobi nu. 26. tom. 1. pluraquè cumulat Affl. in constit. Regni citationis literæ, nu. 12. rubr. 96. de literis citatorijs, Beat. Hieronymus in proœmio Bibliæ, & ibi infert Affl. ad Doctorem, & scriptorem, & quæ suppleo infra in cap. 71. Regis Incliti Ioannis versic. durante ibi, intellige 6. tom. 6. vbi posui quòd ea, quæ consistūt in faciendo, non possunt per alium exerceri, secus in ijs, quæ in dando ex Andr. de Barulo in l. nullus 2. C. de Decur. lib. 2. Luc. de Penn. in l. 2. C. de Comit. rei milit. lib. 12. Affl. in const. host. ci. nu. 9. rubr. 39. de excep. host. c. lib. 2. vbi infert sic esse in persona mādatarij, cuius personæ industria electa esse videtur, Bartifices, ff. de sol. l. mandatum, ff. mand. & quę dico infra in d. cap. 71. Regis Incliti Ioannis loco citato nunc paulo supra, vbi pono quòd substitutus Baronis non potest in parlamento alium substituere; qua de causa inferunt Nostrates in Regno, quòd ex quo officium Magistri Iu-
111 sticiarij est graue † & personale, non est locus substitutioni, etiam ad locum eius tenentē, & agitur de gubernio Regni, ita Dominus Don Marius de Gregor. F. P. in hoc Regno in eius cōsilio, quod fecit in personā Excellentiæ primogeniti Ducis Maquedæ Ann. 1602. quod habeo impressum, nu. 110. cum seq. cap. 302. Regis Alph. tom. 5. vbi in indiuiduo loquitur de Locumtenente, & Iudicib. M. R. C. ne substituant, facit rubrica. & cap. Regni 4. & a 30. Regis. Caroli, ibi personaliter administret, & ibi tetigi sub versic. sciendū tom. 8. ex Menocch. Paul. Orian. Fælin. & alijs citatis per ipsum de Gregorio. Sicut quòd nec Rex
112 † potest substituere filium suum in Regē quoad regimen, sed quoad nomen, vt tango infra in cap. 2. Regis eiusdē Incliti

Joannis. versic. benè tom. 6. & in cap. 1.
Regis Ferdinandi II. in 1. notab tom. 7.
Est verum quòd in casibus necessitatum
113 potest fieri substitutio † §. prohibemus
Auth. de Colla, & dummodo substituti
sint eiusdem qualitatis, prout sunt ipsi,
in quorum locum subrogantur, idem de
Gregorio num. 133. 134. 135. vbi adduc-
cit aliquas authoritates, propter quas
non obstante quòd sit electa in officijs
industria personæ, possunt nihilominus
negotia expediri per filios, l. sciendum
§. legati autem ff. delegation. & ex Fæ-
lin. in cap. affecte, de præsumpt. Roman.
in l. 1. ff. de in ius vocand. ideoque dicit
ipse de Gregorio quòd pater potest con
114 stituere filium vicegerentem † ex Barr.
& Bald. Parid. de Put. Iacob. de Nigris
in l. diem functo, num. 41. ff. de offic. as-
sessor. & ibi Caecialup. quæst. 11. & ma-
ximè quando filij sunt eiusdem qualita-
tis, cuius erat pater, quia subrogatus in
officio sic debet esse, vt ipse de Gregorio
concludit nu. 137. ex Bald. Iason. Iacob.
de Nigris, Barr. & Rebuffo, l. cuius bo-
nis, ff. de curat. furiosi, Prosp. Carauit.
in Rit. 3. Neapolis sub num. 11. ex Cyn.
Barr. Bald. Anchar. ac Fælino, & per
ea, quæ tetigi infra in cap. 9. eiusdem
Regis Caroli sub versic. & ite d. tom. 8.
115 ¶ Et ideo his casibus valet substitutio †
intantum, vt non obstante morte substi-
tuentis debeat continuare substitutus
in officio, vt conclusi in consuet. Pan.
cap. 68. sub nu. 83. maximè si penes sub-
stituentem nihil remansit de iurisdictio-
ne reseruatum, vt per eund. de Grego-
rio nu. 70. Alberic. de Rosar. in l. quasi-
tum ff. de tut. vbi ad similitudinem dicit
quòd si tutor causa Reip. se absentaret,
alijque commiserit negotia, & in lega-
tione, vel commissione moriatur, quòd
talis commissus perseuerat vsque ad fi-
nem, & eum refert, & sequitur Boer.
decis. 149 nu. 15. subdens ex eod. Albe-
ric. quòd si officialis fecit substitutum
in officio, quousque veniret, & mortuus
sit, substitutus perseuerat, & continuat
vsque ad finem, & licet ipse videretur
dicere quòd de facto hoc non seruare-
116 tur, eo quia Rex prouidere posset † de
officio vacante, non negat tamen quin
continuari debeat in d. officio, & ita
post Io. Fabr. Auendagn. Molin. Gugl.
de Cun. Iacob. de S. Georgio, Marc. &
alios concludit idem Don Marius de
Gregorio in d. consi. num. 61. cum pluribus
seq. & num. 71. 72. 73. & 74. & seq. & sub
nu. 153. per tot. num. 161. 165. 166. & te-
tigi in d. cap. 4. Regis Caroli versic. nõ
aliter d. tom. 8. ¶ At quia posset esse
quòd (in illis casibus, in quibus substi-
tutio fieri posset per officiales, vt puta
per Iudices; & similes personas) fieret
v. g. substitutio ex causa absentiæ, &
contingeret multoties quòd Iudex sit
117 absens vna die, aliaquè die præsens †
quòd nihilominus valebunt acta coram
ipso Locumtenente facta, etiam in illis
diebus, aut illo die, in quo Iudex substi-
tuens præsens fuit, ratio est in promptu,
ne fortasse ex modica hac variatione
partes negotiantes decipiantur, vt dixit
Paul. de Castro, & Gugl. de Cun. in l.
fin. §. condicio ff. de instit. action. Dec. in
cap. quoniam abbas, col. 2. versic. est ta-
men singulariter notandum, extr. de of-
fic. deleg. Nicol. Boer. d. decis. 149. sub n.
15. qui ait esse notandum, & ita fuisse
judicatum * Ann. 1536. & cautela esset
secundum eum, contra quem fit actus
de mandato locumtenentis substituti, vt
fiat protestatio de præsentia Iudicis in
loco existentis, ex gloss. in cap. cupien-
tes, §. quòd si per viginti de elect. lib. 6.
in verbo, proposita cum similib. adductis
per ipsum Boer. concludimus ergo quòd
in officijs non cadit substitutio, nisi in
casib. hic dictis, & suo loco apportatis,
& in indiuiduo istius materiæ est con-
stit. Regni, Officia, tit. 56. vt Iustitiarij
loco sui alium ordinare non possint, lib.
1. vbi Affl. num. 1. & 2. qui ait quòd offi-
118 ciales † maximè qui habent merum, &
mixtum imperium substituentes, & fa-
cientes eorum locumtenentes, siue Vi-
carios, tam ipsi, quàm substituti olim
puniebantur ex d. constit. pœna mortis,
licet hodie sit redacta ad publicationem
bonorum, vt ipse subdit nu. 4. vbi tunc
pœna mortis esse dignos cõcludit, quan-
do Iustitiarius affirmaret, ac diceret
expressè quòd posset sic substituere, vsur-
pando hanc iurisdictioné ex Andr. quod
tamen numquam posset accidere iudi-
cio meo, quia in subiectionibus nullus
hoc affirmaret, nisi esset fatuus (& præ-
sertim circa Magistros Iustitiarios, &
Iustitiarios, qui secundum dictam con-
stitutionem debét seruire personaliter,
vt hic etiam arg. Bald. in l. fin. ff. de ex-
cus. tutor. de Gregor. hic, ex quo iam
scimus quòd habent merum, mixtum-
què imperium, vt est text. Regni infra
in puncto in d. cap. 29. Regis Caroli,
vbi suppleo locis citatis, & cum his con-
cordantibus, &c. non possunt creare lo-
cumtenentes, & in d. cap. 29. Regis In-
clit

cliti Ioannis tom. 6. in quibus locis est
propria materia) ratione quia, vt dicit
Afflict. loco citato, ea, quæ sunt meri im-
219 perij † delegari non possunt, l. solent, ff.
de offic. Proconsul. & leg. Auth. de Col-
lator. §. iubemus. idem Affl. in d. constit.
Iusticiarij, nu. 15. tit. qualit. Iustitiat. &
in constit. Inquisitiones nu. 5. de inqui-
sit. subdens Affl. in d. nu. 2. quòd pessimè
faciunt alij Iusticiarij, qui recedunt ab
officio, eo dimisso, cum locumtenente,
donec reuertantur sine licentia Regis
(præter casus de quib. in d. cap. 29. Re-
gis Alph. nu. 16.) argum. eorũ, quæ dico
infra in cap. 523. eiusdem Regis Alph.
versic. dum autem tom. 5. ex quo de hoc
possent syndicari, vt dixi supra in cap. 7.
in 4. requisito extens. 14. quia esset sub-
delegare contra cap. 15. cui de offic. de-
leg. lib. 6. per quod disponitur cum alijs
iuribus similibus, quæ ad propositum
220 possent allegari, quòd Delegatus † etiã
à Rege, cui v. g. esset commissa causa
criminalis, non potest subdelegare al-
teri, vt ipse Affl. subdit nu. 3. reproba-
ta gloss. in l. 1. C. qui pro sua iurisd. quæ
voluit quòd delegatus à Principe in
causa meri imperij, iurisdĩ possit ipsam
causam subdelegare, quia alij DD. ibi
tenent oppositum ex Alex. in rubr. ff. de
offic. eius cui mand. est iurisd. col. 5. &
in l. 1. eod. tit. & in l. imperium ff. de iu-
risd. omn. iudic. gloss. in cap. quòd sedes
de offic. ordin. & in clem. 1. de offic. de-
leg. Canonistæ in cap. 2. de offic. Vicar.
lib. 6. ideoque stat regula, & conclusio
quòd non potest subdelegare, vnde est
221 quòd si v. g. Rex † commisisset causam
suo Viceregi Illustri, non potest ipse Vi-
cerex alicui Doctori subdelegare cau-
sam ipsam, vt ait Innoc. in cap. fin. de
offic. deleg. Affl. in constit. Regni, ab om-
nibus sub nu. 1. tit. 75. de sent. inscript.
ferend. lib. 1. (de quo tetigi in d. cap. 4.
Regis Caroli sub versic. magna autem
tom. 8.) nisi haberet potestatem indiui-
duam, & in specie subdelegandi per ea,
quæ dicit Vinc. de Franch. decis. 255.
subdelegatus part. 2. vbi subdit incantũ
hoc esse verũ, vt etiã si ille delegatus de-
222 legãs † mortuus esset facta subdelegatio-
ne, possit nihilominus dictus subdelega-
tus exercere officium, si res non esset
integra, vel nisi adesset consuetudo sub-
delegandi; ita Franc. in cap. cum cau-
sam, quæst. 10. & fin. de appellat. Quin-
tilian. Mandos. ad regulas cancellariæ
de reseruation. regul. 4. quæst. 2. num. 7.
nam tunc quæritur potestas subdele-
gandi, vt de Nostratibus Siculis ait
V. I. D. Antonin. Xibecca Prothonotar.
olim in hoc Regno in suo tract. de Re-
gia Monarch. 2. nu. 82. ex Franc. Pani-
no in tract. de offic. & potest. sede vacan-
te quæst. 9. 1. part. principalis. idem Xi-
becca loco citato num. 27. versic. 4. non
solum, vbi applicat ad Vicarium Prin-
223 cipis † qui potest subdelegare, præser-
tim stante consuetudine prædicta sub-
delegandi, & nu. 78. vbi dicit quòd Le-
gatus natus potest sibi constituere Vi-
carium ex Cardinal. Zabarell. in cap. 1.
de offic. legat. Franc. Marc. decis. 317.
col. 1. nu. 8. Abb. in cap. nouit de offic.
legat. & subdit num. 79. quòd quamuis
Legatus Papæ non possit Vicarium ge-
neralem cum eadem potestate consti-
tuere, tamen ex causa potest propter
iustam absentiam creare, suasque vices
committere ex DD. in d. cap. nouit, Fer-
din. Loazes in alleg. pro Marchione
de Veles in 1. dubit. nu. 99. 100. & 101.
fol. 352. Bald. in d. cap. si quis decesserit,
nu. 2. si de feud. fuerit controu. int. dom.
qui dicit quòd in omnibus Rectoribus,
& potestatibus locorum ordinariorum
224 † hoc est quòd possunt in casu necessita-
tis sibi cõstituere Vicarios cum concor-
dãtib. positis per eũdẽ Don Marium de
Gregorio nu. 49. vbi ampliat procede-
re etiam ante ingressum Prouinciæ ex
Capic. qui loquitur de Prorege Siciliæ
decis. 151. Marc. decis. 317. nu. 3. part. 1.
Auiles in cap. 5. in gloss. suspendidos,
idem de Gregorio, num. 86. (& eorum,
quæ suppleo, tam in d. cap. 4. Regis Ca-
roli, quàm infra eod. nostro hoc tom. 3.
cap. 68. sub versic. Magna.) Et licet pos-
set oriri dubium circa prædicta, & dici
quòd loquuntur in delegatis, qui, verum
est, quòd non possunt subdelegare, nos
vero loquimur in ordinarijs, prout sunt
Iusticiarij, aliique officiales ad tempus,
vt puta annales, biennales, quos sole-
mus vocare officiales ordinarios, non
autem delegatos, dicas nihilominus
quòd isti dicuntur quodammodo dele-
gati à Rege per ea, quæ ex Afflicto con-
clusi supra. Item posset dubitari, & dici
quomodo videmus, quòd Capitanei lo-
corum creant sibi Vicecapitaneos de
225 nocte † dic quòd istud non est subdele-
gare causas dicti meri imperij, sed est
quædam creatio officialium circa adiu-
torium, quod respicit administrationẽ
iustitiæ, arg. eorum, quæ dicam infra in
7. obseruantia, & isti officiales non co-
gnoscunt, sed referunt Capitaneis, eis-
que

que apportant delinquentes. ¶ Et hæc
sint satis dicta quantum ad primum ca-
put huius quintæ obseruantiæ, cui adde
126 † quòd regulariter, etiam tenetur substi-
tutus de culpis, & defectibus substituti
dixi in d. cap. 29 n. 21. & seq. Roncagall.
de duob. reis, l. 9. n. 184. fol. 540. Boss. tit.
de furt. nu. 56. vbi an exhibendo substi-
tutum liberetur. ¶ De secundo verò,
de quo tetigi superius num. 108. vide
quæ scripsi supra in cap. 45. Regis Ia-
cobi, num. 3. tom. 1. vbi allego Pragm.
Regni in hoc concordantem. & est con-
cors textus supra in cap. 8. Regis Fede-
rici tom 2. vbi suppleui pauca notabilia,
127 quoad discursum pro quærendis, † &
capiendis his, & per tradita à Bald. in
l. obseruare. ff de offic. proconsul. vbi
ponit de his Barricellis, & qui vadunt
ad eorum munus exercendum missi ad
purgandum prouinciam malis homini-
bus, Dom. Gratian. disceptat. forens.
cap. 57. nu. 14.

128 SEXTA obseruantia est † vt puniãt
malefactores in loco criminis commissi,
immo, nedum in loco, sed in loco loci
dicti criminis commissi, vt obseruatum
vidimus multoties, & in casibus, de qui-
bus subdam inferius in 7. obseruantia,
num. 185. intantum vt multoties, immo
sæpius, & ordinariè soleat, ac debeat
fieri remissio talium delinquentium, ita
plura d[illegible] commentar. consiet. Pan
hor. ca 1. 3 ampl. 6. nu. 31. 32. l. 1. C. vbi de
crim. agi oport. Specul. in tit. de compet.
iudic maximè quando prouinciæ sub
eodem sunt Principe, ita habetur in
Pragm. 2. & 4. tit. 10. sub tit. de for. cõp.
fol. 40. ad effectum vt in eo regno, vel
loco violato, affligantur, ac mulctentur,
Affl. in d. constit. Iustitiarij, num. 12.
§ si verò, Auth. vt nulli iudic. Auth si
verò, C. ad l. iul. de adulter. Auth qua in
prouincia, C. vbi de crim. agi oport. ad
tradita per Iacob. de Bellouisu in cap.
Romana. §. contrahentes, num. 110. de
for. cõpet. in 6. Couarr. pract. quæst. cap.
11. Tiber. Decian. in tract. criminal.
tom 2 cap. 19 de remiss. reor ad suos iu-
dices lib 4. pulchrè Ludouic. Peguer.
decis. 68. vbi col. 1. & 2. refert ex qua-
129 tuor † rationibus hoc esse, nempe vt sit
solatium damnum passis cognatis, & af-
finibus, & vt facilius in loco delicti re-
periantur testes, qui possint probare
delictum, & vt satisfiat offensæ etiam fa-
ctæ illi iurisdictioni, in qua deliquit, &
vt ex conspectu supplicij scelera in eo
loco puniantur, vbi perpetrata fuerunt
ad aliorum terrorem, ex multis iuribus
ab eo citatis, in puncto est textus Regni
in cap 458. Regis Alph. infr. tom. 5. vbi
quòd fiat remissio ad loca habentia pri-
uilegia, quò remittãtur, & per ea, quæ
scripsi infra in cap. 56. Regis Ferdinãdi
illatione 2. tom. 7. & maximè si delictũ
130 esset factum, eo loco † & territorio, vbi
M. R. C. resideret cum Prorege, vt ha be-
tur in eod tit. pragm. 6 quo casu delin-
quentes efficiuntur omnifariam de foro
loci, vbi commiserunt delictum, hinc di-
cit pragm. 10. tit 27. de Capitaneis tom.
131 1. quòd Capitanei, † & alij officiales de-
bent ad loca delicti accedere, ibique ca-
pere informationes, & nunciare Excel-
lentiæ suæ, arg. eorum, quæ dixi infra
in cap. 33. Regis Alph. tom. 4. addo
pragm. 12. eod. tit. Sed omnium latissi-
mè, qui recollegit in breui hanc mate-
riam remissionum ad locum delicti, &
quando non, vltra ea, quæ posui in d.
consuet addo Dom. Carol. de Tapia in
supremo Consilio Catholicæ Maiestatis
nunc Regentem, Illustrem Doctorem, &
veridicum in eius pulchris annotatio-
nibus ad iura Regni Neapolis tit. Vbi de
crim. agi oport. fol. 38. lib. suo 3. post
Guid. Papæ, Clar. Boer. Azedeu. Ge-
min. Io. Andr. Paul. de Castr. Vinc. de
Franch. & alios adducit limitationes
10. & 23. limitationes ad regulam, quòd
quis debeat remitti ad locum delicti?
132 Primo, nempe amplíat † etiam si ibi de-
linquens commiserit aliud delictum,
nam postquam punitus fuerit, etiam
remittendus erit. Secundo etiam si iu-
133 dex † qui detinet inquisitum non esset
competens. Tertio, esto quòd detinea-
134 tur à iudice originis † vel domicilij.
135 Quarto in fure † & latrone, licet con-
trarium decisum pluries fuisse testa-
tur quòd non remittuntur, nu. 17 Quin-
136 to in vagabundo † quamuis etiam con-
trarium seruetur, arg. eorũ, quæ scripsi
super Pragm. Vnica tit. de vagabund.
137 Sexto etiam si delinquens † haberet
priuilegium exemptionis respectu certi
loci, non autem generaliter. Septimo
138 quando delinquens † esset de aliquo ca-
139 sali Regni Neapolis. Octauo † vt iudex
possit cogi ad remittẽdum si requisitus
nollet remittere. Nono, vt etiam man-
140 dator † sit remittendus, has ampliatio-
nes ponit ipse Dom. Tapia, vsq; ad n. 32.
141 & num. 49. Ampliat Decimo etiam † vt
talis remissio fieri debeat adhuc post
sententiam foriudicationis ex Ann. sing.
55. & 56. subdens num. 50. & 51. quòd in
casibus,

casibus, in quibus fit remissio, possit præ
142 figi terminus Baroni † infra quem cau-
sam expediat, ex eod. Ann. & Azeued.
item, & quòd fiat expensis, & periculo
petentium, vt per Peguer. vbi supra sub
143 nu. 1. † idem d. nu. 51 ex Ann sing. 171.
& dixi in d. consuet. 3. nu. 33. ¶ Limita
144 primo quando essemus in teste † depo
nente falsum, de quo latius dico infra in
capit. 79. Regis Caroli ampl. 6. tom. 8.
145 Secundo † dummodo remissio petatur
per literas publicas, & non priuatas, vt
ait ipse Peguer. n. 17. ex Rolád. cōs. 14.
Marsil. in pract. crim. § opportunè, nu.
83. Paul. de Castr. Boer. & Bald. de qui-
bus ibi per eum. Tertio quando delicta
146 essent grauia, quia de leuibus delictis
non fit delinquentis remissio, vt ait ipse
Peguer. d. decis. 66. nu. 16. ex Calderin.
in cap. 1. de raptorib. Cyn. in d. Auth. in
prouincia, Collect. & Cappell. Tholo-
san. quæst. 319. Abb. in cap. fin. de for.
* compet. nu. 15. & dicit esse com. * opin.
& ob id subdit ipse Peguer. vt esto quòd
delicta essent grauia, sed ageretur ad ci-
uilem pœnam, & condemnationem,
non est remissioni locus ex DD. supra
citatis, & per Chassan. Iacob. de Bello-
uis. Clar. Decian. Couarr. & alios. Quæ-
147 to procedit in foro fori † secus in foro
Poli, & conscientiæ. Quinto quando
148 cum monitorio mittitur summaria in-
formatio circa ipsam remissioné. Sexto
149 fallit † in crimine hæresis, septimo in
150 crimine † raptus. Octauo fallit in Vr-
151 be Roma † quæ est communis patria, vt
tetigi supra in cap. 18. & in repertorio
in verbo Roma, fol. meo 514. maximè
vbi Papa resideret, vt dicimus de Rege
152 siue Principe, † qui vbi residet, ibié est
Curia, communisque patria, vt dicam
infra in cap. 1. Regis Ferdinandi in pri-
mo notabili post principium, tom. 7.
Nono fallit quoties suspicatur Iudices
153 † ad quos remitteretur, non punire. De-
154 cimo quoties adesset † consuetudo non
remittendi. Vndecimo quoties facien-
155 da † est remissio à Iudice maiori ad mi-
156 norem. Duodecimo quando Ciuitas †
ad quam cōfugerint esset fœderata. De-
157 cimotertio fallit in clericis in alieno †
territorio delinquentibus. Quartode-
158 cimo quando locus † ad quem petitur
remissio, esset nimis distans. Quintode-
159 cimo fallit in crimine † furti in strata
publica. Decimosexto in crimine læsæ
160 † Maiestatis diuinæ, & humanæ, & fal-
sæ monetæ. Decimoseptimo in illis per-
161 sonis comprehensis † in l. vnic. C. quãdo
imper. nisi esset ei specialiter derogatũ.
162 Decimo octauo quando esset offensus †
Officialis, vel officialis offenderet ali-
163 quem. Decimonono fallit † in contu-
164 mace. Vigesimo fallit in his † qui ha-
bent familiaturam alicuius officij, puta
Admiratus, & similium, vt dixi infra in
cap. 91. Regis Incliti Ioannis tom. 6.
165 Vigesimoprimo fallit in militibus † po-
sui supra in cap. 105. Regis Federici, d.
tom. 2. Vigesimosecundo fallit in ciui-
166 bus † Neapolitanis, & alijs, qui habent
priuilegium vrbis, de quo nos habemus
etiã Panormi, vt per ipsũ Dom. Tapiam,
num. 48. & ego scripsi in commentar.
S.P.Q.P. cap. 3. nu. 31. & sentit Peguer.
d. decis. 66. sub nu. 19. vbi quòd ex tri-
bus capitibus dicit esse petẽdam remis-
sionem, vel ratione delicti vt hic, vel
ratione originis, siue domicilij, vnde si
ille à quo petitur remissio habeat ali-
quam iurisdictionem in reum, non tene-
tur remittere, ex Felin. Socin. Decian.
Herculan. Bald. Salicet. Grammat. &
167 alijs. Vigesimotertio fallit quando †
timetur de aliqua violentia Iudicis re-
quirentis, nam tunc non est facienda
remissio, Peguera, num. 20. ex Bald. in
cap. 1. §. si iudex, nu. 3. de pac. tenend.
Bursat. cons. 274. num. 5. vol. 2. Marc.
quæst. 400. nu. 9. vol. 1. Borrell. ad Bel-
lugam. §. ex quo limit. 9. Vigesimo
168 quarto quando locus † delicti esset sub
vno, eodemque dominio illorum offi-
tialium, ad quos scribitur, & petitur re-
missio, & sic vnum Regem, & Princi-
pem recognoscerent cum petentibus, ita
Peguer. loco citato, num. 6. ex originali
opinione Odoffreddi in d. auth. qua in
prouincia. Camill. Borrello ad Bellug.
Bald. Matth. de Affl. Paul. de Eleazar.
Imol. Angel. Oldrad. Fulgos. Couarr.
Boer. Clar. Decian. & alijs per ipsum
Peguer. sub lit rationem, nu. 7. quia hoc
casu vnus Officialis non tenetur obedire
alteri, & inter Ciuitates non subditas
eidem Imperio non solet fieri, nec peti
remissio ex Angel. in l. hæres absens, nu.
5. ff. de iudic. Paul. de Castr. cons. 309.
* vol. 2. Marsil. cons. 99. nu. 21. & est com. *
opinio, & ideo inter regna diuersorum
dominorum non fit remissio, sed in ter-
ris, & ciuitatibus subditis eidem Prin-
cipi fit, vt per Cepoll. cons. 38. num. 2.
licet eidem Piguera non placeat hoc,
& non bene iudicio meo, nam isto casu
fit semper remissio, & ita vidimus ætate
nostra in casu illius publici discursoris
Cãpaniæ, & malefactoris, Ioann. Geor-
gij

gij Lanza, ni fallor ad quem capiendum
fuit Delegatus missus Vincētius Bettoni
Procurator Fiscalis exquisitissimus ad
169 Regnū Neapolis. Vigesimoquinto † sub-
dit idem de Peguer.num.18. non esse sic
simpliciter per solam officialium asser-
tionem faciendam dictam remissionem
sed de delicto constare debet ex infor-
mationibus præcedentibus coram Iu-
dice remittente, ex Oldrad. d.cons.224.
Henric.Boich. & alijs Iuribus.

SEPTIMA obseruantia est, vt
sine dilatione aliqua, nec expectata sol-
lemnitate vlla puniant famosos latro-
170 nes † & malefactores manifestos dero-
bantes in campis per vias, & sic strata-
rios committentes homicidia, & similes
personas, quia, qui habent merum im-
perium, debent omne studium adhibe-
re, ne delicta remaneāt impunita, aliàs
tenentur de malo regimine, & subiectis
inferunt magnum incommodum, l.con-
gruit, ff.de offic.præsid cum similib.per
Affl. in constit. generalia, num 8.tit. vt
Vniuersitas accusata rubr. 2.lib. 2. vbi
allegat similia, faciunt dicta superius in
2. obseruātia versic. siue §.caussas, n 17.
de his stratarijs latè dixi suis locis:
ideoque dicitur hic, sine dilatione, ad
demonstrandum, quòd Iustitiarij non
debent in longum trahere ad debitam
punitionem, ne labatur decennium,
quia non esset amplius locus mortis, vt
scripsi supra in cap.117.Regis Federici,
sub versic. talia namque tom.2. etenim
in his delictis manifestis, & notorijs, de
quibus hic, quæ, & alio nomine vocan-
tur flagrantia, & recentia, vt in d. cap.
117. posui, Iustitiarij debent celeriter
se expedire, v.g. in illis delictis, quæ
sunt sine accusatore, & denunciatore
notorijs de per se, l. ea quidem C. de
accusat. etenim isthæc dicuntur flagran
171 tia † delicta, vel quando essent in fla-
granti capti, aut deprehensi anteqūam
venirent ad locum prædestinatum, aut
quia latitabant, vel quæ nulla tergiuer-
satione possent celari, aut quando ma-
lefactor esset conuictus, & confessus,
quia cum isthæc dicantur manifesta,
notoria, & flagrantia delicta ex Matth.
de Affl. in d.constit. Iustitiarij.num.7.8.
9. & seq. tit. qualit. Iustit. lib. 1. Iudex
in his non astringitur seruare ritum,
nec consuetudinem, sed rectitudinem;
& illud est, quod hic dicitur, ibi, sine
sollemnitate, ex Bald Innoc. & alijs, &
ibi Io. Ant. Batius in Annotationibus
(quamuis regulariter in caussis crimi-
nalibus sit seruandus ordo iuris, tamen
hic excipiuntur flagrantia crimina)
in his enim est ordo non seruare ordi-
nem, vt pulchrè per ipsum Affl. in con-
stit. causas, d.tit.qualit. Iustit.num.3.&
4. vnde dicunt Doctores quòd licet ne-
172 mo debeat condemnari † nisi dato ter-
mino ad se defendendum, adeo vt nec
possit ei renuntiari in criminalibus de-
fensionibus, etiam cum iuramento, l.rei
§.ii ad diem, ff. de re milit. Bald. in l.1.
col.11. C.de confess.& in l.à procedente
C.de dilation. l.pactum inter hæredem,
& de pact. Alex. in l.custodias, ff.de pub.
Iudic. Affl. in constit. pœnam eorum sub
nu.9.rubr.3.de bannit.& foriudic.lib.2.
tamen quandoquis est in flagranti cap-
173 tus † potest fieri renuntiatio defensio-
nibus, & termino, vt subdit ipse Affl. ex
Bald. loco citato, Angel. in d.l.pactum,
August. in tract. Angel. de malefic. in
versic. qui Iudex [& vide quæ scribo in
cap. 58. Regis Caroli vers. sed erogan-
tur] vbi tractando latissime materiā
procedendi modi ex abrupto, conclusi-
mus posse ab initio ante torturam de-
negari defensiones contra textum, l. vt
vim ff. de iustit. & iur. sed postea dari,
174 spatulis ruptis, sicut videmus † in simili
posse ex iusta causa, v.g. propter deme-
rita, vel propter contumaciam tolli di-
ctas defensiones, vt ait Io Bertacch. in
suo repertorio in verbo, statutum fol.
meo 99. col. 2. per text. in l. sed & si per
prætorem §. si cum decreto, ff. ex quib.
caus. maior. Paul. de Castr. in d. l. vt
vim, & in l. omnes, C. de Episc. & cle-
ric. Bart. in l. cum mulier, ff. solut. matr.
col. 2. versic. quæro de vna quæstione,
ibique idem Paul. de Castro, quamuis
Cuman. Alex. Bald. & alij ibi teneant
contrarium. Sed officium Iustitiario-
175 rum † siue Capitaneorum erit huiusce-
modi malefactores notorios, & latro-
nes suspendi facere, eisque imponere
mortem naturalem, l. capitalium §. fa-
mosos ff. de pœn. vbi Bart. & Alex. Affl.
vbi supra, nu.12. & seq. vsque ad finem,
& nu.16. qui subdit hos famosos latro-
nes, & aggressores debere penitus ex-
tirpari à præsenti mundo per metapho-
ram, l. & eleganter, §. 1. ff. de dol. d.l.3.
ff.de off. Præf. vigil. cap. ex frequenti-
bus de Instit. cum similib. adeout liceat
176 cuicumque impunè † eos occidere, præ-
sertim bannitos, & foriudicatos, de qui-
bus locutus fui supra in cap.108.eiusdē
Regis Federici ampl.1.d.tom.2 & tāgo
infra in cap.56. Regis Ferdin.vers.dico
2.tom.7.

1.tom.7.& declarabo modo paulo infra, etiam in foro conscientiæ absque incursu peccati mortalis, si respectu vindictæ solius publicè esset factum, vt post B. Thom. part.1.quæst.2. Nell.in tract.de bannit. tit. de his, quæ per alios fiunt, &c. Alberic. de Rosat. in 4. part. statutorum,q. 19. S. August. in libro de libero arbitrio, ait de nostratibus Affl. in constit. Regni, pœnam eorum sub nu. 57.58. 72.73.74. rubric. 3. de bann. foriu. lib. 2. vbi à simili sic infert quòd non fuit homicidium in Abraham, qui ex præcepto Dei voluit occidere filiũ, Geneseos cap. xxij. & per cap. reos 23. q. 5. vbi,qui ex permissione legis occidit, non peccat, & Deus est dominus vitæ, & mortis, sic etiam infert quòd
177 qui aufert † quod suum est, nõ cõmittit furtũ,vt dixi etiam in consuet. Pan.cap. 19.num. 9. addo Nate ad Alex. cons. 335. lib.1.Afflict. in constit. regni, Aduocatus. nu. 6 tit. 81. de præst. sacramenti lib. 1. quia hi tales, præsertim de dictis malefactoribus bannitis, ac foriudicatis, vt dixi paulo supra, habentur, ac si essent mortui secundum Bald. in Auth. & omnino C. ne fil.pro patre, Innoc. in cap. grauem, de sent. excõm.etenim idem est esse in habitu, vel in actu,quando lex expressè hoc dicit, & ita post Alberic.de Rosat.Dominic. & alios,subdit idem Affl. in d. constit. regni, pœnam eorum, num.71. vbi quòd ex tunc dicitur occisus, non ex nunc, ea ratione,quia iudicari sunt pro mortuis, & pro talibus habentur, & in-
178 fert à simili sic esse in hypocrita,† qui viuens mortuus est,cap nolo 12.q.1,infert etiã eodem modo ad Monachos qui esto quòd sint viuentes, mortui sunt tamen mũdo,l.fin.vbi Alber.C.de Episc.&cler. posui in cap. 33. Regis Iacobi, nu. 329. tom.1.& tango infra in cap.54.nu.45 & sic videmus posse similes personas impu-
179 nè occidi,& in campis possunt † suspẽdi in qualibet arbore,quia suspendere iam est occidere, nec incurritur pœna vsurpatæ iurisdicionis, ita Andr. de Ysern. & Afflict. loco citato, nu.75.76. vbi limitat quòd si isti tales essent in fortijs Curiæ, vel carcerati, quod idem est, tunc non licet eos occidere, & occisores pœna mortis puniuntur, ex Bart. Imol. Ioann. Andrea ad Speculator. Cyno, Nello, Dyno, & multis, quos ipse citat, & infert exemplum ad Saul lib. Reg. cap. 1. qui in fortijs Curiæ existens, fuit occisus à seruo suo, ipso mandante, & tamen Rex Dauid mandauit occidi seruũ. Dico plus, quòd si similes personæ impunè occidi possunt, vt vidimus, multo
180 magis retineri permictũtur † ligati etiã in carcere priuato donec assignẽtur Iustitiarijs, sic scripsi supra in cap.55.Regis Iacobi, nu. 28. tom. 1. vbi post multos conclusi per spatium 20. horarum, & non plus, & modo addo eundem Affl. in d. constit. pœnam eorum sub nu.82. qui loquitur de bannitis foriudicatis, & subdit quòd si fortè infra dictum spatium 20. horarum non possent commodè, vel ob locorum distantiam, consignari, nil refert si plus detineantur, & interim dare notitiam Principi residenti in Regno, & suæ voluntatis expectabit declarationem, & limitantur hoc casu, quæ in d. cap. 55. posui loco citato ex Bart.communiter approbato, & alijs, & ex notatis per gloss. in Capit.cũ nõ ab homine de iudic.idem Bart.in l.cum eo, ff. ad l. Iuliam maiest. Afflict.in l. nemo carcerem, C. de exactor. tribut. & in d. constit. pœnam, nu. 83. qui subdit quòd in Regno Neapolis est prouisum quòd vsque ad duos dies possunt retineri licitè in priuato carcere absque aliqua pœna rubricæ, C. de priuat. carcerib. vt per ordinationes Regum Caroli I. & II. apparet, nec mirum si possunt in d.carcere priuato detineri, nam,vt subdit idemmet Affl. carceratio ad captu-
181 ram venit inconsequentiam, argumento de procuratore † cui si datur speciale mandatum ad aliquid faciendum, & in consequentiã illius mandati requireretur pro eius executione aliquid, in quo etiam requireretur aliud speciale mandatum inconsequentiam primi mandati, iam venit istud, in quo requiritur speciale mandatum, ex Bart.in l. indebitam, ff. de cond. indebit. & in l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. etenim, dicit ipse Affl. d. nu. 83. procurator videtur etiã habere mandatum promictendi, quicquid est consuetum promicti in contractu, quamuis in procuratorio nil sit scriptum de eo, quod est consuetum promicti,per tradita in l. si pignore § si creditor, ff. de pignorat. actione, & ibi Aretin. & voluit idemmet Affl. in d. const. pœnam eorum sub num. 36. vbi vbi quòd connexa, & contigua semper veniunt, & ea possunt fieri per procuratorem,non obstante quòd non habeat speciale mandatũ, allegat Fælin.in cap. cũ olim il 2.de off. deleg vel cõdẽnando eos ad mortẽ, & sequor reliqua,vt dictũ

 est,

182 eſt, aut ad perpetuos triremes † & ſic ad
opus publicum per ea, quæ ait ipſe Aff.
in d. conſtit. Hi qui nu. 10. quod poſſunt
facere ipſi Iuſtitiarij ſtante arbitrio eis
dato per dictas conſtitutiones: ſubdens
etiam idem Aff. in d. conſtit. Iuſtitia-
rij d. nu. 12. & ſeq. quòd iſti famoſi la-
trones ſunt inquirendi per ipſos met Iu-
ſtitiarios (etiam accuſatore non exi-
ſtente, vt ſcripſi in d. cap. 117. Regis Fe-
derici ſub verſic & quantum, vbi loquor
de ſubintrantia Fiſci) & non per alios,
quia merum imperium non poteſt de-
mandari, vt poſui ſupra in 5. obſeruan-
tia; quamuis, vt verum fatear, Iuſtitia-
183 rij † habeant multos Coadiutores fiſca-
les in hoc, qui inquirunt, ex quo non
poſſunt de per ſe ſolos hoc facere, & fa-
ciendo hãc inquiſitionem dicti Coadiu-
tores, iam dicuntur facere de ordine
ſui ſuperioris Iuſtitiarij, ſiue Ærarij, per
ea, quæ in iſta materia inquiſitionis ait
Aff. in conſtit. volumus rubr. 93. quan-
to tempore, &c. nu. 11. vbi aduertit of-
ficiales, vt caueant ne procedant ad in-
quiſitionem, ſaltem non præcedente fa-
ma, ex his, quæ dixi in d. cap. 117. ſub d.
verſic. & quantum, ibi, ſexto fama pu-
blica, quia alias tenentur reſarcire
damna, & intereſſe, ac expenſas ex In-
noc. in cap. cum oporteat de Accuſat.
Bald. in l. nullus, C. ad l. iul. Maieſt. &
in l. ſancimus, C. de iudic. & in l. ſeue-
riter, vbi etiam Cyn. C. de excuſat. tu-
tor. & in l. fin. C. de fruct. & lit. expens.
Bart. Salicet. Ant. de Butr. Paris de
Put. & alij per eum allegati, & capti
puniri ijdem famoſi latrones per eoſ-
dem Iuſtitiarios, maximè contra iſtos
184 ſtratarios, † & bannitos, qui commo-
rantur, vel furantur in campis (de qui-
bus ſcripſi ſupra in cap. 108. eiuſdẽ Re-
gis Federici ampl. 4. eod. tom. 2.) quip-
pe quòd contra hos tales inuehit, & in-
ſurgit conſcientia criminum ex Archid.
in cap. omnes, §. ex his 38. q. 1. cap. in
cunctis 11. q. 3. vbi quòd recurrendum
ad conſcientiam eſt, & ex Apoſt. 2. Cho-
rinth. cap. 2. gloria noſtra hæc eſt, te-
ſtimonium conſcientiæ noſtræ, & prout
accidit contra illos maleficos Bucche-
rios de Putrino, & ſocios, qui aſſaſſina-
uerunt aurificẽ illum de Giglio in cam-
pis, & occiderũt furatis omnibus aureis,
& argenteis rebus, qua de cauſa, poſt-
quàm fuerũt ſuſpẽſi, fuerunt etiã in fru-
ſtra etiã ſecati de ordine Regiæ Curiæ
Prætorianæ menſe Nouẽbris Ann. 1611.
de mãdato Excellẽtiæ ſuæ, dato termino
185 † horarum quatuor, in circa, & iterũ in
eodẽ Tribunali Regiæ Curiæ Prætoris
Ann. 1615. me exiſtẽ e Iudice cũ Spectã-
bili Ioſeph Vacante, & Io. Baptiſta de
Oddo etiam Iudicibus, facta relatione
prædictæ Excellẽtiæ ſuæ, die 26. Martij
condemnauimus* (dato prius termino
extraordinario, & de mãdato eiuſdẽ Ex-
cellẽtiæ ſuæ horarũ 24.) Ioſephũ lo Spa-
gnolo, & Franciſcum de Maria, ſtanti-
bus informationibus, & eorum confeſ-
ſionibus binis de plano, ad mortem fur-
cis ſuſpendendos, donec eorum animæ
ſeparentur à corpore, & ante executio-
nem ſententiæ, quòd torqueantur in ca-
put alienum tamquam cadauera, & du-
cantur ad ſupplicium ſuper currum,
eorumque cadauera ſcindantur, & ſpa-
tulæ, & capita ponantur in loco delicti,
ob necem miſerandi pauperis Franciſci
Bruni occiſi in campis proditorio mo-
do, ſub ſpe amicitiæ, cum Eraſmo de
Yraci reo, & complice eiuſdem atro-
ciſſimi delicti, quem adhuc in fortijs
Curiæ non habemus, & iterum eodem
Anno die 17. Nouembris fuit per nos
datus terminus extraordinarius, & de
mandato eiuſdem Excellentiæ horarum
vigintiquatuor ad inſtantiam Ærarij no-
ſtræ Curiæ Io. Dominico Miraglia
proſecuto de aſſaſſinio, & ictu ſcopet-
toni, & morte ſecuta in perſonam mi-
ſerandi Adoleſcentis Don Iacinti la Fa-
rina, & ſimiliter ante executionem Iu-
ſtitiæ fuit tortus quaſi per ſpaciũ dimi-
diæ horæ in caput alienũ, eũque cõdem-
nauimus,* vt laqueo ſuſpenderetur, do-
nec anima eius ſeparetur à corpore, vt
duceretur ſuper currum ad locum de-
licti, & obtruncaretur eius manus dex-
tera, cũ qua deliquit, per ea, quæ dico in
inferius citato cap. 53. Regis Cath. Fer-
din. in 3. intellectu, tom. 7. vbi omnino
videas in materia pœnę amiſſionis man.
& in quatuor fruſtra ſcinderetur, ac dila-
ceraretur, vt poſt Abbat. in hac materia
aſſaſſinij plura cumulãt, in c. ac ſi clerici,
n. 41. de iudic. Chaſſã. in cõſuet. Burgũd.
rubr. 1. ver. vidẽdũ, n. 7. Carrer. in pract.
crimin. fol. 294. num. 35. Gabriel con-
cluſ. 1. tit. de malefic. lib. 7. fol. meo
661. nu. 35. & per tot. vbi examinat ma-
teriam cap. pro humani, de homicid.
in 6. & ſic videmus quòd ſolet, & poteſt
Princeps abbreuiare dictum terminum
186 † extraordinarium, prout alias facta
etiam relatione per eandem noſtram
Curiam Capitanialem prædictæ Excel-
lentiæ ſuæ in viſita generali detemptã,

his

his diebus Natalitijs dicti Anni 1615. de homicidio commisso per Tranquillum Ganguza in personam eius vxoris occisæ, & vulneratæ lethaliter in propria domo cum cultello crudelissimis vulneribus in eam illatis, ex quibus illinc ad paucos dies mortua fuit, & dato per nos ei termino extraordinario, Sua Excellentia de ordine suo voluit, vt sit horæ vnius, prout fuit ipsi notificatus, & nullis factis defensionibus, eadem Excellentia sua ordinauit, & fieret per nos relatio in vigilia Natiuitatis Domini Nostri, & fuit condemnatus morti, non obstantibus quòd delictum erat proba-
187 tum per indubitata indicia, & casus † condemnationis licet etiam fuisset pœna extraordinaria, ex his, quæ tradit Angel. Aretinus in tract. de malefic. in verbo, Quòd fama publica &c. vers. quæro an vnum indicium, num. 18. vbi ponit casum similem illi facto per dictũ Tranquillum, qui fuit visus exire de domo cum facie turbata, & dicta domus non habebat nisi vnum hostium, & vicinæ gentes audiebant tumorem, & credebãt ipsum verberasse eius vxorem, vt erat solitus, sed illa miseranda clamabat, aiuto, che m'haue vcciso, & exeunte eo de domo, vicinæ ascenderunt sursum, & eam inuenerant crudeliter vulneratam in bracchio, in digitis, in facie, & iacentem in terra demortuam cum maxima sanguinis effusione, & sic licet ipse non fuerit visus percutere, sed illa reperta fuit moribunda, & vulnerata, & nullus alius potuit eam vulnerasse, licet teneant ipse Angel. & Additio ad eum in litera C. post Ioann. Andr. in Additionib. ad Specul. tit. de probation. §. 2. versic. 13. Imol. in l. fin. ff. de hæredib. instit. Paul. de Castr. cõs. 197. in primis, & antiquis impressis incip. visa inquisitione post Gandin. in tract. de malefic. rubr. de præsumpt. & indicijs idubitatis &c. ac cõcludãt, quòd tutius sit condemnare ad pœnam extraordinariã ex dictis indubitatis indicijs, vel ad torturam ponere, vt confiteatur delictum ex ore proprio, Hyppol. de Marsilio in l. repeti, ff. de quæstion. vbi num. 22. referendo vnam primam opinionem, quòd possit ad mortem condemnari, tamen mox, nu. 23. tenet contrariam partem, quòd non possit, & ita tenuisse DD. Bononienses, & quòd Paul. de Castro liberauit quem à morte, cotra quem erant ita fortia, & indubitata indicia, vt animus, & intellectus non poterat credere, quòd alius fecisset illud homicidium, quàm ille, ex Cepoll. cons. 6. col. 3. Angel. in l. 2. ff. de furt. qui reprehendit Bartol. addo Farinac. de indic. & tortur. quæst. 36. vbi nu. 39. cum seqq. ponendo quæ sint indicia indubitata, postea in quæst. 37. à nu. 50. ** 51. 52. 53. tom. 2. referendo magis ** com. opin. pro, & contra, concurrit cum opin. Angel. de malefic. Gand. Marsil. Blanch. Mandell. Bursat. & alijs ibi per eum citatis, & iterũ in tract de Reo confesso, quæst. 86. limit. 7. à nu. 55 vsque ad n. 68. tamen quia dictus Tranquillo confessus fuit delictum coram Excellentia Sua, ob id stante dictó homicidio crudeliter sic ommisso, & stãte etiã prædicta sua confessione, fuit ad mortẽ naturalem condemnatus *, & missus statim ad Cappellam, quasi quòd magis † vituperetur
188 factum illicitum cum pecunia (& sequor nũc tacta superius) quòd dicitur assassiniũ, vt dicũt omnes in cap. 1. de homicid. in 6. quàm fine. l. si quis pecunia, ff. de condic. ob caus. Bald. in l. si in fraudem C. si quis omiss. caus. test. Affl. in d. const. pœnam eorum, nu. 9. de banuit. & forjudic. rubr. 3. lib. 2. sed cauendum sit, ne possit aliquando dici, veh nobis.

„ *Dat veniã coruis, vexat cẽsuras columbos,* & illud, dimitte nobis Barrabam, de quo sentijt Surd. cons. 132. sub nu. 40. lib. 1. & propterea sancta fuit illa iustitia, expedit enim tales grassatores, & captiuatores itinerum, ac prædatores extirpari acriter (arg. eorum, quæ dico contra eos de modo procedendi ex abrupto, infra cap. 58. Regis Caroli tom. 8.) de de quibus legitur apud nonnullos DD.
189 quòd nec Aduocati † pro allegando eorum causam debeant dari, arg. hæreticorum, & sodomitarum, quibus prohibentur Aduocati, eorumque audientia, vt posui infra in cap. Rit. 149. num. 9. tom. 4. & in d. cap. 58. Regis Caroli tetigi, addo quoad hæreticos, constit. regni, inconsutilem in fine, vbi gloss. fin. subdit quòd sic est in crimine læsæ Maiestatis, l. quòd quis §. denique, C. ad l. iul. maiest. & personarum preces ab aditis Principis repelluntur, l. 2. C. de offic. Vicar. neque rescriptum per eos imperatum tenet, vt in d. gloss. ea ratione quia eadem pœna plectatur, qui defensionem præstat pro hæreticis cap. fælicis, de pœn. in 6. Gigas, & alij relati per Surd. cons. 74. num. 23. lib. 4. quibus addo quòd immo de iure com-
190 muni si Iudex nollet in causa † quamuis

clara Aduocatum audire, posset ex hoc
vt suspectus recusari secundum Lan-
franc. in clement. sæpe. versic. de plano.
col. 1. de verbo signific. Robert. Marant.
in suo Speculo, part. 6. a. actus citi. de ap-
pellat. num. 92. fecit 8. Pragmat. huius
Regni tit. de offic. iudic. M. R. C. tom.
1. ibi, volumus, & §. 2. ibidem. (& te-
tigi infra in cap. 113. Regis Ferdin.
causa 1. tom. 7. vbi tracto de iudicum
recusationibus) arg. eorum, quæ dixi de
doctoribus infra in cap. 474. Regis
Alph. tom. 5. & ita contra hos grassato-
res, & depredatores itinerum, insignesq;
latrones in specie voluerunt DD. quòd
191 Iudex † non patiatur aliquem aduoca-
re, Marsil. in pract. crimin. §. exami-
nanda nu. 3. cum seq. Aug. Aretin. de
malefic. in verbo cælestem, nu. 12. Fe-
lin. in cap. dilectus de Simon. Farinac.
quæst 39. nu. 107. arg. tex. in l. per om-
nes, C. de defens. ciuit. qui text. reali-
ter secundum ea, quæ scripsit Illustris
Præses de Amescua in tract. de potest.
in se ipsum, cap. 19. num. 4. hoc non di-
cit, & oscitanter supradicti DD. illam
legerunt, sed tantummodo remouentur
patrocinia, quæ fauorem reis, & auxi-
lium scelerosis impartiendo, maturare
scelera fecerunt, quinimmo etiam ipse
affirmat eis dandum aduocatum gratis
quando sunt pauperes iuxta regularem
192 iuris dispositionem, nam audientia †
Aduocatorum semper datur ex tradi-
tis in consuet. Panormi cap. 68. nu. 17.
& voluit Petr. de Monteforte inferius
citandus, vbi loquendo de datione Ad-
uocatorum ait quòd danda est dilatio
ad inueniendum aduocatos, l. prætor in
fine, ff. ex quib. caus. maior. cap. 1. & 2.
extr. vt lit. vbi graue est alium aduocatũ
concedere præter primum, nisi mali-
tiosè perijsset, vt ibi per eũ, beneuerum
quod sufficit vnus bonus Aduocatus, ha-
bes supra in cap. 8. versic. de duobus.
Sic videmus quòd his similibus delin-
193 quentibus denegari possunt alimenta †
existentibus carceratis ad effectum con-
fitendi, & sic est species torturæ, & post
Hypol de Marsilio in l. 1 num. 28. ff. de
quæstionibus, qui dixit quòd priuatio
potus, & cibi dicatur tormentum, vbi
etiam loquitur de illis locis, in quibus
moritur de frigore, quia torturæ spe-
cies est, vt sunt foueæ, & dammuselli
& alia loca similia, in quibus pro cõfiten
dis delictis solet fieri inquisitio. gloss. in
Clement. 1. ver. tormentis, de Hæret. Bar
tol. Paul. de Eleazar. Ioan. Andr. & Albe-
ric. de Rosat. de quibus per ipsum Mar-
sil. Brun. in tract. de indic. & tortur. 2.
part. quæst. 2. nu. 6. Contra l. Iodocch.
in eorum practicis. Prosper. Farinac. in
tract. de indic. & tortur. quæst. 38. n. 69.
par. 1. tom. 2. est text. & ibi notatur in l.
item apud labeonem, §. quæstionis, ff.
de iniur. Petr. de Monteforte in con-
stit. Regni, humanitate tit. 10. de his,
qui fid. dar. poss. lib. 2. vbi alij: Immo
plus dicit Bart. in l. si quis C. de re mi-
lit. lib. 12. quòd isti, qui diuidunt præ-
dam cum talibus aggressoribus via-
194 rum, debent viui † comburi (arg. pi-
ratarum, de quibus loquor infra eod.
cap. 67. §. 21.) Bald. in l. data opera,
C. qui accus. non poss. nullaque vti de-
195 bet Princeps lenitate in his, † & alijs
grauioribus delictis, sed seueritate
vtendũ est, vt per Plutarch. in Politicis,
quem refert Simmac. lib. 8 de Repub.
cap. 26. nu. 16. vbi quòd in improbos
sæuire per necessarium est: B. August.
sermone 15. de verbis Domini, inquiens
quòd si seueritas disciplinæ dormiat, re-
pressa disciplina, seuit impunita nequi-
tia, D. Bernardus lib. 3. de cõsider. ad Eu-
genium, S. Chrisostomus in sermone de
Absalon, argumento eorum quæ de se-
ueritate dicam infra in cap. 56 Regis
Ferdinãdi in versic. dico 2. d. tom. 7. con-
tra contumaces, &c & transit simpli-
cit. hic Ferdinand. Boniorn. in eius
annotationibus, & in l. illustres, C. de
mod. mulct. vbi latissimè scripsit quòd in
enormibus delictis, multæ sollennitatea
iuris ciuilis remittuntur ex Marsil. in
pract. crimin. à nu. 5. cum seqq. & per
Afflict. decis. 331. immo pœna, quæ aliàs
conueniens fuisset, augeri, & exacer-
196 bari debet, pœna enim quælibet † etiam
à iure determinata est arbitraria iudi-
ci, possèque ex causa augeri, vt post
gloss. in l. hodie, ff. de pæn. Bal. in l. & si
seuerior, C. ex quib. causs. infam i. roge-
tur, Castrens. Dec. Viuius, Didac. Co-
uarr. Claudi, Battand. Tiraquell. Iul.
Clar. & alij, de quibus per Bartholom.
Bertazzol. consil. 356. nu. 1. lib. 2. ex
Boss. Plaza. & Menocch. sicut etiam, &
minui potest, vt subdam pauloinferius
hic, ibi, econtra vero nu. 199. cũ seqq. ne
lenitate pœnæ ab alijs talia delicta per-
petrẽtur, §. sed si credat, instit. de oblig.
quæ ex delict. nasc. & vt alij terreantur,
suppliciumque vnius, metus sit multo-
rum, & hac de causa scelestorum sup-
plicia manifesta cunctis ostenduntur, vt
subdit Plutarch. de sera numinis vin-

dicta, Simanc. lib. 9. cap. 22. de Repub.
l. 1. C. ad l. iul. repetund. l. aut facta §.
fin. & ibi gloss. & Bart. ff. de pœn. & §.
pen. vbi dicitur euenire, vt eadem sce-
lera in quibusdam prouincijs grauius
plectantur, vt in Africa messium incen-
sores, in Mysia vitium, (vt tetigi supe-
rius in 2. obseruantia, §. incendia, &
in §. arborum) sic de adulteratoribus
monetarum, nam in his delictis in pro-
uincijs magis ea frequentantur, quàm in
alijs locis, & consequenter conuenit
acrior pœna. l. saccularij. §. sunt quæ-
dam, ff. de extraordin. crimin. & diffusè
in hoc augmento pœnarum ob frequen-
tiam delictorum, quòd nempè liceat pœ-
nas transgredi, scripsit Grammat. de-
cis. 36 num. 2. & seq. Petr. Caball. in
eius resolutionib. criminalib. casu 99.
num. 60. & num. 102. vbi quòd per leni-
tatem Rex contemnitur, lex despicitur,
& grex inficitur, per seueritatem verò,
Rex honoratur, lex saluatur, grex ser-
uatur, ex Luc. de Penna in l. 3. versic.
& breuiter, C. de his quæ ex publ. col-
lat. illat. sunt non vsurp. lib. 10. vbi sub-
dit quòd iustum est saltim, vt quem ti-
mor Dei à peccato non reuocat, saltim
disciplinæ seueritas coerceat, cap. cum
in cunctis §. clerici, extr. de elect. itaue
in his atrocibus delictis, & maleficijs
ex circumstantijs, & qualitatibus deli-
cta aggrauantibus, in casibus, in quibus
197 Iudicis arbitrio † aliquid est remis-
sum, possit vsque ad mortem etiam in-
clusiue condemnare (licet regulariter
sit contra) vt posui latè in commentar.
consuet. Panhormi cap. 77 num. 11. sic
intelligas Intriglial Singul. 234. adiun-
go Additionem ad Bartol. in l. 1. §. ait
prætor, ff. de iur. delib. & ita post Ber-
tazzol. cons. criminal. 35. num 19 & 20.
lib. 1. Farinac. lib. 1. q. 18. t. criminal. tit.
de delict. & pœn. quæst. 17. limit. 1. nu. 35.
Menocch. de arbitr. iudic. quæst. 82. nu.
30. lib. 1. Gomez. Var. resolut. de delict.
cap. 6. de iniurijs sub num 8 Imol. in l. 2.
num. 4. ff. de public. iudic. tradit ipse
198 Caball. loco citato, num. 100. maximè †
subdit num. 103. quando Iudex mortis
pœnam arbitraretur consulto Principe
(vt moris est in hoc Regno); nam tunc
in Principe ipso omnes pœnæ sunt arbi-
trariæ, etiam vsque ad mortem, si sic ex
factis, & qualitatibus personarum vi-
deretur, ratione quia Princeps sumit
arbitrium ex motu cælesti, Affl. super
constit. Regni rubr. 35. lib. 1. de offic. rei-
pub. num. 4. & rubr. 102. de constr. vni-
uers. in constit. dubitationem, num. 16.
Grammat. d. decis. 36 nu. 8. 12. Carrer.
in pract. crim. §. circa igitur, num. 32. &
seq. Boss. in pract. crimin. tit. de Princip.
& priuileg. eius, nu. 82. vers. pœna om-
nis, August. de Arim. in Addit. ad Aug.
in tract. de malefic. in verbo, & ibi ca-
put à spatulis, num. 46. Farinac. d. q. 17.
num. 60. ¶ Sic videmus quòd in mate-
ria furtorum, quo magis sunt commissa
à nobilioribus viris, eo magis augetur,
& exacerbatur pœna, dixi supra in d. 2.
obseruantia, §. Furtum. ¶ E contra ve-
199 rò misereri proborum hominum † si ali-
quando delinquant, Principem decet,
Plutarch. & Simmac. vbi supra, qui dicit
nonnumquam dissimulandum est atque
consulto, non nihil prætereundum, tam-
quam nec videris quicquam, nec audi-
ueris id, quod domi plerumque puero-
rum errata de industria non obseruan-
tes, quasi nesciamus, factitare solemus,
& paulo infra per eosdem, quemadmo-
dum Medici est magna ex parte cor-
ruptiore, sanguine diminuto, parum
ægroto, deinceps innocui, & salubris
cibi afferre, sic vir ciuilis, & Reipublicæ
Princeps dempta prius ignominia,
damnoue Ciuitatis summoto leui de in-
de gratia, & humanitate quascumque
molestias, & querelas leniet, atque so-
labitur, l. respiciendum, ff. de pœnis l. ob-
seruandum. ff. de offic. Præsid. & conse-
quenter minui potest in casibus, vt ait
ipse Bertazzol. d. consil. 356. d. num 1.
200 lib. 2. Sic ratione paupertatis † huma-
nitati aliquid est condonandum, Paris.
de Synd. fol. 238. nu 8. Additio ad Ber-
tazzol. cõs. 71. in litera C. lib. 1. vbi sub-
dit quòd Iudex non debet esse nimis gra-
tiosus, d. l. recipiendũ, ff. de pœn. Sic ra-
201 tione ingenuæ † confessionis factæ per
ipsum reum minoratur etiam pœna,
maximè si non esset conuictus, vt ait ip-
se Bertazzol. nu. 4. 5. & 6. ex Canonistis
in cap. si clerici, de iudic. & ibi Abb. Dec.
Fælin. Tiraquell. Beroos, Simanca, &
esse com * opin. ait, subdens præser-
tim quòd Iudices de hac confessione pa-
rum curare ex Iul. Clar. & Alberic. & re-
cordor retulisse Excellentiæ suæ tam-
quam Iudex d. Regiæ Curiæ Prætoris,
de quodam, qui fassus erat in subitioni-
bus venenasse vxorem repertam cum
amasio, esse minorandam ex hoc pœnã.
202 Sic ratione bonæ famæ † per quam vult
ipse idem Bertazzol. nu. 7. delinquenti
veniam etiam dari, nedum pœna minui
ex Crott. Grammat. Natt. Clar. & alijs.

Sic

203 Sic ratione quòd quis non ſit ſolitus †
delinquere pœna minuitur ſubdit ipſe
Bertazzol. num.8.ex Grammat. Marſil.
Paris. Horat. Lot. Merend. Ludouic.
dec. ſ. Lucenſ. 15. nu. 90. Sic ratione no-
204 bilitatis † pœnam minorari, multos,
quos ſileo recenſet idem Bertazzol. à
num. 11. vſque ad num. 15. tetigi ſupra
nu. 34. Sic ratione prouocamenti, & in-
205 iuriæ illatæ † eandem minui pœnam
ſubſequitur idemmet à num. 16. vſque
ad nu. 26. vbi quòd nec corporalis de-
beatur, ſed pecuniaria. Sic ratione diu-
206 turni, † & longi carceris ſolent Iudi-
ces minuere pœnam, ſubdit ipſe Bertaz-
zol. num 38. ex eod. Tiraquell. de pœn.
cauſ. 41. Sic recordor dixiſſe de exquiſi-
207 tat induſtria, & de alijs ſimilibus exẽplis
in Cõſuet. Panhor cap. 9 nu. 23. 24. & in
capit. Regni 117. Regis Federici, nu. 36.
cum ſeqq. tom. 2. & in cap. 53. Regis Fer
dinandi in 3. intellectu, tom. 7.

OCTAVA obſeruãtia eſt circa com-
208 poſitiones † faciendas in materia de-
lictorum, & hoc ne delicta remaneant
impunita, vt conſiderat Carauit. in Rit.
Neap. 276. & Dom. Tapia inferius cita-
tus, per l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.
vide Parid. de Put. in verbo compoſitio,
Affl. deciſ. 187. Grammat. vot. vltimo
de quibus vide quæ ſcripſi in cap. 52.
Regis Iacobi tom. 1. & in d. cap. 117. Re-
gis Federici tom. 2. & in cap. 10. Re-
gis Alphonſi infr. tom. 4. quæ compoſi-
tio poteſt fieri per Capitaneos, v. g. cir-
ca tertiam partem bonorum mobilium
confiſcatorum ob contumaciam banni,
vt tetigi ſupra in cap. 108. eiuſdẽ Regis
Federici verſic. ſecundum quod incurrit
d. tom. 2. & ita Affl. ſcripſit, quòd poteſt
fieri compoſitio, & admitti ad eam per
Iuſtitiarios, in conſtit. Regni, Grandis,
rubric. de pœn. contuma. ſub num. 6. lib.
3. (arg. illius capituati à banditis, cum
quib. poſt ſe componere ex dictis in d.
209 cap. 108. reſtr. 4) faciendo apodixam †
omnium pecuniarum, quas recipiunt
de qualibet compoſitione per manus
Aerarij ac rec piẽdo antapocam de ſo-
luto, vt hic tangitur, & concordat cum
dictis per me in d. cap. 10. Regis Alph.
num 4. ſicquè ſentit expreſsè idem Affl.
in conſtit. Regni, cauſas, num. 10. tit.
50. qualit. Iuſtit. lib. 1. vbi quòd in ma-
210 teria compoſitionum † debent fieri per
Iuſtitiarium, Iudicem, & Magiſtrum
notarium iuxta qualitatem negotij, &
perſonarum, latè ſcripſit Luc. de Penna
in l. 1, C. de Deſert. lib. 12. Paris de Put.
de ſyndic. in verbo, compoſitio, & Nea-
poli adeſt ſtatutum quòd Regens nõ po-
teſt componere abſque Iudicib. M. R. C.
& hoc quando ipſis officialibus eſſet con
211 ceſſa per Principem † facultas commu-
tandi pœnas ex ſua mera benignitate
per quam facilior eſt ad indulgendũ,
quàm ad condemnandum, cuius partes
licet ſint regere imperium, & debellare
ſuperbos, ſunt etiam, parcere ſubiectis,
facit quod citat Andr. de Yſern. in cap.
1. §. argentaria col. 1. quæ ſint regalia,
& ita poſt Mutium Sergentem in Ad-
not. ad eius fratrẽ fol. 348. ait ipſe Dom.
Carol. Tapia ad iura Regni Neapolis
tit. de tranſ. fol. 28 col. 1. lib. 4. vbi quòd
ad Principem ſolum ſpectat pœnas com-
212 mutare † arg. eorũ, quę poſui de Regalijs
infra in cap. 456. Regis Alphonſi, tom. 5.
& per ipsũ alijs officialibus, ſiue Iudici-
213 bus concedere alias nõ poſſunt † quia Iu-
dex non debet eſſe clemẽtior lege, vt ait
Affl. in d. conſtit. Regni pœnã eorũ, n. 49.
tit. 3. de bann. forindic. lib. 2. num. 4. qui
refert fuiſſe tempore Regis Caroli I.
Iudicem ſuſpenſum, eo quòd condem-
nandum ad mortem, condemnauit ad
truncationem manus per §. oportet,
Auth. de iudic. nec debet flecti circa le-
gem, §. ſi quis autem auth. de trient. &
ſemiſſ. & maximè ſubdit ipſe Affl. non
poteſt Iudex pœnas à lege ſtatutas mi-
nuere per text. in l. digna pœna, & l.
aliud §. inter ff. de verb. ſignif. & in l. 1.
§. calumniatoribus, ff. ad turpill. niſi
hoc faceret ex cauſa ante ſententiam
per l. & ſi ſeuerior, C. de infam. Andr.
Luc. de Penn & alij citati per ipſum
Afflict. & per ea, quæ notaui ad l. be-
214 ſtias, ff. de pœnis, & tunc ex tali † con-
ceſſione poſſunt, & ipſi compoſitiones
recipere, Ant. Sola ſuper conſtit. Peda-
mont. tit. de accuſat. gloſſ. 1 num 6. Ca-
noniſtæ in cap. fin. de tranſ. & in cap. 2.
de pæn. Carauit. ad Rit. Regni Neapo-
lis cap. 272. & hoc Regni capitulum vi-
detur pulchrè concordare cum Rit.
Neapolis 273. vbi idem Tapia d. fol. 29.
215 col. 2. quòd compoſitiones tractantur †
certa die determinata, die Sabbati in
Viſita carceratorum cum præſentia Re-
gentis, Fiſci patroni, Perceptoris, & ſi-
milium officialium pro exigendis dictis
pecunijs imburſandis infra dies 15. alias
compoſitio ſit nulla, aliter non poſſent
ipſi officiales componere, ſicut obſerua-
mus in Fiſcalijs in M. R. C. niſi ſpeciali in
hoc præfulgerent dignitate; vel niſi ex
216 ſpeciali ſtatuto † ſiue conſuetudine le-
gitima

gitima hoc appareret, vt post Parid. de
Put. Guidon. de Suza. Bal. Andr. de
Yseru. Capic. Afflict. Fabium à Monte-
leone, & alios tradit Farinac. de inqui-
sitione quæst. 5. num. 1. & seq. licet ipse
num. 3. teneat contrarium posse simpli-
citer officiales omnes componere cum
præsentia fisci, sed hæc opinio dura vi-
detur, quia semper puto consulendum
Principem vt ipse sentit, in rebus arduis.
217 ¶ Sic etiam est licita cōpositio † quan-
do aliquis fuit contumax in non compa-
rendo in causis ciuilibus iuxta ea, quæ
posui supra in cap. 25. Regis eiusdem
Federici sub versic. ita legitur, eod. tom.
2. & in alijs casibus, de quibus per Fa-
rinac. d. q. 5. de inquisition quia realiter
218 pecunia in compositionē † soluta loco
pœnæ succedit, atquè Fisco applicatur, &
partem Accusatio, vt subdā modo, & valet,
ac si esset condennatus, l. senatus, §. si
quis, & §. seq. ff. de iure fisci, l. eum, §.
qui iniuriam, ff. si qui cautionib. Paris
de Puteo Ghirl. Carauit. Fab. à Mon-
teleone, & al. j, de quib. per ipsum Fa-
rinac. d. q. 5. num. 4. cum sim libus, quæ
dedi in d. cap. 117. versi. subaudias septi-
mo. Maximè in eo, qui semel commisit
delictum † toto tempore eius vitæ, quia
219 laudabilis & admissibilis est compositio,
Farinac. num. 10. ¶ Intantum vt nec vi-
deatur ille, qui se componit fateri de-
lictum † quoties compositio esset factà
220 in casibus à iure permissis, vt est com-
munis opinio, de qua per ipsum Fa-
rinac. latè num. 18. cum plurib. seq. &
per multa, quæ pono in cap. 7. Regis
Philippi versic. declara octauo vbi lo-
quor in materia indultus, tom. 9. Ex-
cludendo semper grauia delicta in qui-
221 bus † non cadit ipsa cōpositio, vt exem-
plifico inferius, num. 227. 232. 233. 234.
& voluerūt Paris de Pur. in verbo com
positio cap. 3. num. 2. Fabian. à Monte-
leone in praxi arbitr. 5. part. q. 2. am-
pliat. 2. quicquid post Paul. Ghirland.
Carauit. ac alios tradit Farinac. d. q. 5.
limit. 13. vbi tenet in omnibus delictis
grauib. esse licitam, nam mihi non pla-
cet hæc opinio, quia sicut in remissione
non valet, vt dixi in d. cap. 117. limit.
8. sic nec in compositione, & ob id in
crimine falsæ monetæ non cadit compo-
sitio, vt tetigi supra in cap. 43. sub ver-
sic. 3. collige per cap. 36. Regis Ioannis.
222 ¶ Vel vbi processus † esset completus,
& perfectus ita vt delictum Rei esset
plenè probatum, tam tunc non ca-
dit compositio, sed causa debet vsque
ad finem sententiæ prosequi, & termi-
nari; Farinac. loco citato, num. 5. per
l. cum reis, l. sancimus, C. de pœnis, l.
fin C. de custod. reor. Paris de Put.
Ghirland. Salicet. Purpurat. Gabriel,
& alij, de quib. per eum, qui tenent hāc
opinionem, quę tamen non est vera, nam
tam si delictum esset plenè probatum
223 † quàm non, semper es potest admitti
compositio, vt voluerunt Luc. de Penna,
Paris de Puteo, Afl. Carauir. & alij, &
hoc est veritas, quicquid esset dispositū
de iure communi, nam secundum no-
stra statuta, Ritum, & Pragmaticas, com
positio non, nisi probato crimine, fiat, vt
ipse subdit, præsertim si adesset iusta
causa recedendi à pœna ord naria, &
illam in pœnam pecuniaria n conuer-
tere, quia tunc semper admittitur, esto
quòd constet, multos cumulat Farinac.
num. 8. maximè in Curijs ecclesiasticis
in quibus esto quòd plenè constiterit
de delicto quocumque, valet composi-
tio, Farinac. num. 6. post Ghirland.
q. 1. num. 4. & 5. ¶ Aut nisi essemus post
224 sententiam † quia tunc ex quo Iudices
sunt functi eorum officio, non possunt
compositionem admittere, ita ipse Fa-
rinac. num. 9. ¶ Aut nisi simus in deli-
225 ctis † iteratis (argum. eorum, quæ dixi
in d. cap. 117. versic. subaudias sexto)
quia volunt multi nō posse cadere cōm-
positionem, vt post Parid. de Put. in d.
verbo compositio, cap. 1. num. 4. & cap.
3. num. 1. cum seq. Ghirland. de pœn.
compos. q. 1. num. 6. & q. 2. Fabium à
Monteleone in d. pract. arbitr. q. 3. vlt.
part. 5. part. princip. ampl. 1. num. 2.
cum seq. Grammar. voto 35. num. 1. &
seq. & licet ipse Farinac. num. 10. te-
neat contrarium, quòd in delictis reite-
ratis debeat, & possit componi, tamen
eius dictum regulatur in casibus graui-
bus non procedere, & sic remittitur ar-
bitrio Iudicis, & superioris. ¶ Vel nisi
226 pars offensa non fuisset concordata † nā
tunc non est locus compositioni, & fa-
cta non tenet, vt post Parid. de Put. Ghir-
land. Luc. de Penna, Innoc. Carauir. &
alios ipse Farinac. num. 11. factæ remis-
sione, de qua posui in d. cap. 117. limit. 9.
227 ¶ Vel nisi simus in criminibus † hære-
sis, læsæ Maiestatis, & similibus, Ghir-
land. de pœnar. cōposit. q. 3. idē Farinac.
num. 13. quia hæ sunt grauia, tetigi
superius, n. nu. 221. ¶ Vel nisi esset fa-
cta cum dolo, metu, aut pecunia me-
diante, quia non valet Paris de Put. de
composit. cap. 4. idemmet Fabius à
Monte-

Monteleone in 5. part. princip. q. 3. vlt.
part. ampl. 13. num. 51. & seq. Farinac.
num. 14. per totum, & faciunt quæ dixi
de remissione à simili in d. cap. 117. nu.
16. Et de eo, quod realiter componitur,
& recipitur debentur tareni tres Aera-
229 rio † pro qualibet vncia, arg. cap. 305.
dicti Regis Alph. infra tom. 5. & sic ha-
bet Fiscus, siue Aerarius, quando est si-
ne salario, decimam, quam realiter huc-
usque capit sibi, non habito respectu ad
condemnationem, sed exactionem sic in
capitulis, siue ordinationibus Officia-
liũ Nobilis Ciuitatis Messanæ factis per
Illustr. Proregẽ de Speciali, præsertim in
cap. 331. in d. tom. 5. Regis Alph. nisi
tempore relaxationis, & gratiæ sit ex-
pressum per Iustitiarios de certo iure
habendo per Ærarium, quia tunc illud
iddem debet habere ipse Ærarius, & sic
vltra tarenos tres pro vncia, & vltra di-
ctam decimam, vt ibi habes, ad simili-
tudinem statuti, quod potestas v. g. ha-
230 beat quartam partem de omnibus † quæ
fecerit venire in Fiscum, quia valet, vt
per Bart. in l. 1. C. de frument. Alex.
lib. 11. Bertachin. in verb statutum,
fol. 100. col. 1. & facit pulchrè dictum
Surdi in cõs 42 lib. 1. vbi in casu illo fue-
rat constituta merces Fisco ad rationẽ
de quinque pro centenario à condem-
natis pro mercede, vbi disputat ipse, an
231 si Fiscus, vel Aduocatus Fiscalis † cri-
minalis sit absens, eiusque offitium ge-
rat Aduocatus Fisci Patrimonij (vt ha-
bemus nos in Regno Pragmat. vnicam,
§ 4. ibi, alter alterius vices gerat, cum
absentiæ, vel infirmitatis &c. tit. de re-
format. tribun. tom. 2. de qua mentionẽ
feci in cap. 5. Regis Alph. nu. 2. tom. 4.)
an pœna interim, siue lucrũ debeatur Ad-
uocato Fiscali Patrimonij pro mercede
allegationis, & determinat deberi Ad-
uocato Patrimoniali, siue alij subroga-
to in absentiam primi. & suppleo aliqua
in materia compositionis infra in cap.
471. Regis Alph. versic. In casibus, d.
tom. 5. & ibi tetigi de aliquibus casib.
in quibus excluditur compositio, vt est
232 de furtis † de quib. loquitur expressè
illud capit. & scripsi in d. cap. 10. Regis
Alph. sicut nec super falsitate, nec pro-
ducentibus falsos testes, aut falsifican-
tibus acta. & instrumenta, nec falsarijs,
& tonsoribus monetarum, vt est text.
Regni, & ibi dicam infra in cap. 17. Re-
gis Caroli, tom. 8. horum posset esse ra-
tio, quia, vt ait Rex Robertus in quo-
dam capit. Regni Neapolis, de quo fa-
cit mentionem Affl. in proœm. Constit.
Regni, §. nos itaque, num. 11. fol. 23.
233 cum hominibus malæ conditionis † nul-
la per Iudices de delictis fit compositio,
sed cum alijs possint dicti offitiales fa-
cere compositiones, vt latè per Luc. de
Pœnna in l. 1. in verbo, distulerit, C. de
Desertor. lib. 12. Item in casibus, vbi ve-
234 nit pœna mortis † vel deportationis,
aut mutilationis, ita pulchre post Fa-
biũ de Monteleone in d. eius praxi arbi-
trali, part. 5. tradit Dominus Tapia vbi
supra fol. 29. col. 1. nisi Princeps admicte-
ret, itẽ, & cũ illis sex requisitis, quæ po-
nit Carauit. & Sola relati per eudẽ Ca-
rol. Tapiã, vbi supra, nempe, vt adsit re-
missio partis, Carauit. & alij relati per
Tapiã, vbi supra, & per Foller. in prag-
mat. 8. de composit, arg. eorum, quæ dixi
de Indulto in d. cap. 7. Regis Philippi
in quinta declaratione, tom. 9. Se-
cundo, quòd adsit iusta causa. Tertio
quòd Iudex habet potestatem compo-
nendi de illo delicto. Quarto quòd Iu-
dex id faciat ante sententiã, vel in ipsa
sententia, non post, nam tunc ad solum
Principem spectat, vt dixi superius.
Quinto, vt delictum sufficiat esse proba-
tum, vel per testes, vel per solam con-
fessionem, vel quòd se submictat in bra-
chijs Curiæ, & dicat se nolle litigare cũ
ea. Sexto, quòd pœna sit proportionata
delicto, habita ratione ad qualitatẽ per-
sonæ, loci, temporis, & euentus, & cri-
minis, quia, vt ait idem Carauit. & Ta-
pia, in leuioribus leuitas, in seuioribus
seueritas cum aliquo benignitatis tem-
peramento exerceatur, d. l. respiciendũ,
ff. de pœn. maiora, n. crimina maioribus
absorbentur pœnis cap. Deus de pœnit.
& remiss. & quo ad qualitatem personæ
est consideranda facultas delinquentiũ,
itaut ditiores, metu pœnæ à similibus
retrahantur, & alij exemplo terrean-
tur, vt per ipsos Carauit & Tapiam d.
fol. 28. col. 2. Et ad id, quod dicitur de
Aerario hic, suppleo etiam supra in
cap. 48. ampl. 6. num. 28.

NONA obseruantia est circa pro-
235 hibitionem † accipiendorum esculento-
rum, & xeniorum, vt est videre per Mar-
tial. lib. 13. & Apuleium, erant. n. certa
munuscula hospitibus dari solita, & tra-
ctatur in l. solent, ff. de offic. proconsul.
l. vnica ne damn. prouincial. instigant,
& transit etiam simpliciter Boniorn. de
quibus remicto me ad ea, quæ latius
dixi supra in cap 7. Regis Federici, ver-
sic. dumtaxat cum sua materia d. tom.
2, vbi

9, vbi posui quòd debent habere manus mundas, & tetigi supra eod. cap. 7. versic. de quarto, num. 132. & est Pragmat. Imperialis. 21. Augusti 8. indic. Ann. 1550 per quã prohibetur, vt nullus officialis tã maior, quàm minor, præsertim Aduocati Fiscales, aut Procuratores possint accipere esculenta, nec poculenta, etiã breui consumptura, nec per coniuges, filios, aut sibi subiectos, nec per interpositas personas, addo Bald. cons. 355. vol. 5. qui loquitur de rebus datis vxori, Menoech. de arbitr. iudic. cent. 4. casu 342. & 344. lib. 2. Tiraq. de pœn. caus. 44. & per ea, quæ de Episcopis, & Præfectis, Delegatis, Nuncijs Apostolicis, & Visitatoribus, dixi supra in cap. 27. num. 22. quòd ea possunt accipere, dum exercent certum munus visitando, & delegationes facientes, dummodo, vt quod remanserit in mensa, in pauperes erogetur, nec ad domos transportetur, vt ibidem.

DECIMA obseruantia concordat cum secunda, vt dixi supra num. 17. cum seqq. in versic. causas.

VNDECIMA obseruantia est, vt
236 obseruetur per dictos Iustitiarios † constitutiones Regni Imperatoris Federici, & hoc in locis de demanio tantum, de quibus vide supra in cap. 26. eiusdem Regis Federici propè principium, eod. tom. 2. & sit finis huic sollemnis capituli compositioni ad laudem Dei, & Beati Andreæ Apostoli, cuius festum heri celebrauimus.

Mutz.

Pragmatica de Proditoribus, & Rebellibus, Cap. LII.

MARTINUS Dei gratia Rex Aragonũ, &c. & Martinus, eadem gratia, Rex Siciliæ. Satis constat esse notorium, quàm profundè, lateq; proditorum nostrorum perfidia turbauerit hactenus Regnum nostrum, & quantum etiam ad sedationem turbationis ipsius, manus, & consilia nostra vacauerint, atquè per quot nostros, & fidelium nostrorum labores, & sumptus, non sine irremunerabilibus damnis ipsorum, & clamoribus, ad statum pacificum sit reductum. Proditores ipsius turbationis auctores, ad iniuriæ nostræ Maiestatis vltionem, nostrorumque fidelium, non indignè prosequimur, & de ipsorum bonis non irrationabiliter disponimus, vt eorumdem Rebellium frequens præsumptuosa, atque ineffrenata temeritas peruilescat, & offuscetur, & nostrorum fidelium ardor fidelitatis, & constantiæ radijs, & totis viribus augmentetur, & illuminetur. Quapropter ad vindictam tanti sceleris, cum auctoritate, assensu, & beneplacito Serenissimi Domini Regis Aragonum Reuerendissimi genitoris nostri, ac deliberato consilio cum Baronibus nostris, Legum Doctoribus, ac Iurisperitis, & alijs nostro lateri assistentibus, Statuimus, ordinamus, & per hanc Pragmaticam Sanctionem nostræ Serenitatis firmiter deliberamus, quòd ex nunc in antea præfatæ nostræ Maiestatis perduelles, vxores ipsorum, & filij eorumdem cuiuscumque generis, seu sexus hæredes, & successores, quos ab hæreditate paterna perfidiæ degenerare non credimus, eorum bona, videlicet, Comitatus,

LI Terras,

Terras, Baronias, Castra, Feuda, & quæcumque alia burgensatica, necnon, & nomina debitorum, quæ hactenus occasione eorum notoriæ damnatæ rebellionis, ad nostrum Regium Fiscũ rationabiliter aperta, deuoluta, ac ipso facto confiscata fuerunt, præsertim secundum seriem cuiusdam nostræ Pragmaticæ sanctionis, hactenus per Maiestates nostras super confiscatione bonorum nostrorum rebellium æditæ, & sollemniter promulgatæ fuerunt, Et deinde per Maiestates nostras nostris fidelibus, & sequacibus in remuneratione grandium seruitiorum per eosdem nostros fideles, & sequaces Maiestatibus nostris tempore tantæ reuolutionis dicti Regni, & recuperationis ipsius, cum magna solertia, ac constantia fidei e hibitorum. Et præcipuè in recompensatione irreparabilium damnorum per dictos nostros fideles, & sequaces prætextu dictæ rebellionis pro nostra fide Regia immaculata seruanda, tam circa eorum personas, quàm ipsorum bona toleratorum donata, & concessa à manibus dictorum nostrorum fidelium, eorumque filiorum, & hæredum tenentium, & possidentium bona eadem, nullatenus audeant auocare, sed sint penitus à limine iudiciorum memorato exclusi, adeo quod in iudicio Magnæ nostræ Curiæ, nec in alijs tribunalibus Curiarum totius nostri Regni, quæstionem, litem, & controuersiam, seu molestiam aliquam super auocatione prædictorum bonorum supradictis nostris fidelibus concessorum, tentare non audeant, mouere, nec inferre quocumque modo, iure, seu causa. Et si fortè aliqui nostri ex dictis nostris rebellibus, seu eorum filijs in iudicio nostræ Magnæ Curiæ, vel alibi, contra præfatos nostros fideles, seu eorum alterum, filiosque hæredes eorumdem, super auocatione præfatorum bonorum, iurium, & actionum ipsorum per Maiestates nostras dictis nostris fidelibus, & sequacibus concessorum, quæstionem, seu litem aliquam tentauerint, vel mouerint, illas actiones quascumque per eosdem nostros rebelles, vel eorum filios in iudicio propositas, & quomodolibet intentatas, ex causa, & culpa prædictæ rebellionis ipsorum, penitus tollimus, & abolemus, ac tolli, & omnino reijci, & cassari ab actis dictæ Magnæ Regiæ Curiæ expressè volumus, & mandamus, ac si per iudicium, & sententiam præfatæ Magnæ Regiæ Curiæ quæstiones, seu lites prædictæ fuerint sopitæ, & sententiali calculo terminatæ, cum firmæ deliberationis propositum Maiestatum nostrarum existat, præfatos nostros fideles, & sequaces absquè vexatione aliqua iudiciorum, & extra, prædictis nostris concessionibus, & remunerationibus, secure posse

gaudere,

gaudere, legibus, constitutionibus, & capitulis, seu odinationibus quibuscumque Serenissimi Principis Regis Iacobi, olim Aragoniæ, & Siciliæ Regis Illustris, dum eidem Regno Siciliæ præfuit, editis, & aliorum prædecessorum nostrorum Regum dicti Regni, atque nostris huic nostræ Pragmaticæ sanctioni contrarijs minimè obstantibus, quibus de certa nostra scientia, & expressè derogamus, & præsertim Extrauaganti, de pace Constantię Diui Imperatoris Frederici prædecessoris nostri, in aliquo non obstante, quam quantum ad præmissa corrigimus, & ipsam fauore Reipublicæ tantorum nostrorum fidelium, viribus euacuamus, non obstantibus etiam quibuscumque restitutionibus, reintegrationibus, remissionibus, gratijs, & indulgentijs hactenus per clementias nostras dictis nostris rebellibus, seu eorum filijs, generaliter, seu specialiter indultis, & concessis. Cum semper Serenitates nostræ, nostrique Consiliarij, præassistentes lateribus nostris, illas intellexerint, & intelligi volumns tantum quoad personam ipsorum rebellium, & bona, quæ detinent de præsenti, non autem vt vigore, & auctoritate dictarum nostrarum restitutionum, seu reintegrationum, bona ipsorum rebellium ex caussis, & rationibus supradictis translata in dictos nostros fideles, & sequaces, dicti nostri rebelles, ipsorum vxores, & eorum filij modo aliquo ab eisdem nostris fidelibus, & sequacibus, eorumquè filijs, & hæredibus, bona ipsa ad præsens tenentibus, & possidentibus audeant reuocare, quoniam gratiæ, & restitutiones Serenitatis, & Clementiæ nostræ dictis nostris rebellibus, seu filijs eorundem concessæ, & indultæ iuridicè intelligi debeant, videlicet, absque alicuius tertij iniuria, seu læsione. Mandantes Nobili Magistro Iustitiario, quatenus præsentem Pragmaticam sanctionem per omnia loca famosa Regni nostri sollemniter publicari faciat, eamque publicatam sub pœna Maiestatum nostrarum contemptus obseruet, & per omnia inuiolabiliter faciat ab omnibus Officialibus nostri Regni obseruari sub pœna prædicta. Ita, & taliter quòd præsens nostra Pragmatica sanctio in iudicijs, & extra, per omnes, & singulos Officiales nostros intelligatur, & semper intelligi debeat ad cōmodum proficuum, ac fauorem dictorum nostrorū fidelium, eorumquè hæredum, & successorum. Data Cathaniæ, per Nobilem Bartholomeū de Iuenio militem Regni nostri Siciliæ, Cancellarium, familiarē, & fidelē nostrum. Anno Dominicæ Incarnationis 1400. Die 20. Decembris xiiij. Indicionis, Regnique nostri dicti Regis Aragonum Anno v. dicti Regis Siciliæ, ix. & dictorū regiminum. xxiij.

Circa principium huius capituli, ibi, Martinus, & Martinus, dic vt supra in prooemio ante capit. 32. De reliquo cum subsequenti capitulo, vide supra in cap. 48. in tit. de successſ. rebell. in bonis feudalibus, & præsertim de isto textu mentionem facio ibidem in 8. ampliatione per totam, Anchar. conſ. 251. conſ. 277. & conſ. 439. Capic. decis. 121. & 130. & transeunt hic Nostrates, Boniorn. & de Gregorio.

LOCVMTENENTI, ET IVDICIBVS Magnæ Regiæ Curiæ, Consiliarijs, familiaribus, & fidelibus Regijs.

De successione in bonis rebellium, & habentibus ius super illis, Cap. LIII.

MARTINVS Dei gratia Rex Aragonum, & Martinus eadem gratia Rex Siciliæ, satis constat esse notorium, quàm profundè, lateque proditorum nostrorum perfidia perturbauerit hactenus Siciliæ Regnum, ante, & post felicem aduentum nostrum, & quantum etiam ad sedationem turbationis ipsius, manus, & consilia nostra vacauerint, atque per quot nostros, ac fidelium nostrorum labores, & sumptus, non sine innumerabilibus damnis, ipsorum cæde non modica, cum sanguinis effusione, largiflua, & immensa fame, atque periculis, quibus egentibus necessitate nostri inexhausti ærarij, & ob extremam, & summam Reipublicæ vtilitatem, eis in præmia, & mercedes assignauimus, & Regia munificentia concessimus bona multa, vt libera ab omni vexatione haberent, ad statum pacificũ sit reductum. Quapropter proditores ipsius turbationis auctores ad iniuriæ nostræ Maiestatis vltionem, nostrorumquè fidelium non indignè prosequimur, atque de ipsorum bonis, & per ipsos in rebellione possessis, non irrationabiliter dispensamus, vnde licet per generales, vel speciales remissiones, & gratias pro bono pacis Regni nostri, potius arbitrantes Regnum nostrum conseruare, quàm Iustitiæ gladio dirimere rigoroso, rebelles ipsos Clementiæ nostræ volumus esse participes, restitutionem ex causa prædicta in integrum concedentes. Attamen, quia per dictas restitutiones fidelibus antedictis, ad quos ipsorum bona rebellium ante restitutiones prædictas ex Regijs largitionibus vice suorum stipendiorum, & mercedum, ob tantos labores, & armorum pericula, ac damna iustissimè deuenerunt, posset per machinationes subdolas, & aliud immensum præiudicium generari, nam bona eadem iustè ablata tam detestabiliter dementientibus

tibus possent per excogitatas astutias ad eorum potestatem redire, & delicta eorum haberent impunitatem, quæ præberent ausum forsitan ad peiora. Ipsique fideles Regijs largitatibus sic elusi, videntes eorum tanta seruitia digna remuneratione priuata, & se factos pauperes, legaliter seruiendo, nequirent continuare seruitia, & oporteret Maiestatem nostram ad manus rebellium deuenire. Ea propter, vt nostrorum fidelium ardor fidelitatis, constantiæ radijs accendatur, gaudeantquè ipsi fideles nostri, sub nostro fidelitatis dominio, gratijs, & beneficijs, quibus sunt à nostris Maiestatibus præmiati, vt ij, qui rebelles olim restituti fuerunt, fidelium alatibus arceantur, ne ineffrenata eorum intemperies, tam contagiosè naturæ malignitatis propagine, loris emissis, ad pristinum rebellium nimium excandescat, ne lium iter eligentes, ne vtrisque gratijs videantur forsitan destituti, cum auctoritate, assensu, & beneplacito Serenissimi Domini Regis Aragonum nostri Reuerendissimi genitoris, ac deliberato concilio cum Prælatis, Comitibus, Baronibus nostris, & Doctoribus Iuris vtriusquè, & alijs nostro lateri assistentibus, compensato rigore Iustitiæ cum æquitatis temperamento, Statuimus, & ordinamus, & per hanc Pragmaticam sanctionem Serenitatis nostræ consultissimè deliberamus, quòd deinceps omnes præfati Maiestatis nostræ rebelles, & etiam restituti, vxores ipsorum, filij cuiuscumque sexus, hæredes, & successores ascendentes, & descendentes, atque collaterales ipsorum, successionem, & bona rebellium ipsorum quomodolibet prætendentes, quos ab hæreditate perfidiæ degenerare non credimus, vel contra ipsos rebelles, & ipsorum bona per ipsos in rebellione possessa: quicumque etiam fideles ius, seu causam habentes ex contractibus, vel quasi contractibus inter viuos, ex successione quacumque, tam ab intestato, vel ex vltima voluntate, cum defensiones, quibus olim possessores prædicti fortè potuerunt se tueri, per dictos nostros fideles nouos possessores penitus ignorent, per petitionem, vendicationem, hypotecariam actionem, seu restitutionem bonorum stabilium eorumdem, tam feudalium, quàm burgensaticorum, dummodo fuerint in posse, & tenuta dictorum rebellium perduellionis tempore, & à posse, & tenuta ipsorum, per nostras Maiestates, & seruitores nostros recuperata, siue sint Comitatus, Terræ, & Baroniæ, Castra, Feuda, seu alia stabilia quælibet burgensatica, quæ hactenus occasione eorum notoriæ damnatæ rebellionis, ad nostrum Regium Fiscum fuerint aperta, & rationabiliter deuoluta, peruenta, atque ipsi Fisco nostro confiscata, & præsertim

secundum

secundum seriem nostrę cuiusdam Pragmaticę sanctionis, hactenus per Maiestates nostras super incorporatione bonorum nostrorum rebellium editæ, & sollemniter promulgatæ, & demum per Maiestates nostras fidelibus, & sequacibus tradita, & donata, in recompensationem, & vice stipendiorum, & mercedum grandium seruitiorum per eosdem nostros fideles, & sequaces Maiestatibus nostris tempore tantæ reuolutionis dicti nostri Regni, & recuperatione cum magna solertia atque fidei constantia præstitorum, & pręcipuè in recompensatione irreparabilium damnorum per dictos nostros fideles, & sequaces, prætextu dictę rebellionis, & reuolutionis pro nostra fide Regia illibata seruanda, tam circa eorum bona susceptorum, eisdem donata atque concessa, vel contra nostros continuos fideles, qui ante aduentum nostrum pacificè possidebant bona, quàm feudalia, eis, ob seruitiorum, & damnorum recompensationem, & gratiam, confirmata, à manibus, & posse dictorum nostrorum fidelinm, eorumque filiorum, & hæredum, atque singularium successorum, vel ius, & causam habentibus ab eisdem tenentium, & possidentium bona eadem nullatenus audeant auocare, sed sint penitus à limine iudiciorum exclusi, adeo quòd nec in iudicio nostrę Curię, nec in alijs tribunalibus Curiarum totius nostri Regni, vel extra Regnum, & extra iudicium quomodocumquè litem, controuersiam, seu molestiam aliqualiter super auocatione dictorum bonorum stabilium supradictis nostris fidelibus concessorum, quocumque modo iure, vel causa tentare, aut mouere audeant perpetuo, nec inferre. Et si fortè aliqui ex dictis nostris rebellibus, etiam restitutis, vxores, & filij ipsorum, seu quicumquè successores, vel quicumque alij fideles ius, & causam petendi, vendendi auocandiquè possesionem habentes contra ipsos olim rebelles, dummodo tempore rebellionis ipsorum ab eisdem bona ipsa possessa fuerint, aut detempta in iudicio nostrę Magnę Curię, vel alijs Curijs totius Regni nostri contra pręfatos nostros fideles, filiosque eorumdem, & quoslibet successores, super auocatione dictorum bonorum stabilium per Maiestates nostras dictis nostris fidelibus, & sequacibus concessorum, quęstionem, seu litem aliquam tentauerint, seu mouerint vsque nunc. Illas, & actiones quascumque in iudicio prępositas, & quomodolibet intentatas tollimus, & perpetuo abolemus, & aboleri, reijci, & cassari ab actis Magnę nostrę Curię prędictę, & cuiuslibet alterius, ex presse volumus, ac mandamus. Nisi per iudicium, & sententiam dictæ Magnę nostrę Curię quęstiones, seu lites prędictę fuerint

inde

inde sopitæ, & sententiali calculo terminatę. Cum firmæ deliberationis propositum Maiestatum nostrarum existat, præfatos nostros fideles, & sequaces absque vexatione aliqua iudiciorum, & extra, contra superius, prædictis nostris successionibus, & remunerationibus securè posse gaudere; quoniam gratiæ, & restitutiones clementiæ nostræ dictis nostris rebellibus indultæ, atque concessæ iuridicè intelligi debeant, videlicet, absque alicuius nostrorum fidelium, cui bona ipsa dedimus, læsione. Nec se possint extendere aliquę restitutiones, vel indulgentiæ ad bona quę iam possidebantur per aliquos, tempore, quo concessæ fuerunt prædictis bonis burgensaticis, & feudalibus quondam Guglielmi Raymundi de Monte Carino, olim Insulæ Meliueti Marchionis, ob eius rebellionem nostris fidelibus traditis, & concessis, quoad debita per ipsum tantum Marchionem contracta penitus habere exclusis, qui suis prædictis creditorum oneribus iuridicè, secundum quod aliàs prouidimus in distributione bonorum eorumdem volumus subiacere legibus, constitutionibus, & capitulis, seu ordinationibus quibuscumquè Serenissimi Regis Iacobi olim Aragoniæ, & Siciliæ Regis III. dum eidem Regno Siciliç præfuit editis, & aliorum prędecessorum Regum dicti nostri Regni, atque nostris huic nostrę Pragmaticę sanctioni contrarijs minimè obstaturis, quibus de nostra certa scientia derogamus expressè, & pręsertim extrauaganti, de Pace Constantiæ Diui Imperatoris Friderici prędecessoris nostri, in aliquo non obstante, quam, quantum ad præmissa corrigimus, & ipsam fauore Reipublicæ, & tantorum nostrorum fidelium viribus euacuamus, atque omni prorsus euacuamus effectu, non obstantibus quibuscumque restitutionibus, reintegrationibus, remissionibus, gratijs, & indulgentijs per clementias nostras dictis olim rebellibus, filijs, & vxoribus eorumdem generaliter, aut specialiter indultis hactenus, & concessis. Cum semper serenitas nostra, nostrique Consiliarij pręassistentes nostro lateri, illas intellexerunt, & intelligi volumus, & iubemus tantum quo ad personas ipsorum rebellium, & bona, quę detinent de pręsenti, non autem, vt vigore, & auctoritate dictarum nostrarum restitutionum, seu reintegrationum bona ipsorũ olim rebellium, ex caussis, & rationibus supradictis translata in dictos nostros fideles, & sequaces, ipsi rebelles, vxores, & filij eorumdem, aut cuiuscumque generis successores, seu alij quicumque ius, & caussam petendi, vendendi, vel auocandi possessionem habentes; licet non fuerint perduellionis macula irretiti, ex quo à posse rebellium per Maiestates

nostras

nostras bonorum stabilium prædictorum possessio fuerat auocata, & fidelibus, nostrisque sequacibus supradictis ad præsens tenentibus, & possidentibus quomodolibet translata modo aliquo ab eisdem nostris fidelibus, & sequacibus, eorumque filijs, & hæredibus, vel ius, & causam habentibus ab eisdem, bona prædicta ad præsens tenentibus, & possidentibus, audeant auocare. Cum per hoc, vt dictum est, sit nostræ Maiestati prouisum, nec minus Reipublicæ tantæ vtilitati, dictis nostris fidelibus, vt potuimus, & decuit, satisfactum. Tandem Regnum ipsum liberatum à tanta rebellione, & à tanta pestifera perturbatione, & reductum, mediante Deo, per quem regnamus, ad solidam vnitatẽ, & quietem pacis amœnitatem, cum dictorum nostrorum fidelium periculoso, laborioso, diuturnoque iuuamine. Mandantes Nobili Regni nostri Siciliæ Magistro Iustitiario consanguineo, & Iudicibus Magnæ Curiæ, Consiliarijs nostris dilectis, quatenus præsentem Pragmaticam sanctionem per omnia loca famosa Regni nostri sollemniter faciant publicari, eamque publicatam sub pœna nostrarum Maiestatum contemptus faciant inuiolabiliter obseruari, ita, & taliter quòd præsens nostra Pragmatica sanctio intelligatur, & intelligi semper debeat ad commodum, profectum, & fauorem dictorum nostrorum fidelium, quibus bona cōcessimus supradicta, eorumque hæredum, & quorumlibet successorum. Data Panhormi per Nobilem Bartholomæum de Iuenio, Militem Regni nostri, Cancellarium, Consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum dilectum, Anno Dominicæ Incarnationis 1402. Die v. Decembris 1. Indictionis, Regnique nostri dicti Regis Aragonum Ann. vij. & dicti Regis Siciliæ xj.

REX MARTINVS.

DE hoc principio, Martinus, & Martinus &c. habes supra de his duobus Martinis, Patre, & Filio in prooemio ante cap. 32. ad similitudinem eorum, quæ habentur in tit. de pac. Constantiæ, ibi, Nos Romanorum Imperator Fridericus, & Filius noster Henricus &c. & est similiter continuatiuus iste textus cum præcedenti continens quasi eadem verba, eundem sensum, eandemque materiam, ideoque de vtroque habes supra in d. cap. 48. vbi consimilem rubricam, siue titulum reperies, & quæ ibi scripsi, præsertim nu. 33. cum seqq. ampl. 8. & hac de causa puto quòd sit dupplicatum illud capitulum, siue pragmatica cum præcedenti, nempè ob promulgationem factam, primo Cathaniæ, & postea Panhormi, vt habes in Data vtriusque textus istarum ambarum pragmaticarum. Ibi, & alijs nostro lateri assistentibus, nota quòd Consiliarij debent sedere circa latus Principis, vide Bartol. in l. iurisperitos, ff. de excusat. tutor. & quæ posui in Commentar. Consuet. Panhormi cap. 3. num. 68. & 69. & capit. 11. num. 55. addo Veronens. in tract. de Imperat. eligend. in verbo, ratione dignitatis, Chassan. in Cathalog. glor. mund. part. 1. considerat. xv. multa citat Iason in l. omnium, nu. 1. C. de testam. idem Chassan. part. 5. considerat. 24. vers. 127. assistens, &c. vbi quòd adhærens lateri Principis, eo ipso efficitur Nobilis, & si est nobilis, nobilior. faciunt addenda supra in cap. 49. Regis Iacobi sub versic. sunt tamen, nu. v. com. ...

LIBER-

LIBERTATES INDVLTAE SICVLIS PER SERENISSIMVM DOMINVM REGEM MARTINVM SICILIAE

In suis sponsalibus cum Regina Blanca Filia Regis Nauarræ eius secunda vxore, in vrbe Fælici Panhormi.

De colta, seu subuentione Regia sublata, nisi in quatuor casibus. Cap. LIIII.

MARTINVS Dei gratia Rex Aragonum, & Martinus, eadem gratia Rex Siciliæ, ac Ducatus Athenarum, & Neopatriæ Dux, & eiusdem Regis, & Regni Aragonum Primogenitus, & Gubernator generalis, & in dicti Regni Siciliæ, & Ducatuum prædictorum regimine, & folio confidentes, conregentes, & conregnantes. Assidui, & immensi desiderij furno sempre nelle mente nostre (teste Domino) per affecion singulare, qual'habbiamo à i nostri suditi Siciliani farli speciali gratie, doni, & premij condegni, quali per le turbidine de guerri è mal disposicioni de tempi, non potendo cossi commodamente congregar nostri Conti, Baroni, & Vniuersitati, non potte la nostra Eccellenza mettere à debita esecutione. Ma adesso che per gratia di Dio, & mediante la nostra giusticia habbiamo ridotto tutt'il Regno ala nostra vbidienza, & fedeltà, presi, scacciati, & espulsi tutti nostri rebelli, talmente che niuna pietra è in Sicilia, che non sia nella nostra obedienza, habbiamo tutt'il nostro Demanio adunito, & recuperato, & della parte di fori, ne infra il Regno, niuna cosa è, per gratia di Dio, per la quale l'Eccellenza nostra si potesse necessitare ad niun'atto. Per ilche di mera liberalità, & solita nostra benignità, senza mouimento, ne instanza, ò supplicatione di niun Conte, Barone, ne Vniuersità, ne per cosa niuna necessaria, ançi solamente voluntaria, sicome sempre fu nella mente nostra, motu proprio, & di benignità solita, attendendo grandi, & continui seruitij, pura, & perfetta fedeltà, con singular'obedienza, ch'hanno mostrato tutti li nostri suditi di Sicilia, con puro amore, & affeccione di core verso la nostra Maestà, che per euidentia d'operi manifesti habbiamo visto, & vediamo continue in tutti nostri seruitij, subuencioni, & comandamenti, & di giorno in giorno cresce loro benuolere, & seruire, per ilche la nostr'Eccellenza si reputa ad essi molt'obli-

gata di far speciali gracij, & dar premij, & honor condegnissimo raggioneuolmente indutti, con peruigil cura leuar oppressioni, & gratiicij di nostri suditi di Sicilia predetti, massime che campino quieti, & non dubitando di più vessacioni, godano in tranquillità sotto la gracia della nostra Maestà, laqual si deletta, dare, & lassare molto di nostra raggione ad vtilità della Republica, & commodo de Siciliani. Per la qual cosa volendo alli detti nostri suditi Siciliani far gratia speciale, per la presente nostr'ordinatione vogliamo, & comandiamo di qua innante nel detto Regno nostro di Sicilia, tanto nelle Città, lochi, & terre del nostro Demanio, quanto negl'altri terri, & lochi di nostri Baroni, & della Chiesa, che tengono dalla nostra Eccellenza in Baronia, per parte della nostra Maestà, & della Corte nostra, ne per nome nostro, colta, ò souencione si debbia domandare, imponere, cogliere, ne perciper colta, cioè annali; & quella, che si dice souuencion Regale, eccetto ne i quattro casi notati nelli Constitucioni del Serenissimo Prencipe di bona memoria condam Giacomo olim Re di Aragona, & di Sicilia, & dell'Eccellentissimo Prencipe Re Federico il vecchio, di recolenda memoria, de quali il primo è, per defension del Regno, cioè, quod absit, hauesse alcun inuasion notabile, per laquale al Regno nostro potesse succeder periculo ò euidente perdita, ò soprauenesse, quod absit, rebellion notabile nel Regno, sicome è notato nelli Constitucioni predetti. Il secondo caso e per condennacione della nostra persona, ò delli nostri hæredi, si, quod absit, hauesse à recattarsi dai nemici. Il terzo è, per la Militia, cioè per la nostra Coronatione, ò di alcuno di nostri heredi, & consequentemente de i figli, heredi di nostri heredi predetti. Il quarto è, per maritaggio di nostri figli, ò sorelli, ò di figli di sorelli di nostri heredi. La raggion però di censo, ò facultà douuto per patto ala nostra Corte per alcuni terri, o lochi del nostro Regno in suo robore permanente.

SVMMARIVM.

Capitula Regni solent regulariter concedi ad postulationem ipsius Regni, nu. 1. & seq.

Gratiæ non præsumuntur concessæ ex motu proprio, sed ad postulationē partium. ibid.

Princeps quando quid facit ad nullius postulationem, præsumitur in eo subesse causa. nu. 2. secus quando ad partium postulationem, nu. 4.

Princeps quando aliquid mandat, non tenetur exprimere causam, ibid.

Princeps potest Regnicolis immunitatem ab oneribus concedere, & disgrauare, num. 4.

Collecta non potest imponi nisi in quatuor casibus nu. 3. cum seqq. & nu. 10. cum seqq. Amplia nu. 55. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. Limita nu. 80.

num. 86. 101. 117. 118. 120. 121 122. 123.

Panhormi urbs ex priuilegijs Regum est immunis à collectis, datijs, gabellis, & nouis impositis, ibid.

Vectigalia noua sine Principis licentia imponi non possunt, nu. 6. etiam si minora, vel maiora essent iam impositis, nu. 7. etiam contentiente feudatario, nec praeiudicat successoribus, nu. 8. & sine causa imponenda peccat, nu. 9.

Donatiua non possunt imponi nisi ordinaria, nu. 10.

Collecta possunt imponi in casu belli, & quādo collocatur filia Regis, nu. 11. 12.

Belli suspicio, vbi adest in regno potest Rex petere donatiua, & collectas facere, ibid. & num. 20. & an prius debeat excutere marsupium suum nu. 24.

Vectigalia imponere est de regalijs, nu. 13. & possunt per Principem alijs concedi, nu. 14. vel ex longissima consuetudine acquiri, vel priuilegio, n. 15 16.

Pedagia exigere ad Principem spectat, tamquam regalia, & aliàs exigere est delictum, ibid.

Pedagia exigere est ius reale cohaerens territorio, nu. 16.

Gabellae pedagia, & similia exacta per Principes sunt, vt possint principatus substinere, nu 17 18

Datia dantur Principibus, vt regna manuteneant, ibid.

Princeps defendit status suos cum gabellis, & pedagijs & alijs similibus, ibid.

Principes sunt Dei ministri dati, colligentes in hoc ipsi seruientes, nu 18.

Collecta sunt de regalijs, quas Princeps potest exigere, & possunt Baronibus concedere specificè, nu 19.

Donatiuum regium potest dari Regi in casu belli, vel suspicionis ipsius belli, n. 20.

Vectigalia noua non debent imponi, etiam pro seruanda Iustitia, nu. 21.

Onera ordinaria praestans non tenetur ad extraordinaria, ibid.

Collectare se possunt vniuersitates pro donatione Principi facienda, nu. 22.

Vassalli possunt se collectare pro donatione praestanda Baroni, ibid.

Libertus non tenetur ad onere praeter in manumissione contenta, ibid.

Affirmatiuus loquendi modus est potentior negatiuo, nu. 23.

Bellum gerere si vult Princeps, an debeat prius expendere de proprio, antequam collectas exigat, nu 24.

Vasallos locupletes habere interest Domini, nu. 25.

Vassalli desiderant semper habere Dominum locupletē, & potentem. nu 26.

Rex Hyspaniae cunctis Regibus praeferendus est, nu. 27.

Rex Franciae inuictissimus, & potentissimus ibid.

Rex Boemiae licet careat prouincia competenti, abundat militibus strenuis, & redditibus, nu. 28.

Collectas nouas imponere est nouitas, nu. 29. & seq.

Gabella fundici olim nouiter imposita in Regno fuit sublata, ibid.

Vassalli si contra antiquam consuetudinem iurant aliquid se Domino facturi, haec noua iuramenta praesumuntur extorta, & oppressiua, nu. 30.

Onere duplici non debent vassalli grauari, nu. 31 32. cum seq.

Clerici nō debent dupplici onere grauari, praestare Pontifici, & Regi, nu. 32.

Vasallus vassalli mei non est meus vassallus, nu 33.

Vassallis sufficit praestare illud quod ab initio promiserunt, ibid.

Seruitia esse debent suis contenta finibus, nu. 34.

Gabella non potest imponi exempto ob numerum 12. filiorum, nu. 35. 36. extende, num. 37. 38. 39. 42 43. 44 45. 46. 47. 48. limita, num 54 55. 56. 57. 58. 59.

Collecta non debet solui per habentem 12. filios, ibid.

Statuta reddentia immunem, & francum habentes 12. filios valent, nu. 36. extende, nu. 37. 38 39. 42. 43. 44. 45. 46 47. 48. limita nu 54. 55. 56 57. 58. 59.

Pater si habet priuilegium immunitatis ob numerum 12. filiorum, an eo mortuo transeat ad filios eius, ibid. num. 37.

Immunitatis priuilegium semel acquisita per habentem 12. filios, non debet auferri, nu 40.

Onus diminuitur diminutis personis, quibus aliquid est relictum, nu. 41.

Immunitatis priuilegium habens ob numerum 12. filiorum, extenditur ad filias nuptas, nu. 42. & an debeat soluere Laudimium, ibid.

Laudimium an debeat solui per habentem 12. filios, ibid.

Immunitatis priuilegium habentes ob numerum 12 filiorum non tenentur reuelare bona, nu 43.

Naturali filio competit duodecima pars haereditatis, & quid quando pater habet 12. filios, nu. 44.

Immunitatis priuilegium habens ob numerum 12. filiorum, extenditur ad filium ingressum religionem, num. 45. & ad habentem 12. filios cum nepote num. 46.

Monachi licet dicantur mortui mundo, tamen quoad fauorabilia dicuntur viuere, & non desinunt esse ciues locorum, ibid.

Immunitas concessa patri ob numerum 12. filiorum, habet respectum tam ad acquisita, quàm acquirenda bona, n. 47.

Pater si habet 12. filios, & est immunis an consideretur eius facultas, vel filiorum, ibid. & supple in verbo Immunitas, & in verbo statuta.

Immunitas si est concessa uni, & ille est exemptus, onus est soluendũ per alios, num. 48.

Collectam si unus non soluit, grauantur in ea alij ad illius portionem, ibid.

Hæredum unus si eximitur per testatorem ab onere legati, an & quando, reliqui teneantur insolidum, ibid. cum seqq.

Hæredes plures si possident rem hypotecatam, potest creditor totam rem adiudicare, esto quòd alij partem soluant, num. 49.

Hæredes plures si sunt instituti, & grauati, vt faciant cappellam, an insolidũ teneantur, nu. 50.

Hæredes plures grauati ad legatum; an & quando teneantur insolidum, nu. 51.

Hæredes plures an possint omnes, vel unus agere in solidum ad rem petendã, & quomodo, nu. 52.

Gabellotti possunt deducere, & defalcare de gabella quotiens ingabellantes faciunt aliquid, vel eximunt in præiudicium gabellæ, num. 53.

Immunitas gabellæ cõcessa uni, an accrescat cæteris, ibidem, & nu. 54.

Immunitas concessa patri habenti 12. filios, non extenditur ad adoptiuos, num. 56. nec ad illegitimos, nu. 57.

Immunitatis gabellarum priuilegium est contra publicam vtilitatem, & strictè interpetrabitur, ibid.

Pater habens 12. filios an excludatur à refectione murorum esto quòd esset immunis, nu. 59.

Collecta non debet imponi ciuibus, qui venerunt de nouo ad habitandum, n. 60.

Dignitatis successor non soluit debita antecessoris, ibid.

Collecta non soluitur per eos, qui non sunt descripti in registro, nu. 61.

Registrans bona sua in catastro, & libro, cum sit exemptus, sibi præiudicat, ibid.

Collectam non tenentur soluere vassalli coactè, vt æs conflatum per dominum soluatur, nu. 62.

Gabella an debeat solui de rebus, quæ pro vsu suo portantur, nu. 63.

Gabella an debeat solui de tota venditione, vel deduci precium, quod cessit in solutionem medianorum, nu. 64.

Gabella non debet solui per eum, qui ob tempestatem, vel aliquod impedimentum cum mercibus aliò se contulit, num. 65.

Gabella in solutione attenditur consuetudo, & an debeatur de rebus mobilibus, num. 66.

Gabella in dubio fit interpetratio contra eam, cum sit odiosa, nu. 67.

Gabella semel soluta non debet iterum solui, nec vbi facta est concordia cum gabellotis, nu. 68.

Gabella non debet solui quando per gabellotos sunt bullatæ & signatæ res, n. 69.

Gabellote solent esse rapaces, nu. 70.

Collecta non debet imponi vassallis per dominum, etiam versantem in mortis periculo si potest de suo expendere, n. 71.

Gabella non debetur ex rescissione contractus, num. 72.

Gabella non competit vbi actus venit nullus declarandus, nu. 73.

Gabella non competit ex rebus fideicommisso subiectis, nu. 74.

Gabella non soluitur quando res vendita redijt ad venditorem ex necessitate, num. 75.

Gabella non debetur quando soluitur quid annuum, & quomodo, & quid de subiugationibus, nu. 76. & de contractibus sub conditione factis, nu. 77.

Gabellam non soluit Fiscus, nu. 78.

Gabella nõ debetur de rebus, quæ portantur ad bellum inuitè, aut si nauis vi ventorum aliò dedit, nu. 79.

Gabella non debetur ex instrumento electionis, nu 80.

Gabellam non tenetur soluere communitas si emerit aliquid, & quando, n. 81.

Gabellam non tenetur soluere ij, qui faciunt inter se quietationem, nu. 82.

Gabella non debetur ex renouato contractu, num. 83. nec ex contractu diuisionis, nu. 84. nec de declaratione actus, num. 85.

Laudemium non competit de actus declaratione, num. 85.

Donatiuum Regnum potest, & solet offerri per Regnum Regi pro gratijs obtinendis,

nendis, num. 86.

Donatiuum Regium solet offerri cum quibusdam conditionibus, & potest Rex conditiones quandoque non admictere in totum, ibid.

Collecta & taxatio in Regno solet fieri per Deputatos Regni, nu. 87.

Deputati Regni solēt taxare collectas, & bancas ibid. & nu. 95.

Donatiuum Regium quando offertur Regi, solet Rex compensare, & cedere Deputatis Regni eius introitus. n. 88.

Donatio est beneuola datio, nu. 89.

Donatiuo Regio tenentur contribuere Barones, vniuersitates Prelati, & Ecclesiastica persona: nu. 90. cum seqq.

Donatiuo Regio durante, non astringuntur Prelati, neque persona Ecclesiastica soluere collectas, dona, subsidia, nec grauitias, nu. 91.

Brachium Ecclesiasticum tenetur contribuere ad Regiū donatiuū & quomodo, num. 92. 95. & quid quando Papa imponeret collectam ipsi, nu. 96.

Donatiuo de Regio faciendo potest Rex eximere quos vult, nu. 93.

Donatiuum Regium quando offertur, solet Rex concedere dilationem circa ipsius solutionem & potest illud remictere, nu. 94.

Brachia tria Regni. Ecclesiasticum. Demaniale, & Militare, concurrunt in Regio Donatiuo, nu. 95 & in collecta facienda, & quomodo, nu. 97.

Donatiuo Regio contribuere omnes tenētur, & nemo est exemptus, nu. 97.

Deputati Regni circa collectas, coltas, & subuētiones ordinarias faciēdas, debeant se fideliter, & benè habere ibid.

Statutum valet, vt intrans per portas Ciuitatis, vel colens, & colere faciens agros, soluat tot, nu 98.

Gabella an sit licita, vt soluatur per quemlibet intrantem portas Ciuitatis, vel per colentem agros suos, aut similia, ibid.

Papa potest imponere Prelatis, & Ecclesiasticis personis collectā, nu. 99. et seq.

Episcopus potest taxas & collectas facere suis subditis Ecclesiasticis, nu. 100.

Vectigalia noua potest Princeps imponere ob aliquam loci necessitatem, nu. 101. cum seq.

Rubric. C. nou. vectig. imponi non posse, limitatur, nu. 102.

Gabelloti in praeiudicium nil potest fieri per ingabellantem nec minus aliter possit deducere de ea, num. 107. secus quando non tendit in eius damnum, nu. 108, nec minui datia, aut introitus, nec aliquis eximi, num 103. 104 105.

Arrendatarius postquam ingabellauit, non potest quicquam fieri per ingabellantem in eius praeiudicium, ibid.

Gabella non potest augeri in praeiudicium emptorum, nu. 104. & omne augmentū est gabelloti, num. 105. nisi aliter esset obseruatum, num. 106.

Gabelloti sunt omnes fructus, & banna, ibid.

Gabella immunes solus Princeps potest facere, & onus tunc quibus accrescat, num. 108.

Gabellarum statuta licet sint amara, & dura, seruanda sunt, nu. 109.

Gabellam fraudans, etiam in minima re, incurrit confiscationem rerum omniū, num. 110.

Gabella solent locari de tribus in tribus annis, nu. 111. & seq.

Ecclesiastica bona non possunt vltra triennium locari. nu. 112.

Gabelloti non possunt exigere plusquam statutum est, aliter grauiter puniantur, nu. 113. cum seq.

Gabella iustè, & sanctè exigitur in casibus licitis, nu. 114. & seq.

Gabella statim acquiritur facto contractu, nec possunt partes reuocare, n 115.

Gabelloti possunt facere banna, vt victualia portentur per vias rectas, si sunt tuta, nu 116.

Vectigalia noua possunt imponi in re nouiter emergente, nu. 117.

Corallorum piscatio inuenta Drepani tempore Regis Alphonsi. ibid.

Collecta in casibus debitis debētur per eos, qui fructus percipiunt, n. 118. & seq.

Collectata eo ipso quod sunt bona transeunt cum suo onere ad quemcumque transierunt ipsa bona, nu. 119.

Collecta quando debentur, inspicitur tempus impositionis, non exactionis, n. 120.

Gabella non debetur ex promissione venditionis, sed de secuta reali vendicione, num. 121.

Vendere promictens aliud est, & aliud vendere, ibid.

Gabella debet solui de quolibet contractu facto in tali loco, stante statuto sic dictante, & quid si ciues contraxerunt in alio loco, solutione tamen collata alibi, nu. 122.

Gabella solui debet in loco celebrati contractus, ibid.

Gabelloti possunt dominos, & possessores praediorum vectigalium constringere in solidum, nu. 123.

DE



E duobus discutiam, nempe de colta, siue adiutorio non exigẽdo ordinariè, nisi in infrascriptis quatuor casibus, & de gabellis etiam, siue collectis incidenter. NOTO primò, ibi senza mouimento, ne instātia &c. quòd
1 licet capitula † Regni regulariter soleāt concedi ad ipsius Regni supplicationem (sicut omnis gratia præsumitur concessa non motu proprio, sed ad partis postulationem, cap. si motu proprio, de præbend. in 6. Cucch. demorator. præscriptione, num. 54. l. 1. vbi Bart. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10. Fælin. in cap. constitutus, col. 2. de rescript. plures cumulat Surd. conf. 299. col. 2. lib. 2.) hic tamen fallit, ex quo vltro se obtulit Rex, dixi supra in cap. 1. propè principiū, ibi, & tangam nu. 3. vsque ad num. 9. 10. & seq. & tunc isto casu, quando scilicet aliquid facit ad nullius postulationem, semper in Prin-
2 cipe † præsumitur iusta caussa. l. relegati in fine, ff. de pœnis, cum sit regulare in omnibus ipsius Principis actionibus, vt sint factæ iusta causa, quia in ipso satis est iustam subesse causam, esto quòd faciat ex opinione sua, vnde videmus quòd cum Princeps aliquid mandat, non tenetur causam exprimere, vt post Cyn. Beroum, Natt. Abbat. Anchar. Fælin. Rollād. & alios sentit Surd. conf. 210. nu. 34. 35. lib. 2. nisi in aliquibus causis, vt vidimus supra in cap. 1. Regis Iacobi, num. 20. tom. 1. & in cap. 116. Regis Federici sub versic. in primis, num. 2. tom. 2. Sicut è conuerso
3 quando aliquid facit † ad partium postulationem, potius videtur motus Rex, vel Princeps concessisse per importunitatem, quàm ex alia causa (faciunt tacta infra in cap. 418. Regis Alphonsi propè principium tom. 5) idem Io. Petr. Surd. conf. 49. nu. 22. vol. 1. per l. 1. C. de petit. bonor. sublat. lib. 10. Roman cōs. 436. col. pen. Dec. consil. 576. num. 10. Andr. Barbat. & Fælin. citati per ipsum Surd. Præter ergo supradictos quatuor casus, de quibus etiam tangam modo paulo inferius in versic. in reliquo, est
4 immunitas concessa Regnicolis † quam concedere posse Principem, & ab oneribus disgrauare, nemini dubium est, vt per Bartol. in l. vacuatis, C. de Decurion. lib. 10. Ioann. de Platea. Luc. de Penna, Fælin. Barbat. Cephal. Fossas, & alios intellexit idem Surd. cons. 278. nu. 7. lib. 2.

In reliquo circa materiam subuentionis colligitur conclusio quòd colle-
5 cta non potest imponi † nisi in dictis quatuor casibus adnotatis in capitulis Regni Regis Iacobi, à cap. 2. vsque ad cap 7. supra tom. 1. & in cap. 358. Regis Alphonsi d. tom. 5. in principio, quod est expressè confirmatum per aliud capit. 414. eiusdem Regis Alphonsi vbi in specie circa hanc Vrbem Panhormi præcipitur, ne imponatur collecta, datium, gabella, aut nouum impositum ex nulla causa, siue occasione, & cap. 507. & in summa dicitur iddem, quod est in d. rubrica prædicti cap. 358. Ne imponatur scilicet in Regno nouæ collectæ, dationes, gabellæ, & similia, & loquitur sine licentia Principis, quia vectigal hoc
6 modo non potest institui † Afflict. in cōst. Regni puritatem in fine tit. 80. de præst. sacram. per l. vectigalia, ff. de publican. & C. nou. vectigal. instit. nō poss. & l. fin. Abb. in capit. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific. nisi consueta, & ordinaria soluta solui in dictis quatuor casibus vt hic, & suis locis concordantibus, in quibus in indiuiduo confirmantur, ratione verò census per pactum Curiæ in suo robore semper permanente, vt hic disponitur, & est ex forma iuris communis, d. tit C. nou. vectig. impon. non poss. mandantis ne noua vectigalia imponantur, vt est videre etiā per Rimináld. Iunior. cons. 26. Bursat. conf. 138. Dec cons. 534. Natt. cōs. 661. cum cōcordantibus allegatis per Marcum Antonium Roue scalensem ad scho-
7 lia Baldi conf. 370. vol. 3. etiam † si nouum vectigal esset minus, vel maius iam imposito, quia imponi non potest, ratio est, quia est nouum grauamen, quod imponi per Regem non potest, Andr. de Ysern. in constit. honorem in principio, lib. 3. intantum, vt si impo-
8 suerit consentiente feudatario † successoribus non præiudicat, Bald. in cap. si §. finali, col. penult. de feud. guar. Dec. conf. 193. col. 3. Cumia in capit. si aliquem in verbo in capite, nu. 41. in tan-
9 tum, vt etiam si dictum † nouum vectigal Rex, vel Princeps imponeret absq; causa, peccaret, vt subdit idem Andr. de Ysern. in tit. de capit. Corrad. §. similiter, col. 6. Innoc. in cap. innouamus, extra de censib. & in tit. quæ sint regal. Petrus consil. 17. col. 2. in feudalibus, &

in

in tractat. de Principe, col. 9. & 11. vbi
dat rationem, quia iam habet decimā,
& alia iura pro ministranda iustitia, &
custodiendo subditos ab incursu latro-
num, aliàs, subdit, teneretur ad resti-
tutionem recepti secundū Ioann. Andr.
in d. tit. quæ sint regal. col. 10. ¶ Non
negat ergo text. in d. cap. 458. Regis
Alph. & hic cum suis contextibus con-
cordantibus, solui gabellas ordinarias,
& solitas, vt prædictum est, solui, ibi
consueti, quinimmo ad illas vult Re-
gnum teneri, & merito quia in gabellis
ipsis soluendis, semper attenditur con-
suetudo, subdam inferius ampl. 11. &
concordat cum cap. 7. Regis incliti Ioan
10 nis infra, tom. 6. vbi prohibet † Rex
ipse imponi collectas, nec donatiua,
nisi ordinarias, stātibus calamitatibus
Regni, nempè pro bello, maritanda fi-
lia, &c. quicquid dicat Paul. de Castro
cōs. 20. incip. in causa, vol. 1. relatus per
Bertacchin. part. 4 col. 1. fol. 170. qui
voluerunt non posse Principem, cum
facit guerram, vel collocat filiam in
matrimonium, vexare subditos sed de
11 suo expendere, nam non est verum †
stantibus nostris statutis, & quasi ordi-
narijs, & in d. cap. 458. mentionem fa-
cio de hoc præsenti nostro Regni capi-
tulo, puta de bello. vt post Guid. Papæ,
Speculat. Natt. Roland. Affl. Anan. ait
Surdus cons. 410 nu. 33 lib. 1. esto quòd
non vrgeret necessitas belli, sed, diui-
no munere, pacis vbiquè dominetur
tranquillitas, tamen v. g. esset suspicio
12 † vel v. g. esset Rex apparatus facere
ad ea, quæ ad bellum spectaret, vt puta
circa munitiones, stipendia danda mi-
litibus, pro constituendis propugnacu-
lis, aggeribus, & vallibus, quia his ca-
sibus potest collecta imponi per ipsum
solum Regem, & subdam inferius, nu.
20. & ita intelligo Abbat. in cap. inno-
uamus, de censib. qui dicit quòd po-
13 test solus Rex ponere vectigal † seu pe-
dagium, Bertacchin. in verbo, Rex,
fol. meo 326. col. 2. & in cap. quanto,
de iureiur. quia sunt de regalijs, vt de
ipsis pedagijs scripsi infra in cap. 456.
Regis Alph. versic. & quia §. 2. ex Affl.
in capit. 1. §. sciendum, de feudi cognit.
Petr. de Gregor. de concess. feudi part.
1. quæst. 5. nu. 13. Crauett. cons. 280. col.
fin. Bald. & Scholiæ ad eum consil. 279.
vol. 4. quæ tamen possunt per Principem
ipsum alijs Baronibus, & feudatarijs
14 concedi † ex traditis supra in cap. 45.
nu. 75. Regis Iacobi, tom. 3. addo post
Dec. Affl. Bald. & alios Menoch. cons.
21. nu. 18. lib. 1. idem Bald. consil. 289.
vol. 4. vbi dicit quòd pedagia propriè
ad Principem spectant, cap. 1. quæ sint
regal. col. 10. aliàs sine causa vera, &
putatiua exigere pedagia esset delictū,
& sic atrox crimen, vt ait Bald. modo
citandus per l. fin. ff. de vi public. & per
notata in cap. si quis romipetas 24. q.
3. ita vt sic locus tortura, vt ipse sentit
in d. suo consilio, nisi ex legitima igno-
rantia exegisset, ex his, quæ in materia
exactionis dixi supra in cap. 57. eiusdē
Regis Iacobi. declaratione, 3. d. tom. 1.
Bene est tamen verum quòd possunt ex
priuilegio Principum, & ex longissima
15 † consuetudine tam ciuitatibus, quàm
etiam specialibus personis competere,
vt dixit ibidem Bald. per cap. præsen-
tis, de censib. in Clementin. Bartol. &
Dyn. in l. si publicanus, ff. de publica-
nis, Archid. Speculat. & Hostiens. locis
citatis per eundem Bald. qui omnes de-
terminant posse ... hac ... ratione,
stante dictis priuilegio, & cōsuetudine,
& tale ius exigend. dicta pedagia dici-
16 tur ius reale cohærens territorio † in
quo pedagia ipsa leuantur, per l. fin. C.
vbi, & apud quos, adeo vt, si potest, vt
prædictum est, specialibus personis com
petere ex dicto priuilegio, vel ex dicta
consuetudine, sequatur, vt in tali iure
cadat transmissio ad hæredes, vt subdit
ipse Bald. nu. 2. itaut, si defunctus fuit
in dicta quasi possessione, sic & hæres,
qui non erit vllo modo prohibendus,
vti eodem iure; quia cum causa iusta
videtur exigi dictum pedagium, nempe
stante consuetud. ne, vel priuilegio, &
maximè si per eius antecessores sic esset
possessum, & cum bona etiam conscien-
17 tia, ex quo istæ gabellæ † pedagia, &
similia, quæ exiguntur per Principes,
fuerunt impositæ, vt Principes ipsi pos-
sint principatus onera substinere, idest
loca munire, militibus stipendia dare,
priuatorum bona, & vias publicas à
latronibus, & prædonibus defendere
atque alia pro status tutela, ac defen-
sione expedire, vt post Bart. Affl. Summ.
Angel. Rolland. Turrect. aliosque ait
Io. Petr. Surd. consil. 454. nu. 27. lib.
3. Paul. Apostol. 13 ad Roman. vbi ait
18 Principes † esse ministros Dei datia col
ligentes, & in hoc ipsi seruientes, & ita
post Archidiac. Bald. Bart. Hostiens.
Angel. & Alberic. de Rosat. dixit Corn.
d. cons. 181. sub nu. 15. lib. 3. Et de colle-
ctis dixi ibidem in d. cap. 456. §. 22.
quas

19 quas exigere † est etiam de reseruatis
ipsi Principi non recognoscenti supe-
riorem, esto quòd alijs merum, ac di-
ctum mixtum imperium concessisset,
quia non videtur transtulisse reseruata
ex Natt. consl 185 nu. 3.4.5. & 6. vol. 1.
vbi quòd specifica, & expressa require-
retur concessio, ex Petr. de Anchar. &
alijs, & consequenter est de regalibus,
Bar. in l. 1. n. 24. C. de mulie. & in quo lo
co, lib. 10. Paris. cons. 25. n. 1 lib. 1. Cra-
uett. cons. 195. nu. 2. & cons. 201. nu. 14.
Socc. Iun. cons. 98. n. 16. lib. 3. Alcia. res-
ponsl. 493. n. 4. de quib. per Menoc. d. cons.
31. n. 30. vol. 1. cap. 1. vbi omnes, tit. quæ
sint regal. Surd. cons. 83. nu. 6 lib. 1. qui
locutur in angarijs, & in d. cons. 210. sub
nu. 58. lib. 2. vbi pulchrè, qui loquitur in
dictis collectis, quæ per consequens ad
ipsũ Principẽ spectant, nec possunt Ba-
rones hoc facere, nec noua vectigalia
imponere ex Boss. Nell. & alijs, & in d.
cap. Regis eiusdem Alph. 459. §. 36.
20 tetigi, & si bellum non timetur † vt te-
tigi nunc, nu. 12. attamen cogitatur, &
quòd facilè contingere posset est con-
siderandum, pacisquè tempore consi-
derare quæ futura sunt ad tuitionem
bellorum, exemplo Scipionis Aphrica-
ni, & ita fuit cõsideratum infra in cap.
526. eiusdem Regis Alphonsi d. tom. 5.
vbi totum Regnũ, & sic tria brachia ob-
tulerũt Regiũ Donatiuũ Regi Floreno-
rũ sexaginta milliũ soluẽdorũ per dicta
tria brachia pro deliberatione facta per
Serenissimũ Regem de accedendo con-
tra Turcham, & de mittendo stolo con-
tra eum, ad effectum deprimendi teme-
ritatem, eiusque superbiam, & pro exal
tatione fidei, & similium, & quæ subdã
inferius, n. 24. an debeat excutere pri-
us suum marsupium, addo Menocch.
d. cons. 31. nu. 36. vol. 1. post Alciat. in l.
vnica, nu. 45. C. de sentent. quæ pro eo,
quod inter. profer. pulchre Isern. & Af-
flict. in tit. quæ sint regalia, §. vectiga-
lia, col. 3. in medio, Surd. d. cons. 83. nu.
21 9. lib. 1. vbi quòd Dominus † non de-
bet noua vectigalia imponere, vt subdã
inferius, nu. 29. 30. etiam pro seruanda
Iustitia, quia eam debet seruare cum
redditibus Regni, qui sibi ad hunc effe-
ctum præstantur, & infert ipse Surd. ad
multas illationes, quas suo loco dis-
parsi, quoties enim aliqui sunt obliga-
ti ad munera ordinaria, vtique ad extra
ordinaria nõ erunt obnoxij secũdũ Bal.
Bero. Alex. & alios, de quibus sentit idẽ
met Surd. cons. 168. num. 51. lib. 2. vide
Thesaur. decis. 257 vbi quòd ad dona-
22 tionem † faciendam Principi possunt
vniuersitates se collectare, & sequitur
Rouitus in Pragmat. 5. Regni Neapo-
lis tit. de Administr. vniuersit. num. 22.
fol. 5. sicut de donatione facta per vasa
sallos Baroni, prout ex Additionibus ad
Bertazzol. & alijs, quemadmodum de-
liberto. scriptum est, qui non tenetur ad
alia onera præter in manumissione con-
tenta, vt per ipsum Menocch. d. cons.
31. nu. 59. per l. vt iusiurandi, ff. de oper.
libertor. tum quia seruitia debent esse
suis contenta finibus ad text. in l. cum
satis, § caueant, C. de Agricol. & censit.
lib. 11. Menoc. n. 62. & si aliter fiat, vide-
tur metu factum; etiam stante consue-
tudine; nisi esset antiquissima, vt ipse
sentit, nu. seq. & præsertim quia in dictis
Capitulis, & hic est etiam illa negatiua,
de non soluendis coltis, seu subuentio-
nibus, nisi in quatuor casib. sicuti legitur
adhuc in d. cap. 358. vt non imponatur
23 nouum vectigal &c. quo † casu iste lo-
quendi modus negatiuè est potentior
affirmatiuè, vt post Bald. & Dec. subdit
ipse Menocch. cons. 36. nu. 13. eod. lib. 1.
addo prædictis pulchrum consil. Natta
185. sub nu. 11. vol. 1. quòd quoties Im-
perator, Rex, aliusquè supremus Prin-
24 ceps † vellet conuocare milites, & bel-
lum gerere vt tetigi superius, nu. 12. &
20. debet prius marsupium suum excu-
tere, & sibi antea subsidiũ imponere quã
à subditis illud exigat, quod facit con-
tra istam nouam impositionem, siue o-
nus nouiter impositum ætate nostra in
pandectis Notariorum, quia non debet
peruenire ad subditos, nisi in defectum
suorum redituum per gloss. in l. nemi-
nem, ibique Bald. Cin. & alij, C. de Sa-
cros. Eccles. idem Bald. in cap. conque-
rente circa finem, extr. de offic. Ordin.
& in tit. de Pace Constant. §. pacta, in
verbo, nobis tractantibus, Alciat. Soc-
cin. Iunior. Iacob. de Leonard. & alij ci-
tati per Menocch. vbi supra nu. 49. vbi
ait debere prius Princeps suam excute-
re crumenam propriam, & deinde auxi
lium postulare, Abb. in cap. sicut col. fin.
de iure iur. idem Natt. cons. 506. Cupie-
bam, nu. 13. vol. 2. Andr. de Isern in cap.
1. in verbo extraordinaria in tit. quæ
sint regalia, pulchrè Fulgos. cons. 201.
Pro pleniori, col. penn. & ita multoties
seruauerunt Domini Reges nostri Ca-
25 tholici quia interest dominorum † ha-
bere subditos, & vassallos locupletes, §.
cogitatio, vt Iudic. sin. quoq. suffrag. ex
quo

quo vassalli, & subditi pingues nerui di-
cuntur Principis, l.2.C.de omn.agr.de-
sert. lib. 11. & tradit Bald. cons. 410.
Quæritur verum dominus, col. 3. lib. 5.
Sicut èconuerso ipsorum subditorum
interest habere dominum locupletem,
26 & potentẽ † Ecclesiast.cap.xj. & in Cle-
ment. de iureiur. & sequitur Natt. loco
citato, num.14 & prout Dei gratia est
Dominus noster Philippus, cui plura re-
gna parent, quàm alicuique, propter
quod alibi scripsi in commentarijs Con
suet.Panhor.cap.11.num. 44. & seq. ex
Chassan. Boer. & alijs quòd cunctis Re-
27 gibus præferendus est † addo eundem
Boer.decis. 178. in principio, sic Ioann.
Baptist. à Costa cons.44. num. 22. Don
Garsias Mastrill. eruditissimus collega
noster de Consilio Suæ Catholicæ Ma-
iestatis, & Iudex M. R. C. in tract. de
Magistrat. lib.1. cap.4. num.18. Thom.
Grammat. cons. 169. num. 10. Æmil.
Maria Manoless. ad Bertacchin. in ver-
bo Rex fol. 327. col. 1. quamuis Bald.
cons. 217. Incip. Ego puto, in principio
vol. 3. dicat quòd contra Regis Fran-
ciæ decorem, idest prima vexilla inuic-
tissimi Regis Franchorum, nemo præ-
sumat honorem, & cons 218.col.1.eod.
vol.3. etiam testetur quòd super omnes
Reges Christianorum Rex Franchorũ
obtineat libertatis, gloriaquè coro-
nam à iure Romano, neque esse subdi-
tum imperio; Sicut etiam de Rege Bo-
28 hemiæ † olim Duce scripserunt Abb.
& Hostiens. in cap. constitutus, 2. de te-
stib. per text. in cap. scitote, 6. q. 3. vbi
quòd licet careat Prouincia competen-
ti, abundat tamen Militibus strenuis,
& redditibus plusquam alij reges, qui plu
ribus Ciuitatibus dominantur, eiusque
dominium dilatatum est, idem Bertac-
chin. in verbo, Rex, d.fol.326. col.4. Il-
licitas inponendo collectas, aut nouum
vectigal, præter supradictos casus, es-
set nouitas quædam iam tetigi superius
29 nu.21. † & vt subdit idemmet Natt. lo-
co citato, nu.12. quòd quoties homines
numquam antea talia onera subierunt,
nouitas nulla inducenda est, & sic nul-
lus Princeps, nec dominus potest no-
uum onus vassallis indicere, quod est
conforme d.capit.358. Regis Alph. Ne
noua vectigalia imponãtur, sic in capit.
461. de quo tetigi in capit. 353. Regis
eiusdem Alph. tom 5. ipse Serenissimus
Rex sustulit gabellam fundici nouiter
impositã in hac vrbe Panhormi, & in lo-
cis alijs huius Regni, in quibus exerceri
non solebat, tamquam nouum vectigal,
vt omnia loca Regni remaneant in ea
libertate, & quiete, in qua per prius
erant, ne mercimoniæ huc venientes
aliò tendant, & placuit hoc Suæ Maie-
stati, & sustulit, sic in cap.497.eod.tom.
5. placuit etiam ipsi Serenissimo Regi
quòd durante illo donatiuo, & donec
exigeretur, non exigantur ordinariæ,
neq; extraordinariæ collectæ, & vide
tradita per Speculat. in tit. de feudis, §.
quoniam super homagijs. versic. & nota
quòd vassalli comitum, fol. vlt. sicut à si-
mili dicitur in textu l. cum satis, §. ca-
ueant, C. de Agricol. & censit. lib. 11. &
notatur per Bal. in cap. 1. qualit. vassall.
30 iurar. deb. fidelit. quòd vbi vassallus †
contra antiquam consuetudinem iurat
aliquid se domino facturum, hæc noua
iuramenta præsumuntur extorta, & op-
pressiua, Speculat. vbi supra, & Io. Andr.
Andr. per Nattam citati, & ita sentit
expresè Menocch loco citato, nu. 44.
45. & seq. vbi contra antiquam obser-
uantiam non potest Rex aliquod onus
imponere, & num.64. 65.66 67. Item si
aliter præter dictos quatuor casus gra-
uarẽtur vassalli, esset eos dupplici one-
31 re grauari † quod esse non debet, vt ait
ipse Menocch. d. cons 31. nu. 40 41. 42.
per l. nauis onustæ, §. vim autem ff. ad
l. Rhod. de iactur. l. titia, §. qui in vita,
ff. de legat. 2. Sicuti videmus in Clericis
32 † qui non debent dupplici onere graua-
ri, nempè præstare Põtifici, & Cæsari,
subdit ipse ex Boerio, Alciat. Neuizan.
Barbat. Crauett. Bruno, & alijs, subdens
præsertim non posse hoc contigere erga
vassallos vassallorum Regis, qui non
possunt ex aliquo super indicto imposi-
33 to à Rege grauari, cum vassallus † vas-
salli mei mei non sit meus vassallus se-
cundũ ea, quæ dixi in cap 39. Regis Ia-
cobi, num.55. tom.1. & in cap.10. Regis
Federici, nu.91. tom.2. idem Menocch.
vbi supra, nu. 38. 39. 43. ex multis per
eum citatis, sufficit enim vassallis præ-
stare illud, quod ab initio promiserunt,
& sic cum solummodo in dictis quatuor
casibus possunt grauari, in reliquis one-
rari non debent, vt sequitur ipse Me-
nocch. num.58. 59. 60. & seq. ex Oldrad.
Neuizan. Iacob. de Leonardis, Soccin.
Iunior. Alciat. Bartol. Crauett. & alijs,
quia ordinatum est, seruitia esse debe-
34 re suis contenta finibus per text. in d. l.
cum satis d. §. caueant, C. de Agricol. &
cent. lib. 11. Bald. in l. 1. C. de fideicom-
missar. libert. Iacob. à S. Georgio, Boer.

Brun. adducti per eundem Menocch. n. 62.63. qui subdit quòd si præter supradictos casus nulla adesset conuentio, & consuetudo, vtique hac facultate grauandi vasallos Domini carerent, & pro vt latissimè ait Io. Bapt. à Costa cons. 1. maximè, nu. 115. vbi quòd debent seruari priuilegia, quæ in vim contractus sunt.

35 Amplia præsertim conclusionem † superius firmatam procedere, quando quis esset exemptus ob numerum duodecim filiorum, quia ille talis non potest subsidiari, nec collectari, aut gabellari, neque in realibus, neque in personalibus ordinarijs, nec extraordinarijs oneribus, ita in proposito tenet Io. Petr. Surdus cons. 146. lib. 1. Bartol. Bald. Angel. Io. de Platea, Didacus, Natt. Roiland. Anania, Ripa, Alciat. & alij, de quibus per ipsum Surdum, nu. 16. & cum similibus, quæ tetigi infra in d. cap. 358. Regis Alph. versic. videndum, de quo tetigi in cap. Ritus 183. num. 7. tom. 4. nam quasi in mille locis

36 Italiæ inueniuntur similia statuta † quæ reddunt immunem, & franeum talem hominem, vt post Guid. Papæ, Marc. Pappon. Bartol. & Boss. ait Io. Bapt. à Costa, d. cons. 1. num. 129. lib. 1. l. si quis decurio, C. de Decurion. l. semper §. demonstratur, ff. de iur. immunit. vbi gloss. & Bartol. Ioann. Andr. in regul. decet, col. 1. in Mercurialib. in 6. gloss. in l. 1. C. de his, qui num. liber. quamuis Azo ibidem dicat, neminem à patrimonialibus vectigalibus excusari, nisi fortè 16. pueros filios quis habeat, quorum educationi vacare oporteret, Matth. Antonian. ad Guid. Papæ d. decis. 401. ¶ Adeout nec hæredes † eius

37 mox teneantur ratione quia succedunt in eandem immunitatē, vt sentit idemmet Surd. d. cons. 426. nu. 7. & 8. quia actio, quæ non est fundata contra talem personam exemptam, nec siquidem potest transire ad eius hæredes, non obstante quòd tales hæredes sint possessores, nam, ex quo antiquus antecessor non tenebatur, nec alij tenentur, ideoque mortuo patre hæc immunitas transit ad filios, facit Bart. in l. gallus, §. quidam rectè, num. 11. ff. de liber & posth. & quæ notat Ias. in l. si sic stipulatus, quæ est lex 133. num. 12. ff. de verbor. oblig. Rip. in l. si ex toto 1. respons. col. 3. ff. de legat. 1. Natt. consil. 164. nu. 14. cons. 304. col. 1. & 2. Alex. cons. 101. cons. 66. lib. 1. Anchar. cons. 327. Rolland. cons. 1. num. 378. lib. 2. cons. 33. num. 41. 42 lib. 3. & vide quæ posui ad cap. 9. Regis Caroli, versic. prout, vbi an, & quomodo immunitas concessa alicui transeat ad eius hæredes, tom. 8.

38 ¶ Esto quòd de istis † filijs essent aliqui legitimati, etiam per ingressum religionis, nam est locus huic numero duodenario ob immunitatem prædictam, in puncto Io. Franc. de Ponte consil. 16. per totum, & cons. 17 ex Ruyn. & Rolland. à Valle ¶ Etiam si aliqui ex dictis

39 filijs † fuissent mortui in bello, quia censentur viuere ob gloriam, & iuuant patrem ad dictum numerum, idem de

* Ponte de com. * opin. testatur nu. 21. cum consil. prædicto, 17. ex Io. de Platea, Misinger. Angel. Iason. & similibus, etiam esto quòd omnes filij sint mortui postea, hæc enim immunitas ob talem numerum competit, ac durat secuta ipsorum morte, Dec. in cap. cum cessante, nu. 11. de Appellat. Io Baptist. à Costa in tract. de retrotract. monitor. 8. ad cap. 2. nu. 5. fol. 31. & sic esto quòd deficiat dictus numerus taliū personarum duodenarum, sit locus statutis, & immunem reddunt parentem, scripsit etiā Dec. in l. in omnib. § caussis, nu. 17. ff. de origin. iur. ex eod. Ioann. Andr. in d. cap. decet de regul. iur. in 6. vbi Bald. Bart. in l. 2 §. non solum, ff. de excusat. tutor. Ioann. de Anan. cons. vlt. idem Dec. cons. 24. sub nu. 4. vbi eadem iura, & DD. repilogat, solummodo addit Paul. de Castr. in l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matr. & dat ratio-

40 nem, quia priuilegium † immunitatis prædictæ semel acquisitum non debet auferri, addo Apostill. ad Bartol. in l. sciendum, §. possessor. ff. qui satisdar.

* cogant. est com. * opin. de qua per Viuium in eius communib. opinionib. in verbo, pater habens, Iason in d. l. sciendum, ff. qui satisdar. cogant. idem Bartol. in l. 2. in alia lectura, ff. de excusat. tutor. Vnde posset inferri quòd si v. g. quis haberet xj. filios natos, duodecimus verò statim mortuus sit, & decessisset, sufficeret, de quo tamen vide Soccin. senior. cons. 275. in fine, lib. 2. quamuis prima facie contrarium videatur ex regula, per quam dicimus,

41 quòd debitum † vel onus diminuitur diminutis personis, quibus aliquid relinquitur, vel debetur, l. seio amico, versic. non ideo minus, ff. de ann. legat. Petr. Duenn. regul. 177. Debitum, & regul. 178. & regul. 184. Franc. Marc. decis.

decis. 855. Iacob. Menoch. de arbitr.
40 Iudic. casu 223. ¶ In tantum vt esto † sub isto nomine filiorum comprehendantur filiæ nuptæ dixit Corn. cõs. 230. col. antepen. lib. 3 & ad aliqua infert Additio ad Bald. cons. 312. vol. 3. vbi an teneatur soluere Laudimium. ¶ Et
41 consequenter sequitur, vt nec obstante † banno de bonis registrandis iuxta tradita inferius n. 61. vbi allego notata per me supra in capit. 21. Regis Federici cũ concordantibus ibi citatis versic. declara tamẽ n. 30. com. 2. astringantur tales immunes personæ ad dictã registrationẽ, etiã quòd essent iubsi ab officialibus sentit post Castrens. cons. 317. col. 3. vol. 1. Natt. cõs. 308. n. 7. & 8. Surd. cõs.
44 235. nu. 85. lib. 1. ¶ Sic videmus † quòd etsi bastardo, vel spurio debeatur, etiã ex testamento patris vncia, idest duodecima pars hæreditatis, quæ diuidebatur cũ eorũ matre, l. matre, C. de Natural. lib. liber. & in Auth. quib. mod. natur. effic. sui, collat. 7. tamen quando testator habet 12. filios, neque dicta vncia tunc debetur, ne plus habeat naturalis quàm legitimus, vide post Alberic. Roderic. Suarez in l. 1. de to lo home. sub num. 12. versic. hoc limita. ¶ Sic iddem
45 † dicimus si filius fuisset ingressus religionem, nam etsi dicantur monachi mortui mundo, vt vidimus supra in cap. 31. nu. 178. tamen quoad fauorabilia dicũtur viuere, vt ibidẽ per Anõt. loco citato, & hinc est quòd non desinũt esse Ciues Ciuitatis eorum, ita post Bartol. in l. 1. ff. ad municipal. Iacob. de S. Georgio in l. hæres absẽt § si quis tutelã, n. 39. de iudic. ait Nicol. Boer. decis.
46 360. n. 30. ¶ Etiã procedit † in xij. filios habente cũ nepote tamẽ ex filio vnico, ipse de Ponte in fine, vbi sic de stilo Cameræ Neapolitanæ seruatur. ¶ Esto q
47 talis pater † cui concessa esset talis immunitas acquireret prædia, & res de nouo quæsitas, etenim immunitas concessa comprehendit similia, Natt. cons. 430. num. 30. & 12. & vide per Chassan. super consuet. Burg. in tit. des iustices, §. 4. rub. 1. vers. nouelle, nu. 55. vbi an facultas ipsius patris, vel filiorum sit in consideratione, Et isto casu, vel simili, quando v. g. immunitas es-
48 set concessa vni † tunc esto quòd ille sit exemptus, tamen onus est soluendum per alios integrè, sicut videmus quòd si collectam vnus non soluit, tunc grauantur alij ad illius portionẽ, vt post Bald. Iason. Cardinal. Bartol. Fælin. Alex. Festas. & alios ait Surdus cons. 278. nu. 7. 8. 9. 10. 11. cum seqq. argumento plurium hæredum, quorum si vnus eximeretur per testatorem ab onere legati, alij hæredes tenentur insolidum, per l. ab omnibus, ff. de legat. 1. si totam tamen rem possiderent, & integram, vt post Castrens. in l. 1. C. Commun. de legat. prope medium ait idem Io. Petr. Surd. cõs. 191. nu. 9. lib. 2 qui dicunt hoc esse notandum, nec ab alijs esse tactum, l. cum ab vno, ff. de legat. 2. Aut quando testatur ipse, ita soluisse iubserit, vel si essemus in casu alimentorum præstandorum, v. g. mulieri, quia potest Iudex statuere quòd si essent plures hæredes, vnus soluat solus, ne ipsa in frustra cogatur accipere. Ancharan. consil. 254. Io. Anton. Bossell. ad Statut. Parmæ, tit. de Aliment. fol. 95. col. 2. Vinc. de Franch. decis. 203. his enim casibus est verum quòd reliqui tenentur insolidũ,
49 sicut dicimus † de pluribus ipsis hæredibus possidentibus rem hypotecatam, nam esto quòd aliqui soluunt partem, nihilominus creditor potest vendere pignus totum, l. vnus C. de distract. pignor. Bald. in l. 1. C. si vnus ex pluribus hæreditar. creditor. vel debitor. Prout legimus de testatore instituente
50 hæredes † & legante mille pro faciendo Ecclesiam, vel Cappellam, nam, etsi hæredes videantur grauati v. g. ad quantitatẽ, tamen quilibet ipsorum teneretur insolidum ad illam quantitatẽ, ita Iason in l. stipulationum, §. & harũ, num. 10. ff de verbor. obligat. per text. in l. fideicommissa, §. pen. ff. de legat. 3. Angel. Imol. Paul. de Castr. in l. in executione, §. 1. ff. eod. & dicunt hoc alibi non reperiri tamquam sit hoc quid facti, & ordinatũ ad hunc finem, vt indiuiduum, ad quod insolidum ligantur, non obstante quod subdit ibidem Paul. de Castro quòd in practica hoc non seruaretur, quia satis esset, vt quilibet hæredum solueret quantitatem pro parte sua, nam cõtra eũ videtur Iason tenere in loco citato, dummodo illud quod esset relictum esset dispositum per testatorem in modum conditionis, quia conditiones censentur esse indiuiduæ, & adimplendæ in forma specifica, per l. vt fundus, ff. de condit. & demonstrat. l. qui hæredi, & l. Meuius, ff. de condit. & demonstrat. maximè quando quantitas relicta esset respectu obligationis secundariæ, respectu pœnæ, v. g. promisso facere, vel dare, & casu quo

non dedero, nec fecero, promissio quan-
titatem, illa quantitatis est indiuidua;
quæ non posset pro parte solui ex ad-
ductis per ipsum Iason. & in l. si ita sti-
pulatus essem abs te, num. 4. & in l. in
executione, ff. eod. vbi recuperat à co-
hæredibus partes, & in l. stipulationes
non diuiduntur, n. 27. ff. eod. In reliquis
ergo casibus, & regulariter in casu rei
51 legatæ legatarius † non potest cogere
hæredes insolidum, sed pro portionibus
hæreditarijs, l. 1. vbi Bartol. C. Commi
de legat. & in l. legatorum, ff. de legat.
2. Negusant. de Pignorib. 1. membr. 8.
partis, num. 51. & quæ scripsi ad l. pro
hæreditarijs, C. de hæredit. action. &
vide de hac materia DD. in l. si sibi ho-
mo, §. si testamento, ff. de legat. 1. vbi
etiam in materia dotis, & per eundem
Surd. decis. 90. & d. cons. 191. d. num. 9.
post Bart. & Bald. in l. 1. C. comm. dele-
gat. Iason. in l. eum, qui res, C. de pro-
curator. idem Negusant. in 4. membr.
2. part. num. 160. sicut legimus quòd si
plures hæredes instituti grauati essent
facere palatium, vel Ecclesiam non te-
nentur insolidum, sed pro rata, quoties
obligatio esset mixta, quia obligatio
primitiua quantitatis diuideretur pro
portionibus hæreditarijs, vt per Iason.
in d. §. & harum d. num. 10. & illa, in
his casibus, ratione, & eodem modo,
52 quo plures ipsi hæredes † successerint
testatori, vel ex testamento, aut ab in-
testato, quia non potest vnus agere in
solidũ, aliàs tertius posset opponere de
iure tertij, quod erit iuris agẽtis exclu-
siuum ex Thesaur. Pedamont. decis. 4.
in successione verò ex testamento secus
esse videtur, nam potest quisquam ex
pluribus agere, alteris negligentibus,
quando sunt vocati, re, & verbis, vt per
Peregrin. de fideicommiss. art. 9. nu. 12.
vbi quòd agit ad totum, licet alijs su-
peruenientibus partem dare teneatur,
vidimus, & decisimus* in Tribunali Re-
giæ Curiæ Prætorianæ Ann. 1615. 29.
Octobris in causa Nicolai Morso con-
tra D. Ioseph de XXmilijs, vbi erat ob-
iectio quòd in allodialibus, quæ præ-
tẽdebat ipse Nicolaus tamquam voca-
tus à Brandimante Morso, aderant alij
filij Pompilij Morso, qui similiter erant
vocati æqualiter, & decisimus quòd te-
neantur alij hæredes præstare partem
cohæredibus mox venientibus, & vide
Roderic. de ann. reditibus quæst. 9. sub
num. 7. versic. secundo his accedit lib. 2.
vbi sentit, quòd si vnus ex pluribus hæ-
redibus agit, si alios cohæredes habet
subit pro parte hæreditaria, & hoc pro-
cedit in summo Principe non recogno-
scente Superiorem, Castrens. cons. 187.
col. fin. lib. 2. Ruyn. consil. 125. num. 3.
& 6. lib. 4. Natt. consil. 160. num. 37. &
cons. 397. num. 12. Cephal. cons. 58. nu.
49. & 69. Boss. tit. de Principe, nu. 164.
Siluan. Dec. & alij per ipsum Surd. d.
cons. 278. num. 12. 13. 14. quòd secus in
alijs; v. g. Baronibus, & Dominis, &
Vniuersitatibus recognoscentibus Su-
periorem, nam concedendo vni immu-
53 nitatem † debent de suo resarcire, &
defalcare, vt de gabellotis dixi infra in
d. cap. 358. Regis Alphonsi, sub versic.
inquantum, tom. 5. vbi, quòd quando
Domini eximunt aliquem à solutione
gabellæ, possunt Gabelloti ponere ad
rationes, & computa ipsorum ingabel-
lantium, Castrensis in l. licitatio, §. rei
exercitij, ff. de Publican. Soccin. consil.
72. in fine, vol. 4. Surd. loco citato, nu.
5. & 6. & nu. 16. per gloss. in d. l. vacua-
tis, Iason. cons. 101. num. 1. vol. 4. Neui-
zan. cons. 66. nu. 34. Bellon. cons. 37. nu.
4. Pedamont. decis. 95. num. 25. & seq.
54 ¶ Nisi † v. g. immunitas esset concessa
cum causa, nam tunc esto quòd esset
concessa per inferiorem, valet, & nocet
omnibus, & accrescit cæteris, vt subdit
ipse Surd. num. 15. post Abbat. Bartol.
Ruyn. Festas. Cephal. Affl. & alios. ¶ Vel
55 nisi † aliter de consuetudine obserua-
retur, vt dicit Guid. Papæ d. decis. 401.
de qua testatur ipse, nos verò seruia-
mus dispositionem iuris, per quod ha-
betur quòd habens 12. filios excusatur.
56 ¶ Vel nisi etiam filij † essent adoptiui,
quia non est locus tali immunitati,
Cott. in suis memorialib. incip. Bastar-
di, Ripa in l. ex facto, nu 13. ff. de vul-
gar. & pupill. Alex. Tartagn. in l. si cum
dotem, §. si maritus, col. 2. ff. solut.
matr. & cons. 123. lib. 5. quos refert, &
sequitur Marcus Anton. Roncscalens.
ad Scholia Baldi cons. 312. lib. 3. vbi
etiam allegat Alciat. præsumpt. 16. re-
gul. 1. Natt. Thesaur. & alios. ¶ Vel
57 nisi † filij essent illegitimi, Barbat. in l.
1. C. de instit. & substit. & in Additio-
nib. ad Bald. ibi num. 45. & sic omnes
deberent esse legitimi, & naturales,
quia si naturales, vtique statutum, vel
immunitas, siue priuilegium tale non
haberet vires suas, vt tetigi remissiuè
supra in cap. 6. Regis Federici, versic.
Insuper, tom. 2. vbi pono aliquos casus,
in quibus filij naturales excluduntur à
commodis

commodis filiorum legitimorum, & in
his omnibus fallentijs ratio esse potest,
quia immunitas est contra publicam
vtilitatem, ciusque concessio sui natu-
ra sit restringibilis, & tale priuilegium
debet valdè strictè, & rigorosè inter-
petrari, vt post Alciat. Bald. Cott. Be-
rou. Dec. & alios scripsit Surd. consi.
140. num. 1. 2. & 3. vol. 1. quoties nempè
alijs esset præiudicialis, alias latè in-
terpetrabitur, vt per eundem, nu. 48.
58 cum seq. ¶ Vel nisi loquamur † in so-
lutione decimæ Fisco, quia numerus
12. filiorũ non excusat, dixi in cap. 110.
Regis Federici versic. decimo fit solu-
59 tio, num. 70. tom. 2. ¶ Vel nisi † ver-
semur in resectione murorum, nam di-
cta immunitas non excusat, ita Rimi-
nald. consil. 2. nu. 11. & iddem repetijt
in consil. 10. nu. 13. lib. 1.
60 Amplio secundo † maxime procede-
re in ciuibus, qui venerunt de nouo ad
habitandum, non enim isti tales tenen-
tur ad collectam, quæ postea impone-
retur per aliorum solutionem v. g. eo-
rum, qui desererint incolatum, vt tan-
go inferius in 2. declaratione, ita Surd.
loco citato, qui infert sic nõ teneri suc-
cessorem in dignitate ad debita ante-
cessoris, Io. de Platea, Dyn. Bartol.
Roman. Corsett. Imol. Alex. Natt. &
alij, de quibus per ipsum Surdum, soli
Reges Hispaniæ ex quadam magnifi-
centia soluunt debita antecessorum, vt
recordor posuisse in cap. volentes, quod
est cap. 28. Regis Federici num. 419.
tom. 2.

Amplio tertio maximè si non essent
61 personæ † nec eorum bona descripta,
neque annotata in æstimo, & catastro,
quia isti tales videntur exempti, vt po-
sui in d. capit. 21. Regis Federici num.
30. cum seq. & tetigi superius nu. 43. si-
cuti à contrario præiudicaret sibi non
subditus, si se illi submitteret, patiendo
descriptionem fieri, ita post Curt. Iu-
nior. Crauett. Anchar. & alios ait ipse
Menocch. d. consi. 31. nu. 46. 47. lib. 1.

Amplio quarto etiam non posse co-
62 gi vassallos † collectas coactè soluere,
neque exponere proprias pecunias,
etiam vt æs conflatum per dominum
soluatur, ita Menocch. loco citato, nu.
48. post Boer.

63 Amplio quinto † vt nec solui debeat
gabella quando portantur res pro vsu
suo tantum, non obstante contraria
consuetudine, etiã si à principio extra-
xerit pro vsu suo, & postea mutauerit
propositum, quia nec soluetur gabella,
ita supra in cap. 15. versic. iddem sub
num. 73. ibi vide.

Amplia sexto præsertim procedere
64 † vt non possit gabella exigi in illis ca-
sibus, in quibus, v. g. quasi tota ven-
ditio, aut maior pars, vel aliqua rata
cedisset in solutionem Proxenetarum,
quia tunc in illa quantitate non est sol-
uenda gabella, vnde infert ad proposi-
tum Bart. & Imol. licet aliquantulum
contrarius in l. cuidam, ff. de condit. &
demonstrat. quòd si statutum dictaret,
vt de pretio rei venditæ soluatur ga-
bella tot denariorum pro libra, & acci-
dit quòd aliquis vendidit pro centum,
attamen in medianis, proxenetis, &
subhastatoribus expendisset viginti, so-
lummodo pro octuaginta facienda est
solutio gabellæ, ratione quia pretium
debet intelligi, non quantum emptor
dat, sed quantum apud venditorem
remanet, idem Bart. & Alex. in l. falci-
dia, ff. ad l. falcid. idem Bart. in l. fru-
ctus, ff. solut. matr. Imol. & Alex. in l.
non amplius, ff. de legat. 1. nisi statutum
dictaret quòd soluatur gabella pro
pretio, quo vendidisset, quia tunc pro
toto pretio soluitur, idem Bartol. in d.
l. cuidam.

65 Amplia septimo quando † contigis-
set naufragium alicui naui, vel vassel-
lo, ex vi tempestatis, vel rapinæ, quia
si huiusmodi necessitate ad portum ali-
quem applicauerit, non tenetur solue-
re gabellam, sic demonstro infra in ca-
pit. Regni 92. §. item de nauibus
sub Rege Inclito Ioanne, tom. 6.

Amplia octauo etiam non solui ga-
66 bellam † in illis casibus, in quibus de
consuetudine gabella solui non debe-
ret, vt puta in rebus mobilibus de qui-
bus per Surd. cons. 430. num. 15. & seq.
vol. 4. etenim in solutione gabellæ at-
tendi debet consuetudo, d. l. Imperato-
res, ff. de publican. l. publicanus, §. fin.
ff. eod. & ibi gloss. Decius cons. 96. qui
allegat Ferrett. Bursatt. cons. 335. num.
10. Maccabrun. cons. 9. nu. 18. Rolland.
Menocch. Bertazol. & alij citati per
ipsum Surd. nisi v. g. loquamur de his
mobilibus, puta vino, serico, animali-
bus, &c. vt per eundem sub num. 18. 19.
qui ait, quòd de his rectè potest per sta-
tutum disponi quòd soluatur gabella.

67 Amplia nono hinc esse † & oriri, vt
in dubio semper fiat interpetratio con-
tra gabellam, vt notaui post Bartol. in
d. l. si pupillus, ff. ad l. falcid. Petr. Phi-
lipp.

lipp. Cornen. conf. 106. num. 2. lib. 4.
quia gabella est res odiosa, & in dubio
contra eam est respondendum, vt per
eundem Corn. consil. 81. num. 16. lib. 3.
Boss. in tit. de vectigalib. num. 10. Cra-
uett. consil. 231. in fine, Decius d. consil.
96. in fine, Surd. consil. 307. num. 20.
24. lib. 3.

68 Amplia decimo † maximè quando
talia vectigalia, vel gabellæ essent so-
lutæ aliàs, quia iterum solui mox non
debent, vt tetigi superius, & est regu-
la, quòd pro eadem re, seu pro eodem
contractu non debet solui pluries ga-
bella, vt post Bartol. in l. interdum, §.
quoties, ff. de publicanis, & ibi Imol.
& Pontan, ait Corn. in d. consil. 106. nu.
4. Bald. in l. cum dotem, C. solut. matr.
& in l. cum per eos, C. si quis alteri, vel
sibi, Paul. de Castr. cons. 84. Punctus
quæstionis, & per ea, quæ subnectam in
subsequenti ampliatione, iddemque di-
co quando pro dicta gabella soluenda
esset facta concordia cum gabellotis,
quia non potest amplius exigi pœna,
pulchrè Bald. consil. 229. Proponitur,
lib. 5.

69 Amplia vndecimo præsertim † ha-
bere locum quando per Datiarios,
siue Gabellotos ipsos fuissent factæ bul
lettæ, v.g. signando aliquam rem, quia
tunc ex quo ex tali bulletta non dicun-
tur habere aliquod interesse, vt dicit
Philipp. Corn. d. consil. 81. sub num. 14.
lib. 4. & potest verificari in cartis bul-
latis de ludo, nō posset per consequens
vllum vectigal, nec gabella de nouo im-
poni, stante bulletta facta, & istum ca-
sum habuimus præ manibus pēdentem
in Tribunali Regiæ Curiæ Prætorianæ
inter Fiscum cum Magistro Ioanne An-
tonio Sanctoro Cartario, à quo prætem-
didit quòd vendidit vnum, vel duo pa-
ria cartarum, quæ nihilominus erant
bullatæ, & prætendebatur quòd non po
terat vendere stante quodam banno in
contrarium, tum quia non demonstra-
batur quòd dictus de Sanctoro hoc fe-
cerit in fraudem, sed quatenus debere-
tur gabella, prout negabat solui, eo quia
iam erat soluta præcedenti gabelloto,
per consequens bis solui non debebat,
vt tetigi in præcedenti ampliatione, &
illud fecerat ex simplicitate, vtique du-
bitabamus cum Spect. Don Cæsare de
XXmilijs Collega nostro, nam vt dicit
Bald. d. consil. 229. lib. 5. quando aliquid
fit ex simplicitate, & accidit aliquod
impedimentum, tunc istæ sunt extor-
siones, neque sunt tollerandæ per supe-
riores, eo quia, vt dicit ipse Bald. in fine
in hoc standum est consuetudini; & in-
formati fuimus quòd erat de consuetu-
dine vendi cartas bullatas per Gabel-
lotum præcedentē, & præteritum absq;
alia solutione, & absolutus fuit ille
Ann. 1608. Angel. cons. 9. qui dicit at-
tendi in gabellis soluendis consuetudi-
nem, tetigi superius prope principium,
& facit contra illos publicanos, vt plu-
70 rimum rapaces † & alienis facultatibus
adeo inhiantes, qui vulgo ob id publici
canes vocantur; loquor de malis, de
quibus scripsit Ferrett. de gabell. num.
215. Surd. consil. 470. num. 26. lib. 4. qui
semper procurant, vt sibi soluantur no-
uæ gabellæ, aut reiteratæ, quarum so-
lutio vetatur, non obstante quòd ali-
quoties apparerēt duo modi vendendi,
vel contrahendi, v.g. in obligatione
contracta ad vendendum, quia, cum nō
sit venditio, nec ex hoc acquiratur ius
emptori, non debet de hoc contrahendi
modo solui, sed ex reali venditione,
vt pono inferius declaratione 3.

Amplia duodecimo, vt nec possint co-
gi, nec teneri ex proprijs pecunijs do-
71 mino versanti in mortis periculo † ita
Alciat. respons. 161. nu. 9. & de com.
opinione refert Iacob. Menocch. d. cōs.
31. num. 49. debet enim ipse Dominus
prius, vt tetigimus superius, num.
propriam suam excutere crumenam, &
mox à vassallis auxilium postulare, ex
Guid. Papæ, Iacobin. Soccin. Iunior. Io.
Iacob. de Leonardis, & alijs.

72 Amplia decimotertio † vt nec etiam
debeatur solutio gabellæ ex rescissione
contractus, eiusque dissolutione, ita de-
clarat post Bald. in l. 1. num. 3. C. quan-
do liceat ab empt. discedere, vbi Sali-
cet. num. 8. Surd. consil. 136. num. 27. lib.
1. & scripsi in capit. 110. Regis Fede-
rici, num. 9. tom. 2. ideoque infertur,
quòd gabella non debetur, quotiescum
que contractus, super quo ipsa solui de-
73 beret, veniret nullus declarandus † vt
ibidem in d. capit. 110. eiusdem Regis
Federici posui, num. 9. Foller. de cen-
sib. tit. huiusmodi census, fol. 329. num.
55. versic. hinc rectè dicimus, beneue-
rum quòd ante declarationem nullita-
tis, intentio Domini est fundata, ibid.
versic. etsi soluta fuerit potest repeti,
74 num. seq. Infertur secundo † quòd hac
ratione est, vt gabella etiam non debea-
tur ex venditione rerum fideicommis-
so subiectarum, quia contractus est ipso
iure

Iure nullus per text. & ibi communi-
ter * DD. in l.si duobus, §.sed quia no-
75 stra, C.comm.delegat. Infertur tertio †
quòd si gabella est soluta per emptorē,
si ex necessitate postea restituat rem
emptam venditori, tenetur emptor ei-
dem restituere, ita post Cyn. in l.neque
C.de hæredib. instit. Fabian. de Mont.
in tract. de empt. & vendit. quæst. 8.
principali, num.5. per text. in l. 3 & ibi
gloss. §. patronum, ff. si quid in fraud.
patron. Bald. in l. seruum filij, §. cum,
qui Chyrographum, ff.de legat. 1. gloss.
in capit. 1. in princ. de prohib. feudi alie-
nat. per Federic.

Amplia decimoquarto præsertim si
76 solueretur aliquid annuum † puta de-
cem omni anno, nam nec debet solui ga
bella pro tota quantitate, sed medij
temporis interusurium deducitur, quia
minor est illa quantitas pro omni anno
decem pro centenario, ideoque istud
minus æstimabitur, Bartol. in l. in lege
Falcidia, ff. ad l. falcid. Soccin. Iunior
cons. 130. num. 7. lib. 3. idem Bartol. in
l. cum titio in fine. ff. eod. Alciat. cons.
25. vol. 4. & ita obseruamus in subiuga-
tionibus, in quibus non soluitur gabel-
la de interusurio annuo, sed de capitali
lapso nouennio, stantibus capitulis pan-
dectæ Regiæ Dohanæ, & stante illo pa-
cto conditionali de retrouendendo, so-
lito apponi in contractibus subiugato-
77 rijs, & istud † est forté quod etiam sen-
tit Intrigliol. super Bulla, quæst 78.
vbi quòd de contractibus sub conditio-
ne factis non soluitur gabella.

Amplia decimoquinto maximè in
78 Fisco † qui non soluit gabellam, ex quo
est immunis, Surd. d. consil. 239. num. 6.
& seq. per l. licitatio, §. Fiscus, ff de pu-
blican. cum similibus, & iddē in rebus,
quæ ad Fiscum deferuntur.

Amplia decimosexto procedere for-
79 tius si aliquis portaret † res ad bellum
inuitus, vel ad exercitum, aut alibi de
ordine Principis, nam non tenetur sol-
uere gabellam, neque portorium (ar-
gumento nauis, quæ propter vim, ma-
ris tempestatem, impetumque ventorū,
aut hostium, piratarumque timorem
aliò dedit, vt videbibus infra in cap.
85. Regis Caroli, ampl. 6. tom. 8. vbi
allego concordantia Regni capitula,)
ex Angel. in l. nulla nauicula, C.de De-
lator. lib. 10. Bald. Bertacchin. Boss. Iul.
Ferrer. de quibus per ipsum Surd. d. cōs.
239. num. 9 & 10. lib 2.

Amplia decimoseptimo, vt non de-
80 beatur ipsa gabella ex instrumento †
electionis, Bartol. in l. vnum ex familia,
num. 3. & 6. ff. de legat. 2. & ibi Addi-
tio in littera E. per l. si seruo, ff de hæ-
red. instit. Bart. in l. si pupillus, ff. ad l.
falcid, cum concord.

81 Amplia decimo octauo † quādo v. g.
esset accepta gabella ab aliqua com-
munitate, vt puta à Ciuitate, vel Terra,
& talis communitas emeret aliquid,
non tenetur enim accipienti soluere ga-
bellam, vide Bald. in l. si emptor, C. de
hæredit. vel act. vendit. Bart. in l. licita-
tio, §. fiscus, ff. de publican. Afflict. de-
cis. 319. incip. Quondam, num. 8.

82 Amplia decimo nono † vt iddem fit
quando v. g. à pluribus esset accepta ga-
bella, & inter se faciunt postea genera-
lem quietationem, quòd intelligitur
etiam de ea re, & ideo non debetur ipsa
gabella, idem Afflict. loco citato sub
nu. 9. quasi quòd quietatio ipsa pro so-
luto habetur l. idemquè, §. fin. ff. man-
dat. Bart. in l. reos, ff. de duob reis.

83 Amplia vigesimo † vt nec minus sol-
ui debeat ex renouato contractu vide
Bartol. in l. iurisgentium §. adeo, ff.
de pact.

84 Amplia Vigesimoprimo † vt iddem
sit dispositum de contractu diuisionis,
ita Apostilla ad Bartol. in l. ab emptio-
ne in littera R. ff. de pactis, ibique vi-
deas plura de veritate ad hoc remissiuè
Roman. cons. 182. Bertacchin. Bald.
Paul. de Castr. & alijs.

85 Amplia vigesimosecundo † vt nec
debeatur gabella de declaratione actus
Bald. in rubr. C.de rei permut. Fælin. in
cap. super de off. ordinar. Riminald.
Iun. cons. 163. Anton. Sola super Con-
stit. Subaudiæ in tit. de iure emphit.
fol. 31. col. 3. num. 11. vbi etiam dicit,
quòd nec Laudimium debetur, porrò fit
necessaria ipsa declaratio, & non vo-
luntaria, argumento eorum, quæ alibi
dixi de diuisione.

Est verum quòd, etsi in isto capitulo
dicatur, non posse imponi subuentionē,
neque colram, nisi pro supradictis qua-
tuor casibus, nihilominus video, quòd
potest, licet non coactè, sed liberè totū
86 Regnum † facere Regium donatiuum
ipsi Regi pro gratijs impetrandis, &
consequendis, vt in capit. 448. & cap.
488. eiusdem Regis Alph. d. tom. 5. ad
effectum reluendi bona Demanialia ex
dictis supra eod. in cap. 1. & in d. cap.
488. Regis Alph. vbi, vt conuertatur in
luitionem, redemptionem, & recupera-
tionem

tionem terrarum Demanialium, redditu-
uum, introituum, gabellarum, & diri-
ctuum Regiorum, & feudorũ, ibiquè est
dictum, ne in alios vsus conuertantur,
est verum quòd Rex ipse potest de di-
cto donariuo conditionato capere in
eius voluntatem aliquid, vt fecit in d.
cap. 488. in quo sibi reseruauit ducatos
triginta mille in alios vsus benè visos
87 sibi, & tunc talis collecta † & taxatio
deberet fieri per Deputatos, & alios
Officiales, & subdam inferius, num. 97.
prout colligitur expressè ex capit. 401.
402. 403. & 415. ipsiusmet Regis Al-
phonsi, vbi remissiuè quoad istud pro-
positum collectæ, siue taxæ scripsi, quia
de ipso Regio donatiuo, ibidem sup-
pleo. Et hac de causa puto esse quòd
stante quòd non, nisi in dictis quatuor
casibus collectæ imponi possunt, ideo
88 esse quòd Rex † compenset, & cedat di-
cto Regno ex causa dicti regij donati-
ui eandem summam exigendam, ha-
bendam, ac percipiendam super introi-
tibus ipsius Regis obligando, & carri-
catoria, & similia quoad istud proposi-
tum, prout in d. cap. 401. habes, man-
dando Magistro Portulano, & eius Lo-
cumtenenti, vt soluat quod iubsit ipse
Rex, atque mandauit, quia si esset vera
donatio, & Regium donariuum, vtiquè
non fieret debitor Rex dictis Deputatis
Regni cedendo tantundem, & assignan-
89 do super bonis ipsius Regis, donatio †
enim est beneuola datio absque spe con-
similis rei habendæ, l. hoc iure, § si quis,
l. donari, ff de donation. l. donari, ff. de
regul. iur l. si vno, §. sed si verbo, ff locat.
90 & tunc in dicto Regio donariuo † ne-
dum vult Rex Barones, Vniuersitates
tam Demaniales, quàm non Demania-
les nemine excepto teneri contribuere
debere, sed etiam Prælati contribuere
teneantur, & Ecclesiasticæ personæ, vt
habes in d. cap. 402. & 420. 441. & d.
cap 488. Regis Alphonsi, ratam eorum,
vt dicitur, etiam infra in capit. 508. &
cap. 509. vbi pulchrè est eadem materia
cõtinuata, ibique dispositũ est quòd du-
91 rante Regio donatiuo † non sint astri-
cti Prælati, neque personæ Ecclesiasti-
cæ soluere collectas, dona, subsidia, gra-
uitias, aut aliam solutionem, & placuit
hoc Regi, & non placuit quoad aliam
petitionem, vt Officiales Regij secula-
res contrauenientes, illudque capitu-
lum non seruantes, caderent in pœnam,
nec possint excommunicari, quia hoc
Regi fuit visum durum, & cap. 510. eius-
dem Regis Alphonsi, de quo in propria
materia recordor scripsisse supra in cap.
21. Regis Federici, ampl. 2. tom. 2. vbi
pulchrè adduxi nonnullos casus, in qui-
bus Ecclesiasticæ personæ contribuere
tenentur, & præsertim circa istud Re-
gium donatiuum, & duæ decretatæ col-
liguntur ex illo cap. 510. Prima namque
92 respicit solutionem † ipsius Regij do-
natiui, etiam esse faciendam per ipsum
bracchium Ecclesiasticum (de quo ali-
qua videbimus in cap. 28. Regis Philip-
pi, tom. 9.) & personas ipsas Ecclesia-
sticas regulariter loquendo, vt in d. cap.
21. posui; benequidem quòd ipse Sere-
nissimus Rex se declarat, & vult tunc
solui per eas personas Ecclesiasticas,
quæ hactenus contribuere consuene-
runt, hoc addito, & subintellecto, vt hic
subditur, nempè quòd si in præsenti do-
natiuo, seu subuentione minimè dictũ
bracchium, ac personæ Ecclesiasticæ
contribuere voluerunt, gaudere non
possint, præsentibus capitulis, nec vllis
gratijs, nec immunitatibus contentis in
his Regnis Capitulis, quo casu subdi-
tur in d. prima decretata, quòd talem
ratam contingentem dicto bracchio
Ecclesiastico (argumento illius ratæ,
de qua scripsi infra in bulla, fallentia
18. eod. tom. 5.) capit sibi in se Maie-
stas ipsa Regia, & per ea, quæ subdam
nunc. Secunda vero decretata respicit
exemptionem aliquorum circa dictum
93 Regium donariuum † & collectas, vt
quoties Rex ipse Alphonsus exemerit
aliquos ab ipsa collecta, cuiuscumquè
conditionis, ordinis, & status essent,
tam si sint particulares, & priuatæ per-
sonæ, aut in dignitate, officio, benefi-
cio, seu commenda constituti, quàm
etiam collegium, vniuersitatem, seu
magistratum repræsentarent, quòd tūc
vtiquè ipso facto ipsa exemptio fieri de-
beat in disgrauamen aliorum, qui pro
sua portione, siue rata supradicta tene-
rentur, & per hoc dicitur in fine ipsius
cap. 510. simpliciter, ibi, quoad vltimũ
capitulum, Placet Regiæ Maiestati,
quasi quòd in illo capitulo, duo, vt præ-
dictum est, capita contineantur. Potest
94 & soluit Rex concedere dilationem †
circa solutionem dicti Regij donatiui,
sic infra capit. 500 Regis eiusdem Al-
phonsi, d. tom. 5. sicut posset etiam re-
mittere, vel totum, vel residuum col-
lectæ cap. 512. eod. tom. Regis Alph.
concordat etiam aliud capit. 518. vbi
Prælati, & Ecclesiasticæ personæ ex ne-
cessitatibus

cessitatibus Regni stante, quòd alia
duo bracchia, militaria, & demanialia,
non poterant supplere dicto regio do-
95 natiuo † voluerunt ipsi concurrere ad
talem contributionem pro earum soli-
ta portione, & rata sua, vt etiam in
capit. 521. dummodo Rex obtineat li-
centiam, & Bullam Apostolicam à S.
Pontifice, ad hoc, vt concurrat. Cum
ista tamen limitatione, quòd si eodem
anno S. Pontif. x imponeret dictis Præ-
96 latis in hoc Regno existentibus colle-
ctam (quia potest Papa, etiam in Re-
gno imponere collectam Prælatis, vt
subdam inferius in versic. eodem etiam
modo) tunc, ne dupplici onere ipsi Præ-
lati grauentur simul, & semel contra
regulam quòd grauatus in vno, in alio
debeat releuari, vt vidimus supra in
capit. 39 Regis Iacobi nu. 174. tom. 1.
& d. cap. 506 Regis Alph. & eorum, quæ
pono infra in cap. 117. Regis Caroli
ampl. 2. tom. 8. dictus Serenissimus Rex
deducet in compotum suum talem ra-
tam, prout in d. capit. 402. est claré
ordinatum, & transit Bonorn. in cap.
22. Regis Federici, benè verum quòd
quandoque Rex negauit talem deduc-
tionem, quando nempe oblatio, & do-
natiuum fuit ab initio liberè factũ per
totum Regnum, & per dicta tria brac-
chia, vt habes infra in d. cap. 508. Re-
gis Alph. vbi noluit deducere ratam
bracchij spiritualis in discarricũ alio-
rum bracchiorum: Vnde si ad dictum
donatiuum contribuere debent dictæ
97 personæ Ecclesiasticæ, multo fortius †
nullus de isto Regno aliquo modo ge-
neraliter, nec specialiter est exemptus,
sed vnusquisque deberet contribuere
secundum taxas faciendas per dictos
Deputatos, vt in dictis cap. 403. & 420.
& d. cap. 488. & 497. & cap. 513. vbi
quòd ad minus de quolibet bracchio
interueniente in parlamento concur-
rant tres circa dictam collectæ taxatio-
nem, habendo, & tractando se benè, &
fideliter in d. taxatione eiusdem Regis
Alph. habes, vbi quòd si v. g. Rex ipse
eximeret aliquam terram, Ciuitatem,
aut locum, tunc dictam ratam, etiam in
ipsius Regis compotum excomputabit,
iddemque dicitur in d. cap. 497. ¶ Sic
potest, quemadmodum ex mera libera-
98 litate, ita ex statuto † imponi onus,
v. g. vt quilibet intrans per portas Ci-
uitatis soluat tot denarios, velut quili-
ber colens, vel coli faciens agros soluat
decem, Bald. in l. 1. col. 6. C. de sentent.

quæ pro eo, quod inter. profer. Bertac-
chin, in verbo, statutum fol. 100 col. 2.

Eodem etiam modo, quo potest do-
minus Rex in hoc Regno impunere col-
99 lectam, sic Summus † Pontifex potest
Prælatis, ac personis Ecclesiasticis ad-
huc in isto Regno commorantibus im-
ponere collectam, vt tetigi superius in
versic est verum & hoc est notabile per
illud capitulum, quia non memini aliàs
legisse, nec mirum, quia si potest Epis-
100 copus † hoc facere ex dictis in d. cap. 2.
Regis Iacobi, nu. 7. ad 10 post Abb. in
cap. non minus, de immun. Eccles. Cle-
ment. 1. de censib. Surd, consil. 301. vol.
3. & quæ dica in cap 69. Regis Ferdin.
tom. 7. ergo, x Sũ no Pontifici, quia est
supra omnes & sic etiam habetur infra
in d. cap. 508. vbi sentitur quòd Papa
potest Prælatis requirere decimam om-
nium eorum redditũum pro bello con
tra Turcham.

In quantum igitur ex hoc Regni Ca-
pitulo præcipitur non posse noua vecti-
galia imponi, potest limitari primo nõ
101 procedere † quando v. g. Princeps eius-
que Vicarius Generalis, vel Prorex in
Regno de ordine Suæ Maiestatis vellet
noua imponere vectigalia, ex quo ha-
beret hoc demandatum à Rege habente
ea, quæ sunt maximi imperij, & hoc
propter aliquam loci necessitatem, ita
Rip. in tract. de peste, sub rubr. de re-
med. præseruat. nu. 41. & seq. quem re-
fert, & sequitur Additio ad Bald. d. cõs.
370. in Scholijs, vol. 3. vbi etiam alle-
gat Cuman. cõs. 162. Visa copia, Corn.
cons. 199. col. 2. lib. 1. d. l. vectigalia, &
ibi Salycet. C. nou. vectigal. impon. non
poss Natt. vbi supra citatus, & ita in
terminis de Nostratibus inuenio limi-
tasse Dom. Gugliel. de Perno Doctorẽ
Siculum Siracusanum in d. consil. 17 in
feudalibus, vbi dicit, quòd illa Rubr.
102 † C. nou. vectigal. &c. dupplicem spe-
cialiter recipiat limitationem, nempe
quando ex Principis iussione aliter fie-
ret, quia tunc potest induci, vt noua
possint institui vectigalia, & illa rubr.
subauditur, scilicet non posse institui
per alios, quàm per Principem, vt ap-
paret per l. Vectigalia, ff. de publ. can.
Bart. in l. si publicanus, §. de rebus, ff.
de publican. ¶ Intantum, vt quando
ipse Princeps imposuerit hæc noua ve-
103 ctigalia, & vendiderit † aut alteri con-
cesserit, siue ingabellauerit, maximè
de tribus annis in tribus, vt nunc sub-
dam, non possit mox facere aliqua ban-

nimenta incontrarium, per quæ censeri
possent fraudatæ gabellæ, ratione quia
minueretur introitus ipsius gabellæ,
seu datij, illique Datiarij tanto non
emissent pretio, ac propterea, dicit
Corn. d.cons.181.nu.1. vol.3. quod su-
perior, qui vendidit datia, non potest
facere banna, vel statuta, quæ fraudāt,
& lædant capitula illis antea concessa,
l.inconcedendo, ff. de aqu pluu. arc.
Bart. in l. lucio, ff. de aqua quotid. &
æstiu. idem Bart. & alij in l. aquam, C.
de seruit. & aqu. Alberic. de Rosat. in
prima parte Statut. quæst. 139. incip.
vidi talem quæstionem, & quæst. 121.
104 vbi quòd non licet Ciuitati † augere
gabellam ad emptorum præiudicium,
quoad eorum fructus, & banna per eos
facta, & contrauentiones ad tradita in
Consuetud. Panhormi cap. 55. nu. 1. & 2.
Crauett. cons. 95. qui ait quòd non li-
cet Domino post venditam Cancella
riam vel similia, nouas facere constitu-
tiones, Menocch. cons. 34 num. 13. in
puncto Surd. cons. 57. num. 22. lib. 1. &
cons. 532. nu. 10. 11. vol. 4. (argumento
illius concordiæ, de qua tracto infra in
capit. 102. Regis Catholici Ferdinādi,
sub versic. hodie, tom. 7.) omneque
105 augmentum ipsius gabellæ † ad dictum
emptorem spectat. Bald. & Angel. in l.
at vbi, ff. de petit. hæredit. Soccin. sen.
cons. 39 num. 13. lib. 4. Fælin. Rip. Dec.
Menocch. Peregrin. Fabius de Anna,
& alij per Dom. Don Antonium de Bo-
nonia, nunc Magistrum Rationalem,
Regium Consiliarium benè merentis-
simum in consilio pro eius Matre con-
tra Andream Salazar, versic. vndecimo,
potest enim augeri gabella per vniuer-
106 sitatem † quando ita esset obseruatū,
vt ait Crauett. cons. 273. num. 13. versic.
postremo, Ioseph Ludouic. consil. 38. il-
lation. 43. Immo quando Princeps exi-
107 mit aliquem a solutione gabellæ † pos-
sunt emptores, & gabellarij ponere ad
rationes, & computum Principis totum
id, quod ipsi soluere tenebantur Ca-
strens. in l. licitatio, §. res exercitij, ff.
de publican. Soccin. cons. 72. in fine,
vol. 4. Surd. consil. 278. nu. 5. & 6. lib. 2.
quod facit contra Barones, qui inga-
bellant gabellas, & postea faciunt ali-
quos de populo franchos, & habui in
facto Partannæ; solus Princeps non re-
cognoscens superiorē, & sic solus Rex
potest hoc facere in tertij præiudiciū,
108 & aggatiare immunes aliquos † & tunc
onus accrescit alijs, vt vidimus, & te-
tigi superius versic. amplio præsertim, n.
35. addo latè Menocch. d. cōs. 35. per tot.
lib. 1. secus igitur si bannimentum non
tenderet in fraudem, nec præiudicium
Datiariorum, sic Corn. d. cons. 181. col.
3. & ideo valent statuta permittentia
solui gabellas, quæ statuta gabellarum
109 licet sint amara † & contra omnē æqui-
tatem, tamen lex quantumcumque du-
ra seruanda est, vt in terminis ait Bald.
d. cons. 229. lib. 5. per l. prospexit, ff. qui,
& à quib. immo propter vnam mercem
fraudantis gabellam ipsam publicatur
110 tota nauis † l. cū proponas, C. de naut.
fænor. Bald. d. cons. 229. & est de illis ca-
sibus, in quibus minima habetur in con-
sideratione, vt plura cumulo infra in ca-
pit. Regni 52. Incliti Regis Ioannis
versic. ratio tom. 6. & vt tetigi, similes
111 gabellæ solent locari pro tribus annis †
& non maiori tempore (argumento eo-
rum, quæ dixi infra in cap. 46. Regis
Alph. nu. 3. tom. 4.) l. penes, vbi Bald.
& alij, C. de vectigalib. & commiss. l.
1. C. de fid. instrum. & iure hastæ fiscal.
lib. 10. vbi quòd finito triennio, iterum
ad aliud triennium ingabellantur, sicut
de rebus Ecclesiæ, & locorum religio-
112 sorum † quæ vltra triennium non pos-
sunt locari per extrauag. Pauli II. &
cetum, quæ vidimus in comentar. Con-
suet Panhor. cap. 66. per totā nō obstan-
te iuramento, aliterquè facientes, pec-
cant mortaliter, dixit pulchrè Berous
cons. 92. lib 1. & Episcopi inciderent
periurum non faciendo seruare Consti-
tutiones SS. PP. vt dixi in cap. 1. in 2.
notab. Regis Ferdin. tom. 7 hoc est
quia non fit remissio ob sterilitatē vnius
anni, eo quòd stante vbertate alterius
anni fit cōpēsatio, dixi supra eod in cap.
15. n. 6. intellectu, num. 93. cū seqq. Est
113 verum quòd ipsi Gabelloti † non debēt
exigere plusquam statutum est sub pœ-
na dicti periurij, & possunt puniri, Af-
flict. in Constit. Regni, puritatem, nu.
15. de Sacrament. præst. lib 1. contra
quos Gabellotos, & passagerios illicitè
exigentes potest agi, & conqueri in
M.R.C. summariè, vt ait idem Afflict. in
constit. auctoritatem, nu. 2. tit. 78. de
summar. cognit. per Auth. vt Iudic. sin.
quoq suffrag §. necessitatem cum con-
cordantibus, & tenentur etiam de ra-
pina, & ad quadruplum, vide eundem,
nu. fin. & consequenter in casibus licitis
114 iustè † & sanctè exigitur gabella, etiā in
soluenda per vectores rerum, & mulio-
nes pro rebus super ipsis impositis, licet
ipsi

ipsi repetant mox à dominis, vt post Bart. Bertacchin. Bald. & Stratt. ait Surdus conf. 239. lib. 2. nisi res vectæ ducerentur ad Fiscum, vt dixi supra ampl. 15. num 78. & ideo, vt repilogem, dico quòd potest gabellotus licitè exigere in istis casibus, vel v. g. si pro quolibet contractu deberet solui gabella, aut quid simile, nam nec poterũt
115 † postea partes contractum perfectè celebratum reuocare in præiudicium iuris gabellæ, ita post Iacobin. in tract. de Roydis, nu. 28 & 35. ait Surd. conf. 240. num. 8. lib. 2. vbi infert ad nonnullos casus. Sic in simili dicunt DD. quòd valet statutum factum per gabellotos, vt victualia portentur per vias rectas,
116 licet intelligatur † si sunt tutæ, Alberic. de Rosat. in 2. part. statut. quæst. 7. Cepoll. in l. 3. ff. de verbor. signif. col. 7. Bertacchin. in verbo statutum, fol. 101. col. 4.

Secundo limitat idem Gugl. de Perno, vt noua vectigalia non imponantur, nec instituantur in rebus videlicet, quæ ex consuetudine libertatis factæ sunt exemptæ, nam ex consuetudine, dixit ipse, tollitur ius exigendi vecti-
117 gal, res verò nouiter repertæ † tamquã de nouo emergunt. noua indigent Principis prouisione, sic nouum pro se vectigal statuet in re nouiter emergente quod ipsum prohibitum esset in antiqua iamdudum consuetudine, adducitque plura iura, vt ibidem per eum col. 2. & loquitur in materia piscariæ corallorũ in mari Drepani reperta tempore Regis Alphonsi, vt scripsi supra in capit. 49. Regis Iacobi, num. 31. tom. 1. & sic nouum pro se vectigal statuere potest, & specialiter in piscationibus maritimis, vt ibidem subdit, per text. in l. inter publica, §. publica, ff. de verbor. signif. vnde propter euidentem vtilitatem Principis potest noua statuere vectigalia, eo quia ei prouidetur, cuius est bonus status, salus, ac bene esse omnium.

Declara primo circa prædictas col-
118 lectas, vt, quando debetur † per eos debeatur, qui fructus percipiunt, ipsi enim tenerentur functionum onus subire, l. fructus, C. de action. empti, Roman. Soccin. Alex. Barbat. Dec. Afflict. Paris. Curt. Iun. Natt. Cephal. & post multos, & alia iura sic ait Io. Petr. Surd. d. conf. 146 num. 1. & 6. lib. 1. vbi erat casus de colligendo quempiã pro subsidio maritagij filiæ Ducis Ferrariæ, & consequenter per possessores, qui nedum tenentur ad præsentia, & futura, sed ad præterita onera, l. imperatores, vbi gloss. & alij, ff. de publican. Fideric. de Senis, Barbat. Soccin. Abb. Cravett. Natt. Pinell. & multi de quibus per eundem Surd. d. conf. 146. num. 8.
119 Immo † eo ipso quòd bona sunt collectata, transeunt cum suo onere ad quemcumque transierunt ipsa bona, Natt. consil. 71. num. 1. Angel. conf. 206. nu. 2. Castrens. in d. l. imperatores, vbi vocant istas præstantias esse in vsu Ferrariæ, & in alijs locis, & conf. 275. nu. 5. vol. 1. Soccin. consil. 243. col. 1. vol. 2. idem Surd. num. 12.
120 Declara secundo † vt circa collectas, quando debentur, inspiciatur tempus impositionis, non autem exactionis, ita per gloss. in l. incola, la 2. ff ad municipal. & ibi Bartol. Speculat. Ioann. de Platea, Corsett. Natt. Berou, Bald. Imol. Alex. & infinitos alios tradit Surd. d. conf. 146. num. 9. 10. & seq. vbi infert, quòd non refert, vt incolatus deleatur, & quæ tetigi superius ampl. 2. & per ipsũ Surd. per totũ eius cõsiliũ.
121 Declara tertio, † vt quoad gabellas loquendo, non debeãtur aliter ex promissione venditionis, sed ex secuta reali venditione, quia est aliud obligatio ad vendendum, & aliud est venditio, vt notauit Angel. in l. 1. C. de pact. pign. & conf. 184. ex forma, Dec. conf. 340. in fine, & per tradita in commentar. Consuetud. Panhorm. cap. 67 versic. capio tertiam partem, num. 35. & in capit. volentes specific. 2. tom 2. & aliàs esset imponere nouum vectigal, quod prohibetur, vt hic, non obstante quod Bartol. in l. si pupillus, ff. ad l. falcid. teneat quòd in ipso principio cõtractionis per obligationem de vendẽdo debeat solui, & ponit ibi prædictum punctum, quia ex concursu istarum duarum causarũ ille secundus modus est solutio antiquæ obligationis, ideoquè non est nouus cõtractus, prout primus, & per consequens tunc facienda est prædictæ gabellæ solutio secundum eum, sed teneas cum contraria opinione.
122 Declara quarto † vt stante statuto, quòd de quolibet contractu celebrato in tali loco soluatur gabella (prout realiter sic est de iure gabellam solui in loco celebrati contractus per ea quæ post Angel. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. tradit Alex. consil. 16 Viso titulo, nu. 5. & cõs. 128. lib. 1. Dec. cõsil. 457. In causa

& contrahentes Ciues, ad hoc, vt gabellam non soluerent, contraxerunt in alia Ciuitate, solutionem tamen collata in loco, vbi sunt, nihilominus ad gabellæ solutionem tenentur, Caccialup. in l. 1. C. de Summ. Trinit. num. 95. Bald. conf. 60. vol. 5. Bald. & Salicet. in l. multũ interest, vers. pone ergo, C. si quis alt. vel sibi, Riminald. Iunior, cõs. xj. n. 25. lib. 1.

Declara quinto in fauorem Gabellotorum † vt in omnibus illis casibus, in quibus ipsis competat gabella, possint dominos, & possessores prædiorum vectigalium constringere insolidum ex cõsuetudine, sic intelligit subtilissimus, & acutissimus Rodericus de ann. reditibus, quæst. 9. nu. 26. & 28. de prædijs specialiter, & nominatim hypotecatis, vel oneratis vectigali. ¶ Noto ibi, per maritagio di nostri figli &c. cum vtatur in plurali, tollitur dubium de maritanda 2. vel. 3. genita, Boniorn. hic, & Podio, & in Constit. quamplurium, ver. maritanda, tit. de adiutor. exigend. vide quæ dixi in d. cap. 6. Regis Iacobi, nu. 33. tom. 1. ex Vinc. de Franch. & alijs, & sic impositus finis huic notabili capitulo Regni ad laudem D. O. M. & S. Ioannis ante portam Latinam, cuius festum cras celebrat Ecclesia sancta.

V. I. D. M. Muta.

De releuijs soluendis, & quomodo soluantur. Cap. LV.

STudiosa consideratione ci sollecita, che i nostri figli si rallegrino delli fauori, grati della benignità nostra, habbino beneficij della magnificenza nostra, accioche accensiuè scalfati d'ardor di fede, e di deuotione, più pronti, & più animosi siano indotti alli seruicij della nostra celsitudine, per il che con beneuola prouisione circa il pagamento dela raggione del releuio, ordinamo la presente Constitutione, perpetuo con il regimento del Signore, valitura, che per raggion di releuio delle Città, Terre, Castelli, Ville, & feghi, delliquali alla nostra Corte si debbia pagar releuio, immediatè che li Conti, & Baroni, che hanno dalla nostra Eccellenza, & sono tenuti di seruitij alla nostra celsitudine, si paghi per il modo infrascritto, cioe, che succedendo figlio à padre, ò à madre, ò fratello à fratelli, seu figlio di fratre nel detto Contato, feudo, ò Baronia, conche fratelli, ò figlioli d'essi fratelli descendano per retta linea del ceppo, & da quella persona, della quale sia stato il Contato, Terra, Castello, ò feudo, debbia pagare l'herede del Barone defunto per raggion di releuio, per il Contato, cioè, che consista, di tre Castelli vltra, marchi di bono, & puro argento dieci, & per ciascheduna terra, ò villa habitata nel caso della successione, debbia pagare per raggion di releuio, marche di bono, & puro argento quattro; per ciascheduno Castello, nel qual non siano famegli, ò habitationi, si paghino per raggion di releuio in caso di successioni predetti marchi di bono, & puro argento doi; per ciascheduno feudo plano, ò Casa, ò membro di Corte dati in feudo, si paghino in caso di successioni predetti

per

per raggion di releuio marcha di argento vno. Ma doue nelli detti Contati, Terri, Castelli, & feghi succedano alcuni parenti di Baroni defonti, quali vengono per linea transuersale, ita che non descendano dal ceppo di quello, & à quella persona, di cui fosse stato il fego, ò alcuna altra persona strana, in quel caso la Corte nostra debbia hauere per raggion di releuio per li detti Contati, Terri, & Castelli, & feudi, la metà di quanto il detto Contato, Terre, & Castelli, & feudi rendano quell'anno, che sarà morto il Conte, ò Barone delli detti Contati, Terre, Castelli, ò feghi predetti, quali metà dell'entrate predette pagarà il detto herede del defonto di là à sei mesi, che sarà morto il detto Conte, ò Barone, & cosi habbiano sei mesi di tempo li figlioli, & heredi per linea descendente à pagare li marchi di argento predetti, & questo si intende tanto di raggion di releuij futuri, quanto presenti, & præteriti, pendenti, & per obliuioni forse omissi non recolti, ò non percepti.

S V M M A R I V M.

Releuium est medietas fructuum, num. 1. & quid in successionibus per lineam trāsuersalē, vel in extraneis & quid in filijs, n. 2. et n. 47. & quid si eodē anno colliguntur plures fructus, an sit medietas omnium fructuum nu. 9 quandoque non transcendit uncias decem, num. 11.

Releuium est præstatio extrinseca à feudo inducta per mortem in successore, ibid.

Marcha dicitur à Marcho nomine germanico. & quod pondus sit, nu. 3.

Releuium lex communis appellat introitum, num. 4.

Releuium debetur ex inductione in possessionem, ibid & debet fieri à possessore feudi, num 6.

Releuij author fuit Rex, cui solui debet, num. 5.

Releuium dicitur à releuando, & adiuuando dominum, nu 7. & seq.

Releuij nomen non est verbum iuris, sed ab usu, & forma loquendi. nu 8.

Fructuum medietas colligendorū ex uno anno si alicui debentur. quid si plurium annorū fructus eodem anno percipiuntur, an si debeantur, nu. 9.

Releuium debet adhuc solui per filios donatarios, nu. 10.

Releuium debetur ex mutatione personæ, ibid.

Releuium etiam soluitur Comiti, & Baroni pro feudo non quaternato, nu. 11.

Releuium debetur etiā quòd feudum augmentatum sit, nu. 12. & seq.

Feudum si augmentatur, augmentatur, & seruitium, nu 13.

Releuium soluitur etiam quòd illo anno nihil perceptum sit, nu. 14.

Releuium quo tempore exigatur, est in electione Regia Curiæ nu. 15.

Releuium intra annū & diem solui debebat, nu. 16. hodie infra sex menses, num. 17.

Inuestitura infra annum, & diem peti debebat. ibid.

Releuium si non est solutum infra tempus, solent pœnæ remitti, si non adest dolus, nec contemptus, num. 18 19. & dupplicatur, nu. 21. & fit compositio, num. 22.

Inuestitura si non est petita infra annum, & diem, solent pœnæ feudi remitti, nu. 19. & seq & solent vassalli componi, num 22.

Rex munificus non debet angustiare vassallus propter temporis angustiam, num. 20.

Releuium quando non est præstitum, solet Regia Curia non priuare vassallos, sed eos componere, nu. 22.

Rele-

Releuium debetur ex successionibus ad feuda, non ex contractibus, & quando, num. 23.

Releuium non tenetur soluere filius successurus patri donatori, nu. 24.

Releuium non debetur pro noua concessione feudi, & quid stante vsu Curiæ, num. 25.

Releuium non soluit vxor pro dodario petendo assicurationem, nu. 26.

Releuium an sit debendum quando mulier dedit in dotem feudum, & maritus moriatur. ibid.

Releuium non debet solui quando eodem anno soluta est adoha, num. 27.

Seruitium militare non debetur si eodẽ anno est solutum releuium, aut adoha, ibid.

Releuij exigentia est in electione Regis, ibid.

Feudatarij non soluunt collectas. si soluit seruitium militare, nu. 28.

Collecta, & seruitium releuium, & adoha non debentur amba, ibid.

Releuium non debetur per filium, si eodẽ anno soluit pater, & sic de fratre, num. 29. 30.

Releuia duo non debentur, si v. g. eodem anno pater, & filius morerentur n. 30.

Releuij in solutione non contribuit secundogenitus nu. 31.

Releuium non soluunt emptores, & contrahentes, & quando, nu. 32.

Releuij ius est odiosum, & non debet extendi, nu. 33.

Releuium an debeatur ex refutatione facta filio proximè successuro, et stante reseruatione vsusfructus, ibid. & num. seq.

Releuium an debeatur ab vsufructuario, & proprietario, ibid.

Refutato feudo debetur releuium, n. 34.

Releuium non debetur per succedentem per inuestituram ex caducitate successionis, nu. 35. 36. 37. declara, n. 38. 39.

Feudi concessio facta per inuestituram caducitatis si titius moriatur sine filijs, & agnatis, valet, ibid.

Feudi recasari concessio, & aperiendi, vel deuoluendi ad Regem, valet, ibid.

Releuium non debetur pro prima inuestitura, nu. 36.

Succedere, exponitur, idest intrare in locum talis, ibid.

Concessio feudi facta per mortem alicuius, si alio modo vacauerit, non valet, num. 38.

Expresso uno vacationis modo non venit alius, ibid.

Feuda deuoluenda non possunt concedi per Baronem, sed per Regem sic, num. 39.

Releuium non tenetur soluere legatarius, num. 40.

Legatarius largo modo dicitur hæres, ibid.

Releuium non tenetur soluere Ecclesia, neque eius Prælatus, nu. 41.

Ecclesia nunquam moritur, ibid.

Releuium non debetur pro renouatione inuestituræ, nu 42.

Releuium non debetur de successionibus feudorum ad franchum allodium, num. 43.

Releuij per solutionem non videtur Princeps renuntiasse iuribus suis, nu 44.

Releuium debetur quando Baro moritur, non quando moritur Rex, nu 45.

Releuium an debeat soluere minor succedens in feudo, & quando, nu. 46.

Releuium quomodo solui debeat per descendentes ex transuersalibus per lineã directam, nu. 47.



VAM idiotè, & stultè compositũ sit istud Capitulum, ex lectura apparet, & nihilominus continet materiã tam altam, & ordinariã in feudalibus, & miror vehementer de huiusmodi compositoribus, vel saltim de illis, qui curam habuerunt, vt hæc Regni Capitula imprimeretur, & tamẽ impressio fuit facta ruditer, & ignoranter, quicquid sit tamen capiam subiectum, & materiam nostri cõtextus, in quo primo dicam quid sit releuium; secundo quantum sit istud releuium soluendum, & eius summa in descendentibus in feudo per lineam directam; tertio quanra sit solutio facienda per successores, & descendentes ex lineã transuersali ¶ ij. ibi, videlicet che succedendo, iij. ibi, ma doue uelli detti contati, & recordor scripsisse aliqua de hoc releuio supra in cap. 110. Regis Feder. tom. 2. hic per extensum reassumum casus, in quibus solui debet, & in quibus non, vbi etiam memini de cap. 66. & 67. Incliti Regis Ioannis tom. 6.

1 Et quo ad primum dico regulariter releuium † esse illam medietatem fructuum, quam hæredes vassalli dominis tribuunt ex successionibus ad feudã, & benè dicitur, ex successionibus, quia

hæc

Hæc releuij præstatio est extrinseca à feudo inducta per mortem successore, & hærede, vt ait Matth. de Afflict. & Andr. de Ysern. in const. t. post mortem, tit. 25. de mort. Baron. nûc. lib. 3. & ibi gloss. in verbo recepto verumtamen aliquo releuio, nu. 19 & in cap. 1. §. sed & res per quos fiat inuestit. Petr. de Gregor. in tract. de concell. feudi part. 8. quæst. 16. Gloss Parisiensi. § 2. gloss. 4. num. 5. Io. Franc. de Ponte cons. 30. num 39. 40. 41. Vinc. de Franchis decis. 121. num 6. Marin. Freccia de subfeudis, Authorit. 3. lib. 2. eadem Gloss. Parisiensi §. 12. & ita erat olim, vt tradit ipse de Gregor. nu. 7. loco citato, vbi dicit quòd quantitas iuris releuij, quod in casibus infrascriptis soluitur Regiæ Curiæ, erat medietas fructuum illius anni quantū ascendit seruitium militare debitum super feudo, de quo statur registris, vt si scriptum erit v. g. feudum datum pro vnc. 20. quolibet anno, soluebat feudatarius in feudo successor, vel donatarius vnc. decem pro dicto iure releuij facit capit. Regni Neapolis Regis Roberti, Andr. in cap. 1. §. similiter, nu. 3. de capit. Corrad. & in d. cap. 1. §. & res per quos fiat inuestit. & in cap. 1. §. sciendum, in fine, de feudi cognit. Boniorn. hic & in cap. si minori, si de feud fuer. controuerti. & in capit. sancimus, col. 13. quo tempor. miles, & in cap. imperialem, §. præterea si infeudatus, & in §. illud quoque præcipimus, de proh b. feudi alien. per Frideric. Gloss. Parisiensi. §. 33. gloss. 2. ver. quæro; Loffr. edd. in d. cap. 1. §. sed & res per quos fiat inuestit. & hoc in successori-
2 bus † per lineam transuersalem venientibus, & infra in 16. intellectu, nu. 47. vel in extraneis, vt in hoc texto, ibi; [*Ma doue*] in filijs verò succedentibus patri, vel matri, vel fratre fratri, vel nepore patruo per lineam rectam descendentibus ab illo, cuius fuisset feudum, aliter est hic dispositum, scilicet hæres defuncti soluet pro Comitatu consistente in tribus castellis vltra, Marchas puri, & boni argenti, decem, & pro qualibet terra, vel villa habitatà, marchas quatuor, & vbi non est habitatio, nec familia, marchas duas; pro feudo verò plano, sine domo, vel membra Curiæ dato in feudum, marcham
3 vnam, sic dicta à Marcho † quæ erat bes sis Romanæ libræ pro iusto, & summo pondere, Regiæque leges sic appellant, vt ex ordinationibus Regis Alph. Xi. tit. 24. l. 1. dictaque Marcha est nomen germanicum, vt ait Budæus lib. 2. de asse Georg. Agricola tit. de restituendis ponderibus, Parisienses in tract. de contractibus quæst. 200. nu. 760. & per tradita à Couarr. in tract. veteris numismat. cap. 2. num. 4. vbi refert marcham esse decem, & sex vnciarum vulgaris libræ, & sic in descendentibus per dictam lineam directam modificatum est releuium, vt apparet ex lectura huius textus, stantibus fauoribus, gratijs, & beneficijs per Serenissimum hûc Regem nostrum collatis nobis vassallis Siculis, vt in principio, & ita sentit Petr. de Gregor. d. nu. 7. & quòd sit medietas in casu prædicto, legitur ex nostro præsenti textu, ibi prope finem, la metà &c. sic scripsi in d. cap. 110. Regis Federici n. 59. tom. 2. vbi mētionē iam feci de d. cap. 66. & 67. Regis Ioannis, ibique Boniorn. transijt simpliciter, subditque gloss. in d. constit. post mortem in d. verbo, recepto, quòd illud,
4 quod in Regno appellatur releuium † lex communis videtur appellare introitum, vt in d. cap. 110. scripsi nu. 1. 2. & 3. hoc est pro intuitu militiæ, & sentitur quòd releuium debetur ex inductione, & missione in possessionem, & clarius in fine supradictæ constitutionis, vbi releuium recipitur pro assignanda possessione terræ concessæ in feudum ad commodum Regiæ Curiæ, non autem Baronibus mediatis, quia author istius
5 releuij † fuit Rex, ergo ipsi solui debet, d. gloss. in verbo recepto, argum. l. si quis sub hoc pacto, ff. de contrah. empt. l. ritius, ff. de seru. exportand. & ita per Matth. de Afflict. loco citato sub num. 16. & 18. vbi quòd solutio releuij debet
6 fieri † à possessore feudi, ob id subdit ipse, si non est tradita possessio, non tenetur soluere, sicut possessori feudi concedenda est licentia assecurationis dicti
7 feudi. Ideoque sic dicitur releuium † quasi releuat, & adiuuet dominum, vt in d. cap. 110. scripsi sub d. nu. 1. & indigenti soluitur, vt subdit Andr. de Ysern. in cap. 3. §. si mulier, num. 13. de capit. Corrad. quem refert, & sequitur Ioseph Cumia in repetit. capit. si aliquē in verbo, seruitij consueti, num. 53. vbi refert de verbo ad verbum, & declarat in lingua latina hoc præsens nostrum capitulum, & iterum in verbo, antiquis sub nu. 142. quod tamen non placet quia Rex noster ditissimus est, nec bonorum nostrorum indiget, sed tantū datur pro

rele-

releuamine quod satis differt ab indigentia, & de hoc eodem releuio tractat aliqua Cughiel. de Perno consf.24. in feudalibus, col. 3. vel melius dicas, quod Rex feudum quod tenebatur ab eo, contulit alij, releuabitur per consequens in hoc, vt habeat inde vncias decem, vt declarat Ysern. in d. l. imperialem, §. præterea. Ysern. in d. constit. post mortem, & ibi Afflict. nu. 18. & 19 & in d. cap. 1. § similiter, col. 2. de capit. Corrad. Petr. de Gregor. d. quæst. 16. l. eum qui ff. de iureiur. ibique
8 subdunt quod hoc nomen releuij † non est verbum iuris, sed est ab vsu, & forma loquendi inuentum, vt in d. cap. 110. Regis Federici scripsi d. num. 1. quæ, dant vocabula à releuando, & adiuuando dominum, vt tetigimus modo per l. labeo, ff. de supellect. legat. Cumia in d. verbo, antiquis, nu. 254. Marin. Freccia de subfeudis Baron. in 3. authorit. fol. 183. ¶ Sed pone quod in
9 illo anno colliguntur † fructus plurium annorum, an medietas omnium fructuum debeatur, tangit Anell. de Bottis remissiuè in d. constit. post mortem, citat gloss. Parisiens. in §. 1. gloss 8 num. 27. vbi determinat quod non.

Amplia, vt etiam filij, quibus esset
10 facta donatio † inter viuos, vel causa mortis debeant soluere releuium d. cap. 110. Regis Federici, hic sentit Bonorn. hic allegat eandē gloss. Parisieñ. §. 23. n. 26. & seq. qui concludunt quod ex mutatione personæ debetur, & hoc casu non videntur procedere quæ dicit Capic. vt subdam inferius in 1. intellectu, in d. capit. Imperialem, & Andr. in d. §. sed & res, qui volunt releuium non deberi, nisi per successionem, immo idemmet Domin. Andr. de Ysern. in d. constit. post mortem sentit quod filius, vel alius succedens in feudo soluit releuium, quia sic est mortis.

11 Amplia secundo † vt etiam Comiti, & Baroni pro feudo non quaternato, quod teneatur ab eis soluitur releuium ab hærede, dixit idem Ysern. in d. constit. post mortem, ibique Affl. sub d. nu. 18. vbi quod non transcendit tunc vncias decem, & illud quod est plus, soluitur Regi & ita fuisse determinatum * per Iudices M.R.C. & sic est casus, subdit ipse Affl. quod releuium debetur quandoque etiam si nō perueniret feudum per viam successionis, sed per nouam inuestituram factam per Regem de feudo, quod est in Baronia Baronis, vide quæ scripsi in cap. 35. Regis Iacobi, nu. 6. tom. 1.

Amplia tercio, vt releuium adhuc
12 debeatur † esto quod feudum augmentatum sit, quia potest Rex petere seruitium augmentatum, & ipsum releuium, v.g. feudum erat concessum, vt pro singulis vnc. viginti debeatur vnum seruitium, pono quod modo feudum valeat vnc. centum, potest quippe postulare seruitium prædictum augmentatū ad quinque, & sic pro singulis vnc. viginti, ita post Luc. de Pen. & Barthol. de Capua in l. 1. col. 2. C. de vendic. rer. fiscal. lib. 10. ait Anell. de Bottis in d. constit. post mortem, Apostill. ad eundem Barthol. de Capua in l item si fun-
13 di, ff. de vsufr. vbi quod si feudum † augmentatur per excadentiam, augmentatur tunc seruitium, si per industriam secus, Andr. in d. §. similiter, de capit. qui Cur. vendid.
14 Amplia quarto † vt releuium debeat solui, etiam si illo anno nihil perceptum sit, nam suspicatur id, quod percipi solet alijs annis, sic voluerunt Adnotantes in d. constit. post mortem, & ita aliàs fuisse decisum * in causa cuiusdam Comitis Valenæ, & posui in d. cap. 110. Regis Federici, nu. 68.

Amplia quinto, vt sit in electione Re-
15 giæ Curiæ † quo tempore velit releuiū, vel inspecto anno mortis, vel vnius ad ipsius electionem, ita Gloss. Parisiens. d §. 33. d. gloss. 2. ver. quæro, fol. 922. Loffred. in d. cap. 1. §. sed & res, per
16 quos fuit inuestit. quia annus. & dies † ad petendum inuestituram, per ea quæ latissimè demonstro infra in cap. 452. Serenissimi Regis Alph. vel sic. inuestitura, tom. 5. & ad soluendum releuium non currit, nisi possidenti feudum, vt post Andr. in d. cap. 1. de capit. Corrad. Bald. in l. sollemnibus, C. de rei vendicat. Paul. de Castr. consil. 158. viso, & examinato puncto, Matth. de Affl. in d. constit. post mortem, sub nu. 16. in fine. Est verum quod Petr. de Gregor. in d.
17 quæst. 16 nu. 9. dicit quod ius releuij † in casu successionis infra sex menses à die mortis Comitis, Baronis, vel feudatarij solui debet allegat hoc Regni capitulum, & ita realiter hic disponitur propè finem, ibi, habbino sei mesi di tempo, & in casu refutationis, seu donationis infra tres menses à die contractus, alias eo termino elapso incurritur pœna duppli ex cap. 4. Regis Petri sub tit. de Notarijs, qui contractum releuij

leuij confecerunt, inter capitula Regis
Fiderici tom. 2. licet soleant in Regno
remitti istæ pœnæ pro dicto releuio non
18 soluto † si tamen non fuerit ex con-
temptu cessatum, vt ait post Andr. de
Ysern. in cap. 1. quo tempor. miles, idem
Petr. de Gregorio loco citato in fine, &
per tradita à Vinc. de Ann. Alleg. 95.
vol. 2. dummodo non adsit dolus cap.
fin. de prohib. feud. alien. per Lothar &
ibi Bald. Thesaur. decis. Pedam. 217. nu.
nu. 6. Bursar. consil. 253. num. 56. Rolla.
cons. 40. nu. 14. vol. 3. Iason cons. 64. nu.
16. vol. 3. & consil. 159 nu. 13. vol 2. An-
char. cons. 173. & ita dixi de inuestitu-
19 ra † loquendo infra in cap. 452. Regis
Alph. limit. 10. tom. 5. quòd consueue-
runt istæ pœnæ in Regno Siciliæ remi-
cti ex Andr. de Ysern. in constit. Regni,
ea, quæ ad decus, nedum militibus, sed
etiam alijs, maximè si sponte mox ve-
niât, & non multo post ante præuentio-
ne Curiæ, argum. cap. potuit, extr. locati
& refert Guglıel. de Perno in quartis
notabilibus, fol. 40. col. 4. intelligendo
quo ad pœnas de iure communi feudo-
rum impositas, non autem, quoad alias
de quibus in d. cap. 452. de quibus nec
ipse Ysern. considerauit, & de iure com-
muni etiam feudorum erat, vt dicit ip-
se Guglielmus de Pern. quòd ad dominū
non redit dictum feudum ex tali con-
temptu, sed ad agnatos, vel filium, si
extat, ex eod Andr. de Ysern. in tit. quæ
fit prima caus. benefic. amitt. §. si vero &
iddem repetit ipse Gugliel. de Perno in
consil. 24. col. 3. ex eodem de Ysern. ma-
ximè si ex ignorantia iuris, vel quia
aliàs non obseruatum, vt ipse subdit,
20 dat rationē, quia Rex † munificus non
debet angustiare vassallos, nec illos de-
pauperare propter temporis angustiam
l. fin. C. de edict. Diui Adr. tollend. Petr.
de Gregorio, Ysern. & alij locis citatis
nam, qui ex tempore se defendit, dicitur
quòd defendit se ex circumuentione,
Auth. de his, qui ingred. §. volumus, &
per ipsum Ysern. in d. cap. sancimus, tit.
quo tempor. miles, sub num. 2. & tutum
esset petere à Principe veniam, & dice-
re peccasse per supplicatorium reme-
dium, vt subdit ipse Gugliel. de Perno
in fine dicti consilij, dupplicari tamen
21 dictum releuium † idest soluendo duas
annatas & non perditur feudū c. 12. Re-
gis Ioannis de Podio, & Nostrates com-
muniter * vt post ipsum Gugliel. de Per-
no ait Io. Petr. Surd. decis. 342. inter
consilia voluminis quarti data celeri
satisfatione, & infra tempus breue ex
Ardizone in summa feudor. tit. quib.
mod. feud. acquir. rubr. 43. Afflict. in d.
cap. 1. quæ sit prim caus. benefic. amict.
& ibi Cardinal Curt. Iun. caus. 23. versi.
quinto limitanda, Marin. Freccia. de
different. feudi quatern. lib. 2. authorit.
5. Bursatt. consil. 91. nu. 17. Corbul. Soc-
cin. Iun. Cardinal. Clar. Parid. de Put. &
alios citatos per ipsum Surd. & subdit
post Afflict. decis. 265. ipse de Gregorio
22 quòd solet Regia Curia † pro istis cul-
pis, videlicet pro seruitio non præstito
dicto releuio non soluto, & pro inuesti-
tura non petita, de benignitate non pri-
uare vassallos bonis feudalibus, sed ad-
mittere ad compositionem ex quibus-
dam declarationibus Regis Roberti,
& ita scripsi in d. cap. 110. Regis Fede-
rici nu. 103. & in d. cap. 452. Regis Alph.
limit. 3. tom. 5.
Intellige primo releuium deberi ex
23 successionibus † ipsorum feudorum, v. g.
lucratiuis, non autem contractibus o-
nerosis & ita pertransit hic Boniorn. &
alij Nostrates, & in d. cap. 66 Regis Io-
annis, ibi, quotiescumque aliqua suc-
cessio, & d. cap. 67. vide quæ dicit Andr.
de Ysern. in d. cap. 1. §. sed & res. nu. 21.
tit. per quos fiat inuestitur. & sic empto-
res extranei non soluunt est communis
* sententia ipsius Afflicti, Boniorn. in d.
cap. 110. ex Capic. in d. capit. imperialē
col. 248. quod capit. 110. declarauit ea
quæ scripsit idem Ysern. quod, vt ait de
Gregorio ibidem ad eius declarationē
ponit plus, nempe quòd de contractibus
locratiuis teneatur solui releuium, v. g.
etiam de donatione, siue inter viuos si-
ue in vltima voluntate, seu ex diuisio-
ne, & prout ibidem dixi in 4. declara-
tione nu. 85. cum seqq.
Intellige secundo, vt non teneatur sol
24 uere releuium filius † qui est successu-
rus patri, cui fecit donationē, nisi donas-
set omnia bona sua, Ysern. in d. constit.
post mortem.
Intellige tertio, vt non præstetur re-
25 leuium † pro noua concessione feudi fa-
cta per Regem. Ysern. loco citato, & in
d. tit. per quos fiat inuestit. §. sed & res
& ibi Mattheus de Afflic. n. 19. Boniorn.
hic Petr. de Gregor. d. quæst. 26. nu. 4.
vbi quòd non soluitur regulariter rele-
uium, quando quis habet feudum de no-
uo per contractum regium inter viuos,
vel per contractum cum priuato cum
assensu regio, qui operatur acsi à Rege
habuisset, l. obuenire, ff. de verbor. si-

gnif. est verum quòd secundum vsum Curiæ de feudò nouo soluitur releuium quod est medietas fructuum illius anni, Ysern. vbi supra, & iam posui superius.

Intellige tertio vt non soluet releui-
26 uium † mulier pro dotario quando petit asseeurationẽ secundum formã Constit. Mulier, quæ dotatium dixi in d. cap. 110. nu. 99. post Ysern. ibidem citatum; addo Petr. de Gregorio d. nu. 14. & idem puto quando mulier dedit in dotem feudum, an marito suo mortuo sit soluendum releuium, tangit remissiuè Mastrill. ad ipsum de Gregorio d. q. 16. allegat Io. Vinc. de Anna alleg. 95. lib. 1.
27 Intellige quarto † vt si v. g. eodem anno esset soluta adoha, non debet solui releuium, nec seruitium militare; idem Boniorn. hic ex Afflict. in cap. sancimus, il primo, nu. 19. tit quo tempore miles, & ita pluries fuisse decisum * per Presidentes Regiæ Cameræ, est enim in electione Regis verum velit exigere, ita Anell. de Bottis, & alij modernissimi Neapolitani DD. in d. constit. post mortem, qui dicunt sic fuisse pluries declaratum per Regiam Cameram, ratione quia ad vtrumque non tenetur feudatarius, ne dupplici onere pergrauatur ex Andr. de Ysern. in tit. quæ sint regal. in ver. & plaustrorum, vbi inferũt quòd
28 hac ratione feudatarij † non soluunt collectas, quia dicunt seruitium pro feudo, argum. l. nauis onustæ, ff. ad l. Rhod. de iactur. & per quoddam cap. Regni Neapolis, incip. Porrecta cultui nostro, & licet aliquando fuisset de hoc dubitatum, & fiscus egisset, tamen postea plures fuit iudicatum * in Rgia Camera, ex quo de fructibus illius anni nihil remaneret feudatario, vnde viuere posset, si vtrumque solui deberet, & ita fuisse decisum, Iddemque, subdunt ipsi Domini Adnotantes esse in diuersis
29 personis † v. g. patris, & filij, vel fratris etenim si vnus soluit adoham, & eodem anno moritur frater, vel filius, succedens imputaret in releuio adhuc eodem anno per prædecessorem solutam, & prout dicam nunc in sequẽti intellectu.
30 Intelligo quinto † vt si eodem anno pater, & filius morerentur vnus post alium, vnum tantum releuium esset soluendum, vt aiunt ipsi Domini Adnotantes, & ita fuisse decisum * per d. Regiã Cameram, eadem ratione, ne solui contingat vniuersos illius anni fructus, & ita pertransit hic idem Ferdin. Bonior, qui dicit quòd si v. g. ante finem semestris moriatur filius, & successor nouus taliter nouus successor non debeat duo soluere, releuia, & faciunt quæ dixi in præcedenti intellectu.
31 Intelligo sexto, vt secundò genitus † cui debetur vita militia, non contribuat in ipso releuio, dixi iam in d. cap. 118. num. 96. & in cap. 117. Regis Caroli versic. item absque eo, tom. 8. ibidem per me citato.

Intelligo septimo, vt ab emptore, &
32 contrahente † non soluatur releuium, quia sic se habet modus, & forma Curiæ, & facit d cap. 67 Regis Ioannis, vbi quòd pro alienationibus feudorum non soluatur ius releuij, vt post Andr. de Ysern. in d § similiter, ait Matth. de Afflicto in ipsa Constit post mortem sub d nu. 19. qui subdit, nisi aliter consuetum esset quòd soluatur releuium prædictum, v. g. quando de nouo venit feudum per contractum inter viuos, tunc enim seruatur quod consuetum est non obstante dicta regula, argumento l. publicanus, ff. de publican. subdens ipse Affl quòd si vno casu inducta esset consuetudo soluendi releuium, non trahitur in simili, etiam quòd esset eadem ratio, & ita ait Petr. de Gregorio d. quæst. 16. nu. 3. vbi determinat quòd ex successione soluitur releuium, non ex alienatione secundum Andr. de Ysern. & Affl. nu. 49. in d. §. sed & res, col. 2. vers. sed tunc quæritur, vbi infert quòd
33 hoc ius releuij † est odiosum, & per consequens non debet extendi ad aliquem contractum refutationis factæ per pattem filio proximè, & immediatè successuro in feudo, idem Affl. in con stit. Constitutionem diuæ memoriæ, nu. 15, Rolland. consi. 64. num. 22 lib. 2. Riminald. Iun. cons. 55. num. 18. vol. 1. Mastrill. ad ipsum Petr. de Gregorio, vbi tangit, & quærit quid fiet si refutatio fieret reseruato vsufructu, an statim possit Regia Curia petere releuium (stante capit. regni disponente quòd de tali refutatione soluatur releuium) non consolidato adhuc vsufructo eum proprietate, allegat Gloss. Parisiens. d. §. 21. quæst. 46. nu. 152. vbi etiam an debeatur à fructuario, vel proprietario, quæst. 47. & per tradita à Vinc. de Franchis d. decis. 121. nu. 3. cum seqq. Est
34 verum † quòd, vt ait idem Petr. de Gregorio sub num. 3. hodie propter contractus simulatos, qui in fraudem Regiæ Curię conficiebantur per Comites, Barones,

Barones, aliosque feudatarios titulo donationis, seu refutationis in filios, vel agnatos eis abintestato successuros tam pleno iure, quam reseruato vsufructu, & ob id huiusmodi ius releuij soluere diffugiebant, ordinatum fuit, vt ius prædicti releuij soluatur in casu alienationis, seu refutationis feudi dicto titulo donationis inter viuos, vel causa mortis in filios, vel agnatos ab intestato successuros, si quo modo constiterit in fraudem Regiæ Curiæ fuisse factos, vt ibi per eum.

Intelligo octauo, vt non debeat solui
35 releuium per illum † qui successit per inuestituram ex caducitate successionis, v.g. quando Rex concessisset alicui inuestiturã de feudo quaternato, quod tenet, & possidet Titius, post mortem nempè ipsius Titij decedentis sine liberis, & agnatis successibilibus, & sic quando feudum esset recasurum Regi, ipsique aperiretur, prout similes concessiones solebat facere Rex Robertus munificus, de quo memini post Signorol. de Homodeis, Petr. de Gregor. & alios in d. capit. Regni 35. Regis Iacobi, num. 82. cum seqq tom. 5. Andr. in cap. 1. col. 2. qui succeß. teneantur. & de qua simili concessione inuestituræ meminit Bald. in d. cap. moribus, si de feud. fuer. controuer. & in cap. si quis inuestierit, de feud. dat. in vim legis commissoriæ, Paris. consil. 22. num. 41. vol. 1. Clar. in §. feudum, quæst. 14. Menoch. cons. 1. nu. 419 cum seq. vol. 1. & est communis opinio. Rolland. cons. 2. num. 44. & seq. lib 2. Claud. in l. fin. nu. 43. C. de Pact. Amarott. in cap. 1. sub num. 1. Socem. Iun. consil. 76. nu. 219. & seq. vol. 1. Mozatius de feudis, tit. de subst. seu requis. feud. nu. 55. sic testatur Matth. de Afft. vbi supra, nu. 20. vidisse tempore Regis Ferdinandi I. fuisse factas similes inuestituras, & etiam tempore Regis Catholici, & numquam, subdit ipse, vidit quòd fuerit solutum releuium, adducit in argumentũ l. licitatio ff. de publican. Isern. in cap. 1. ver. vectigalia, col. 3. quæ sint regalia, & adducit etiam rationem,
36 quòd sicut † pro prima inuestitura non soluitur releuiũ, ergo nec quando succeditur Titio morienti sine descendentibus, & agnatis successibilibus, etenim illa conditio apposita in d. inuestitura, quando feudum erat recasurum Regi, trahitur retro ad tempus inuestituræ, quando euenit dicta conditio per l. qui prior, & l. qui balneum, ff. qui potior. in pignor. habeant. subdens ipse Afft. nũm. 21. quòd vbi non cadit vera successio, iure hæreditario succedere exponitur, idest, in locum alterius ponere per gloss. in l. si hæreditas, §. qui filium, ff. de testamentar. tutel. l. meminisse, ff. de offic. Proconsulis, vbi à simili habetur, quòd nouus Officialis dicitur succedere veteri Officiali & tamen illa successio exponitur, quòd intrat in locum veteris Officialis, sic infert idem Afft. ad maritum, qui per inuestituram succedit vxori, non dicitur enim succedere vxori, sed habere feudum per inuestituram, nisi sit consuetum quòd deberet solui in his casibus, quia tunc aliud seruabitur: Item alia ratione, subdit ipse Afft. non debetur
37 releuium † hoc casu, quia illa conditio apposita in d. inuestitura post mortem Titij omnino erat extitura, & consequenter, quando venit ipsa conditio, habetur, ac si inuestitura esset purè facta ex iuribus, & DD. per eum allegatis, & de hac similis inuestituræ concessione tradit Petr. de Gregorio, & Mastrill. ad eum in d. tract. de conceß. feudi, part. 1. quæst. 3 ¶ Sub intelligo tamen, hunc octauam intellectionem, vt si con-
38 cessio fiat † per mortem alicuius, & dicta concessio vacauerit per alium modum, dicunt DD. quòd non valet, & consequenter debebitur tunc releuium ex Andr. de Ysern. in d. §. moribus, vbi etiam Loffredd. per text. in cap. suscepturn de rescript. in 6 idem Loffredd. cons. 45. nu 21. Marin. Freccia de subfeudis quæst. 11. fol. 137. lib. 2. quia, vt ait Io. Franc. de Ponte cons. 3. num. 33. expresso vno vacationis modo, non venit alius, Ann. Alleg. 62. num. 15 cum seq. Camer. in cap. 1. de confirmat. vtili, vel inutili. ¶ Sicut etiam sublimi-
39 tant † non procedere in Barone, qui nõ potest aliter feuda deuoluenda concedere, prout nec vacaturas excadentias, vt in d. § moribus, fuerunt in proposito notata, & apportata per Guer. Pison. in prælud. feudor. fol. 253. Capic. in inuestit. feudor. ver. de caducitate successionis, fol. 213. cum similibus, quos adduxi ad d. cap. 35. Regis Iacobi, nu. 101. quamuis realiter non puto, vt sit ponere os in cœlum, & dicere quòd sicut potest Baro feudi deuoluta concedere, vt ibidem, nu. 105. ergo, & deuoluenda, cum hoc vsque non video tantam differentiam in vno quantam in

alio, nisi quòd sit solius ipsius principis
circa deuoluenda, & cogita.

Intelligo nono, vt non teneatur sol-
40 uere releuium legatarius † ita post
Andr. de Ysern. in d. §. sed & res, & in
d. constit. post mortem sentit Matth. de
Affl. decis. 248. sub nu. 8. & 9. nisi ali-
ter vsus esset in contrarium, & esset bo-
nus isto casu, quia legatarius largo mo-
do dicitur hæres secundum Bald. in l.
imperialem in principio col. pen, Bar-
tol. in l. conuentio, ff. de verbor. signif.
idem Bald. in l. instrumenta vers. opp.
quòd immo instrumenta, C. de fidei-
cõmiss & per ea quæ recordor scripsisse
in capit. 43. Regis Catholici Ferdinandi
ampliatione 4. cum versiculis ibidem
sequentibus, tom 7.

Intelligo decimo, vt non teneatur
41 soluere † releuium Ecclesia, nec eius
Prælatus nouus successor, ita Petr. de
Gregor. d. quæst. 16. sub num. 4. ex
Andr. de Ysern, in d. cap. 1. §. similiter,
col. 2. ver. hoc releuium, & vers. per hoc
quæritur, de Capit. Corrad, & in d.
constit. post mortem vbi quòd vtrobi-
que subdit in his spectatur consuetu-
do, vt scripsi in d. cap. 110. Regis Fe-
der. num. 98. & transeunt simpliciter
hic Nostrates reddunt rationem, quia
Ecclesia numquam moritur, licet mo-
riatur Prælatus, & ipsa est Domina,
non Prælatus secundum Andr. de Ysern,
in d. cap. 1. §. similiter, nu. 4 de Capit.
Corrad. & suo loco dixi in commentar.
consuet. Panhor. cap. 27. n. 15. & similia
apportaui in d. cap. volentes, quod est
cap. 28. Regis Federici, n. 424. tom. 2.

Intelligo vndecimo, vt non debeat
solui releuium pro renouatione inue-
42 stituræ † latè Loffredd. in d. §. sed &
res, versic. sed circa hanc principalem,
Vinc. de Franchis d. decis. 121. num. 7.
& 15. Petr. de Gregor. loco citato, nu.
5. ex Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum,
de constit. Ioann. Rayner. in repetit. d.
capit. Imperialem §. præterea si quis in-
feudatus, de proh. b. feud. alienat. per
Frideric. Iacob. in tract. de feud. ver.
qui qui & inuestiti, col fin. versic. quæro.

Intelligo duodecimo, vt nõ debeatur
43 releuium † nec tributum, secundum
Boniorn. modo citandum, in successio-
nibus, & donationibus, aut alienatio-
nibus feudorum, quæ reperiuntur ad
franchum allodium cõcessa simpliciter,
ac merè sine seruitio militari, ita ait,
Petr. de Gregorio in d. quæst. 16. num.
6. allegat d. capit. Regis Ioannis 63.
tom 6. sub tit. quòd pro alienatio-
nibus feudorũ non soluatur ius releuij,
concessum ann. 1458. ex Bald. in rubr.
ff. de rer. diuis. col. 1. vers. ex his.

Intelligo decimotertio, & subaudio
44 tamen quòd per hanc † solutionem re-
leuij non videatur Princeps renunciasse
illis iuribus, quæ habet circa inuestitu-
ræ, & sacramẽti fidelitatis petitionem,
de quibus dicã in cap. 452. Regis Alph.
& in cap. 12. eiusdem Regis Ioan-
nis, tom. 5. & 6. nam, vt dicit Pern. in
d. cons. 24. col. 3. ista sunt separata ne-
gotia, & non infertur de vno ad aliud
in separatis per iura vulgaria, nisi Prin
ceps hoc agat ex certa scientia, quem-
admodum dicitur in simili, quòd quan-
do post tempus recipit seruitium à vas-
sallo renunciasse videtur secundũ gloss.
notabilem in cap. quo tempore miles.

Intelligo decimoquarto, vt releuiũ
45 debeatur quando Baro moritur † quia
quando moritur Rex, non debetur, Bon-
iorn. hic ex Andr. & alijs in cap. 1. in
principio, quæ fuer. prim. caus. bene-
fic. amiss. & in d. cap. 1. quo tempor.
miles, & colligitur ex nostro præsenti
textu, ibi, che succedendo figli, &c. &
ita est in Regno, & trãseunt omnes hic
& ibi. l'harede del Barone defunto, &
ibi, che sarà morto il Conte, ò Barone.

Intellige decimoquinto, vt minor
46 succedens in feudo † non debeat solue-
re releuium, nisi factus maior, ita de
Gregorio hic allegat Gugl. de Perno
cons. 24. col. 4. versic. item minor, quod
an sit verum, & an interim solui debeat
per tutorem, suo loco ponam.

Intellige decimosexto, vt releuium
47 debeat solui per succedentes † ex linea
directa per lineam transuersalem, non
ex iure transuersali soluto alias, sed ex
iure lineæ directæ, tetigi supra, num. 2.
ita hic Adnotantes nostrates per d cap.
66. Regis Ioannis d. tom. 6. vbi datur
ratio, quia vnd quòd semel fuit per pri-
mum succedentem in testamento solu-
tum releuium per lineam transuersalẽ,
& similiter in successoribus per lineam
transuersalem, non ex testamento, sed
alio quocũque iure, seu titulo, descen-
dentes postea ex illo transuersali intel-
ligantur soluere per lineam directam,
nisi, vt ibi subditur in decretata, descen
dentes ab illo transuersali, qui primo,
feudum acquisiuit, veniant vocati ex
dispositione testamentaria, siue inter
viuos à primo acquisitore.

V. I. D. Marius Muta.

De

De non accedendo per Regnum Commissario. Cap. LVI.

INtendendo cõ peruigil cura la nostra Maestà rimouere tutti l'oppreßioni ingiusti, & grauitij, de quali li nostri sudditi di Sicilia erano, secondo alla nostra Eccellenza fu detto, molti volti grauati per alcuni, li quali sotto colore di commißione della nostra Maestà discorrino per il Regno come Commissarij, grauando à molte persone, delche la nostra Eccellenza nissuna haue ascienza, prouedemo, & comandiamo, che nissuni Commissarij di qua innante vadano per il Regno per parte della nostra Maestà, ne con lettre dela nostr'Eccellenza per nissune cause criminali, ne per esiger penà da niuno, & se alcuno presumesse andarci, ò per inaduertenza hauesse alcuna commißione, vogliamo che non sia vdita, ne debbia hauer valore.

HAbes in materia infra in cap. 247. tit. de iuribus Commissariorum, vers. sic. onera verò, vbi declaro de quibus Commissarijs realiter hic sentiatur, & melius in cap. 361. & 440. tom. 5. quæ sunt satis consimilia huic textui, qui verè subaudit de illis Vicarijs, & Commissarijs, vel Armorum Capitaneis generalibus, qui si non possunt destinari per suam Catholicam Maiestatem, multo minus per eius Vicereges, & Locumtenentes in Regno, vbi videbimus suo tempore.

De Præscriptionibus. Cap. LVII.

COntinua alla nostr'vdienza peruiene querelosa demonstratione, che molti nostri sudditi di Sicilia sono vessati per liti, & quæstioni antichi, de quali alcuni non si possono ben defendere, poiche perdero li loro priuilegij, documenti, & scritturi, & testimonij nelli turbini delle guerre, & mortalità passate, alcuni restando orfani, ò pupilli, & altri, li quali haueano titolo, & causa da altro, non sanno le proprie, & valide defensioni, & cossi per antiquità di tempi, dopò di molti affanni, liti, & dispese, & che son lacerati nelli giudicij, per ignoranza di defensioni, perdono le quæstioni: Sopra ciò volendo con benigna prouisione dar termino debito alle quæstioni di molti sudditi, essendo masime alla nostra Eccellenza dechiarato, che innante il felice nostro aduento nel Regno predetto, fu per spacio di anni quindici continui, & più, tranquillo, & quieto stato in Sicilia, nelli quali ciascheduno potte vsare sua raggione, & conseguir suo diritto, & se pure ne suoi Castelli, doue forse la potentia

tentia di poter occupare, repugnaua l'essecutione, poteano nientedimeno protestarsi, & far li altri atti ordinarij di raggione. Prouedemo, & per la presente constitucione ordinamo con Conseglio, & assenso delli Reuerendi Prelati, Nobili, Conti, Baroni, & Sindichi dell'Vniuersità del Regno predetto, che ogni prescrittione sij finita per spacio di anni trenta. Ità che ogni ragione, & ogni actione di qualunque causa sia, tanto di beni feudali, quanto burgensatichi, li quali, & per liquali di trent'anni in qua niuna sia stata lite legitimè contestata, ne fatta protestatione secondo la raggione, etiã che sia actione personale, & ancora hipotecaria, sia per l'Editto della presente Constitucione in tutto semotà, & nessuna delle cause predette, di trent'anni vltra, sij vdita in alcun giudicio. Ma l'altre prescriccioni di dieci anni, & vinti anni restino in loro firmità secondo la dispositione della raggion commune, & questa presente Constitutione vogliamo che habbia loco, & sia, Deo propitio, in perpetuum duratura nel nostro Regno di Sicilia.

SVMMARIVM.

Præscriptio omnis in Regno sit finita spacia 30. annorum. in quauis causa, adhuc feudali, num 1. amplia, nu 2. 42. 43. limita, num 44 49. 50. 51. 52. 64. 65. 66. 67 80. 81. 82. 83. 85. 93. 94. 106. 107. 108. 109. 110

Feudalia bona præscribuntur per triginta annos, nu 2. cum seq & nu 5.

Statutum abbreuians præscriptionem valet, & intelligitur secundum ius commune, num. 3.

Feuda non poterãt olim alienari, nec præscribi, nu. 4. hodie sic, & nu. 5.

Forma feudi hæreditarij, pro se, & suis hæredibus, potest præscribi spacio 30. annorum, nu. 5. 42.

Præscriptione acquiritur etiam feudum, ibid.

Præscriptio habet vim priuilegij, & liberat possessores à quacumque molestia, num. 6.

Præscriptio fuit inducta, ne dominia rerum starent in incerto, ibid.

Statutum debet intelligi, vt aliquid operetur, ibid.

Feudum qui potest reuocare, & non agit ad reuocationem, & patitur præscribi, non auditur, nu. 7.

Vassallagium acquiritur spatio 30. annorum, num 8.

Moneta currentis facultas soluendi de valore ordinario, & currenti præscribitur spacio 30. annorum, nu. 9.

Feudi liberatio à vassallagio triginta annorum spacio præscribitur, nu. 10.

Præscribitur spatio 30. annorum ius adeundi, transiscendi, nu. 11.

Legitimã ius petendi spatio 30. annorum secluditur, nu. 12.

Hæreditatis petitio spacio triginta annorum excluditur, nu. 13.

Testamenti nulli ius dicendi præscribitur spacio 30. annorum, nu. 14.

Nullitas contractus. spacio annorum 30. præcluditur, nu. 15. idem de nullitate sententiæ, & decreti. nu. seq.

Arbitrij nullitas excluditur spacio 30. annorum, nu 16. & 25.

Bannum excluditur spacio 30. annorum, num. 17.

Simulatio contractus spacio 30. annorum excluditur, nu 18.

Metus actio, & reuerentia 30. annorum spacio remouetur, ibid.

Commissi actio excluditur spacio 30. annorum, nu. 19.

Calculi error spatio triginta annorum adduci potest, nu. 20.

Eligendi ius infra triginta annos dici potest, num. 21.

Col-

Collectandi de iure infra triginta annos dici potest. nu. 22.

Cautionem de iure praestandi per spacium triginta annorum adduci potest, num. 23.

Represaliarum ius infra 30. annos adduci potest. nu. 24.

Arbitrio boni viri reductio sententia infra triginta annos allegari potest n. 25.

Officium Iudicis spacio 30. annorum excluditur, nu. 26.

Legatum petendi ius per 30. annos excluditur, nu. 27.

Ratificandi ius infra 30. annos afferri potest, nu. 28.

Insinuandi ius infra 30. annos allegari potest, nu. 29.

Executionem petendi ius infra 30. annos peti potest nu. 30.

Retractus spacio 30. annorum excluditur nu. 31.

Capit. reintegranda remedium 30. annorum spacio remouetur, nu. 32.

Annua stipulationes 30. annorum spacio praescribuntur, nu. 33.

Fideicommissi actio excluditur spacio 30. annorum, nu. 34.

Possessoria remedia spacio 30. annorum excluduntur, nu. 35.

L. fin. C. de edict. in. adr. toll. remedium excluditur spacio 30. annorum n. 36.

Hypotecaria actio triginta annorum spacio excluditur, nu. 37.

Actiones personales praescribuntur 30. annis ibid.

Inuestitura praesumitur per praestationem seruitij 30. annorum nu. 38.

Ius offerendi praescribitur spacio annorum triginta, ibid.

Praescriptio intelligitur esse quoad omnia tempora, etiam futura, si quis tacet per 30. annos, num 39. & fingit retro, & omnia purgat, nu. seq.

Praescriptionis dispositio ideo valet, quia continet Iustitiam positiuam. nu 40.

Praescribi quis patitur contra se, renuntiare videtur, ibid.

Precaria concessionis reuocatio praescribitur 30. annorum spacio, nu. 41.

Seruitutes an praescribantur spacio 30. annorum, ibid.

Fenestram faciendi concessio an praescribatur per 30 annos, ibid.

Feuda simpliciter hereditaria praescribuntur spacio 30. annorum nu. 42.

Praescriptio non extenditur, nec prorogatur, ibid.

Praescriptio 30. annorum currit in feudalibus etiam contra dominum, nu. 43.

Praescriptio statutaria an prosit foris, ibidem.

Praescriptio etiam statutaria non habet locum stante mala fide neque si esset millenaria, nu 44. maximè stante titulo nullo iniusto, & i. u l do n. 45 cū seq.

Malafidei possessor nunquam praescribit, & quando, ibid. & nisi esset immemorialis, nu. 48.

Praescriptio statutaria subrogatur loco praescriptionis de iure communi nu. 45.

Malafides causata a principali nocet successori, nu. 46.

Tutor, qui non reddidit rationem tutelā, dicitur in malafide. nu. 47.

Malafidei possessor quotupliciter dicatur, ibid.

Praescriptio immemorialis prodest etiam mala fidei possessori si titulus non est à iure reprobatus, etiā si adesset clausula praescriptione non obstante; nu. 48.

Haeres, qui praescripsit in sui personam bona fide sed mox scit rem esse alienam, tenetur eam restituere, & animam defuncti purgare ibid.

Feudum diuisum, siue pars non praescribitur, num 49.

Praescriptio in feudalibus intelligitur verè de triginta annis, & tria requiruntur nu. 50.

Praescriptio non procedit in terminis Bullae. & regia pragmatica nu. 51.

Feuda pacti, & prouidentia non praescribuntur contra agnatos nō valentes agere, nu. 52. 53. cum seq. pluribus.

Praescriptio contra vnum non nocet alijs, & sic nec patri, aut filio ibidem etiā quod esset completa. nu. 59. cum. seqq.

Vassallus si non potest alienare feudum in praeiudicium aliorum, ita nec pati, vt praescribatur. nu 53.

Agnati possunt reuocare feudum praescriptione eis non obstante, ibid.

Praescriptiones tot esse debent, quot personae, ibid.

Alienans feudum sibi praeiudicat, non agnatis, & an, & quando possit reuocare, nu 54 cum seqq.

Factum proprium potest impugnari quando actus sunt nulli etiam fauore alterius in fraudem legis. & contra legem, vel si annullerētur fauore publico, n. 55. vel in praelato, & administratore, n. 56.

Donationem non insinuatam an possit reuocare donans, ibid.

Praelatus potest venire contra factum proprium, si est Ecclesia praeiudiciale, num. 56.

Feudi pacti, & prouidentiae successor non

viuitur

vtitur accessione temporis authoris sui, num. 57.

Feudum pacti, & prouidentia est simile fideicommisso inter agnatos, tanquam restitutioni subiecto, num 58.

Fideicommisso subiecta possunt eueniente casu reuocari, ibid.

Præscriptio etiam completa contra vnum non nocet alijs, nu 59. cum seq.

Præscriptio non currit non valenti agere, num. 60.

Præscriptio constat ex actibus limitatis, & non egreditur fines suos, nu, 61.

Præscriptio est alienatio, nu. 62.

Statutum respicit tam præterita, quàm futura, num 63 & seq.

Lex ad futura etiam respicit, nu. 64.

Præscriptio ad hoc vt currat requiritur præsentia aduersarij, scientia, & contradictio, nu. 65.

Præscriptio non habet locum stante pacto de retrouendendo iurato, nu. 66.

Pactum de retrouendendo continuò durat, & ad id semper potest admitti, nec vnquam præscribitur. ibid.

Præscriptio non currit quando est facta litis contestatio, & protestatio, nu. 67. cum seqq. & nu. 70. vbi quid quando lis non est secuta vsque ad finem, sed lapsa instantia, & nu. 71. cum seq.

Protestatio impedit præscriptionē etiā sine scriptis, ibid.

Litis contestatio impedit ne currat præscriptio, ibid. & quid quando lis non est secuta vsque ad finem, & instantia est elapsa, nu. 70. & an actio perpetuetur ad tantumdem, nu 71. & seq.

Decennium interrumpitur per citationē ad executionem faciendam, nu. 68.

Præscriptio interrumpitur per citationem, ibid.

Executio non habet certam formam, & quot modis fiat, nu. 69.

Iudicium incipit regulariter à litis contestatione, & quandoque à citatione, nu. 71. & seq.

Iurisdicio ad hoc, vt perpetuetur, sufficit quòd citatio exierit à Iudice, esto quòd non peruenerit ad partem, & quandō, num. 72. & per quos actus perpetuetur, nu 73. secus si citatio est circumducta, num. 74.

Citatio circumducta habetur pro non facta, nec perpetuatur iurisdicio, nec litis pendentia inducitur, nu. 74. & quid dicatur circumductum, nu. 75. 76.

Litis pendentia non inducitur per citationem circumductam, & inualidam, & quæ requirantur, ibid.

Citatio circumducta nil aliud est quàm sublata, & etiam per mortem actoris, siue rei, nu. 75.

Citatio dicitur circumducta, si non est accusata contumacia, num. 76. & 77. & quid in causis fiscalibus. nu. 78.

Contumacia infra quantum tempus accusari debeat, ibid. & nu. 79. & quid in caussis fiscalibus, nu. 78.

Citatio si est circumducta, & non incusata contumacia, & reus venit in termino, consequi debet expensas, nu. 79.

Præscriptiones aliæ præter illas 30. annorum, remanent in eorum robore, nu. 80.

Præscriptio ad hoc vt currat super feudis, requiratur vt sint agnati, & vocati, num. 81.

Præscriptio intelligitur data possessione, num. 82.

Præscriptioni omni debet defalcari, & subduci minor ætas, nu. 83. & seq.

Minori, qui perdit lucrum, currit præscriptio, secus si damnum patitur, & semper restituitur, num. 84. fallit nu. 90. 91.

Restitutio in integrum semper competit minoribus, ibid.

Præscriptio licet currat contra ignorantes, tamen ex clausula. si qua mihi iusta causa, datur restitutio. nu. 85.

Restitutio in integrum semper datur ex clausula, si qua mihi iusta causa. ibid. & quæ sit ista causa. nu. 86. 88.

Restitutio in integrū competit intra quadriennium, nu. 87. tam reo quàm actori, num. 89.

Restitutio in integrum non competit minoribus, quando statutum de eis expressè loquitur, nu 90. & seq.

Restitutio in integrum non competit minoribus aduersus retractum, num. 91. nec vbi habent alia remedia ordinaria, num. 92.

Præscriptio non habet locum in iudicijs communi diuidundo, nu. 93.

Communi nemo cogitur stare, ibid.

Seruitium militare non præscribitur, nu. 94. cum seqq.

Feudo potest vasallus cedere, & refutare, & quomodo, ibid.

Refutari potest feudum in manibus domini, num. 95.

Emphiteusi potest renuntiari, ibid.

Onus annexum tollitur sublato emolumento, nu 96.

Actio realis non ligat eum, qui non est amplius possessor, & cedendo rei liberatur, num. 97.

Hypotecaria actione liberatur vnusquisque

quisque cedendo rei, ibid.

Collectas soluere non tenetur qui cedit rei, nu. 98. & quando sic, nu. 102. 103. & quid si quis ingrediatur monasterium, an Abbas teneatur pro ingresso n. 102.

Puteus communis si seruit in cortile, & egeat refectione, vnusquisque tenetur de conuicinia, & quid si cedant rei, num 99.

Dimittendo rem quis liberatur, nedum ante litem contestatam, sed post sententiam, nu. 100. fallit, nu. 102. 103. 104. 105.

Tertius possessor, vel inquilinus dimittendo rem non tenetur ex Bulla, & Regia Pragmatica. nu 101.

Dimittendo rem non liberatur pro tributis prateritis, nu 102. nec vbi quis ex suo contractu conuenitur, nu. 103 aut ex suo delicto, nu. 104. aut si agitur de damno futuro nu 105.

Prascriptio non currit circa merum, & mixtum imperium nu. 106.

Prascriptio in ciuilibus non tollit ipso iure naturalem obligationem, nu. 107.

Prascriptio an habeat locum stante statuto in[illegible], nu 108

Prascriptionis exceptio non admittitur, nisi sit liquida, nu. 109.

Prascriptio non cadit nisi super immobilibus, num. 110.

Vsucapio est circa mobilia propriè, & est triennalis. ibid.

Prascriptio non currit contra Ecclesiam, nisi 40 annorum etiam contra priuatum habentem causam ab ea, nu. 111. & quomodo. nu. 112. & quando sufficit minus tempus, nu. 113.

Prascriptio contra hospitalia est 40. ann. & in legatis ad pias causas. ibid.

Prascriptio centenaria debet esse contra Ecclesiam Lateranensem, & quando, num. 112.

Prascriptio contra Ecclesiam in publiciana currit minori spatio 40. annorũ, & quandoque annalis, nu. 113.

Prascriptio in decimis currit tanto tempore, cuius non extat memoria incontrarium, num. 114. & qua requirantur, ibid.

Prascriptio in seruitute aquaductus debet esse immemorialis. & quomodo, n. 115.

Prascriptio exigendi pedagia, & gabellas debet esse immemorialis, nu. 116.

Prascriptio circa ius prasentandi debet esse immemorialis, nu. 117.

Prascriptio in iuribus parochialibus debet esse immemorialis, nu. 118.

Prascriptio immemorialis pro veritate habetur & currit ignorante superiore, & possunt ea fieri qua impedirentur per ius commune. nu. 119.

Prascriptio immemorialis quo ad spiritualia pro laicis non prodest. nu. 120.

Prascriptio contra Ciuitatem est centum annorum, nu 121.

Prascriptio nulla currit contra charitatiuum subsidium, nu. 122.

Prascriptio contra visitationem, procurationem, correctionem, & obedientiam, & cathedraticum, non currit, num. 123.

Prascrio non currit in his, qua sine priuilegio Principis quari non possunt, num. 124.

Prascriptio contra fiscum non procedit, num 125.

Prascriptio de non appellando ad Principem non valet, nec currit, nu. 126.

Prascriptio non currit cotra creditorem, nu. 127 cum seq.

Prascriptum debitum venit etiam appellatione debiti, nu. 128.

Decennium regulariter inducit obligationem. ibid & nu. seq. & nu 134.

Statuto dictante, vt. si infra decem annos non petatur debitum peti non possit, an realiter possit postulari nu 129 cũ seq.

Prascriptio non currit si debitor promisit numquam contrauenire sed habere perpetuo rata, grata, &c. num. 130.

Creditor, qui non petijt creditum infra decem annos, per viam cedula, & non via executiua dirigi debeat, nu. 131.

Decennio elapso fingitur solutio facta, ibid.

Prascriptio potest induci, vt fur lapso anno non molestetur, nu. 132.



Ocatur Pragmatica etiam hoc capit. & est confirmatũ per aliud capit. Regis Alphonsi 357. ibi, secondo la Pragmatica di Re Martino. & cap. 460. vbi fit mentio de hoc capit. incip. Continua, tom. 5. Constitutio Regni consuetudinem, rubr. de præscriptionibus, à qua dicit hic Bonjorn. quòd extracta est ista Pragmatica nostra, & in summa disponitur quòd
1 omnis † præscriptio in Regno sit finita per spatium annorum triginta h. d. cũ ampliationibus, & limitationibus infra notatis.

Ampliatur primo, ne dum procedere

in bonis burgensaticis, & allodialibus, vt latius pono inferius in versic. quid vero dicemus, num. 127. sed etiam quo ab bona feudalia † vt hic traditur ibi, tanto beni feudali, & facit ad hunc textum nostrum, cap. eictus, §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controuers. cap. 1. §. præterea, de capit. Corradi, vbi gloss. communiter * approbata per Curt. Soccin. cons. penult. 2. col. Paris. cons. 1. num. 123. cons. 15. num. 14. cons. 27. num. 66. lib. 6. Aluarott. Brun. Bald. Soccin. Iun. Crauett. Affl. Tiraquell. Rolland. de quibus per Menocch. cons. 2. nu. 312. 313. lib. 5. qui dicit, in feudis præscribendi sufficere præscriptionem triginta annorum, licet subdat, vel quadraginta, loquitur regulariter inspecto iure communi, & hoc quando alienatio esset facta in extraneũ, nam si in agnatum remotiorẽ, sufficit lapsus anni Cumia in cap. si aliquem verbo antiquis, limit. 5. num. 430. per d. §. titius, & ex Mandell. Paris. & alijs, & tangam inferius sub num. 6. vel nisi esset præfixus terminus agnatis, vt agerent, quod potest, non expectato dicto lapsu 30. annorum secũdum Rolland. à Valle cons. 3. num. 91. Alberic. de Rosat. in l. fin. col. vlt. C. de furt. nam stante isto nostro statuto sufficiunt solummodo triginta anni, esto quod sit abbreuiatum, Chasan. in consuet. Burgund. fol. 370. ita Dec. cons. 445. nu. 46 ex Bald. in d. cap. 1. §. si quis per triginta, si de feud. fuer. controuers. vers. quæro, qui dicũt quòd hoc statutum † cum toto hoc intelligitur secundum ius commune ex regula quòd tempus subrogatum à statuto assumit naturam eius, in cuius locum subrogatur per l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionib. & esto quòd deuiet hæc constitutio nostra à iure communi, attamen cum toto hoc intelligi debet secundum ius ipsum commune, à quo non constat quòd in hoc voluisset recedere, idem Dec. nu. 46. ex Alex. in l. fin. §. in computatione, C. de iur. deliber. col. pen. & finali, vbi facit plures illationes, & eum refert, & sequitur hic Boniorn. & de Paternione, qui dicunt valere hoc statutũ ex Butr. consil. 56. reprobato Bald in l. maximũ vitium, C. de liber. præterit. versic. vlterius quæritur, & in cap. cum non liceat, versic. pone quod statutum de præscript. Corn. cons. 180. vol. 3. & de hoc eodem nostro capitulo meminit Ferdin. Boniorn. in causa Donnæ Lucretiæ de Bonfiglio cum Don Hieronymo de Montecateno, versic. septimo saltim lib. 1. feudalium, Ludouic. Sacca respõs. 1. num. 270. vol. 1. post Affl. & Præposit. Rolland. cons. 3. nu. 79. vol. 1. Surd. cons. 275. sub num. 5. vol. 2. & est ampliatio ad capit. volentes, quod est cap. 28. supra Regis Federici, vbi posui amplius. nam sicut olim feuda non poterãt alienari, nec præscribi † l. fin. §. nemo itaque, C. Comm. de legat. ita modo è contrario alienari, & præscribi cap. 1. in principio, de prohib. feudi alien. per Federic. d. cap. 1. §. præterea, & ibi Ysernia, de capit. Corradi, Modern. Gail. Parisiens. in §. 7. num. 8. cum seq. Dec. cons. 144. Maturè num. 3. Pern. in primis Notabilibus, versic. ex quo, dummodo tamen totum, & integrum præscribat ex his, quæ inferius ponam in 2. intellectu, nu. 49. ex multis nostratibus quos ibi cito, qui dicunt quòd etiam si præscriptio esset viginti annorum, quamuis non sit verum in hoc particulari de dictis 20. annis, sed de triginta sic, vt dicit Cannet. fol. 23. & 24 & subdam inferius versic. tertio intelligo, & Gugliel. de Perno, qui seriò meminit de hoc textu in consil. 14. col. 2. vbi dicit
5 quòd ad præscribendam formam † feudi hæreditarij pro te, & hæredibus tuis, vt supplebo infra nu. 42. sufficit tempus triginta annorum, quod tempus efficit feudum sic esse, prout præscriptio fuit, & sic triginta annorum possessio nedum præscribit formam, verum etiam ipsum feudum, & est vnus de modis tribus acquirendi feudalia, hoc est præscriptione, v.g. si quis possederit feudũ per triginta annos, & exhibuit seruitium domino, quamuis non constet de inuestitura, potest se præscriptione tueri, pono infra nu. 38. & hoc aduersus priuatũ, ita Bald. in tit. de feudis dat. in vim legis cõmiss. cap. 1. §. quidẽ, vbi Andr. de Ysern. idẽ Gugliem. de Perno in dictis primis notabilibus, col. 3. & licet aliqui velint quòd in feudis nulla præscriptio currat, attamen communis * opinio est in contrarium, quòd sufficit tempus triginta, vel 40. ann. vt latè post multos refert, & sequitur post Paris. Zas. Soccin. Iun. & alios Menocch. d. cons. 2. nu. 312. Illa autẽ ratione videtur per hoc capitulum
6 inducta hæc præscriptio † quæ vim priuilegij habet ad tradita in l. liberti, libertæque, C. de oper. libert. Cumia nu. 440. vbi quòd liberat possessorem à quacumque molestia, quia aliàs insurgerent

gerent tota die clamores, totaque ſubuerteretur Reſpublica, vt ex Bapt. Platamon. ne rerũ dominia ſint in incerto iuxta l.1.ff. de vſucapion quam etiam rationem allegat Cannetius in d. cap. volentes fol.25.num.6.V.I.D. de Paternione hic, ita Dec. in cauſa Palazoli, qui meminit de hoc noſtro regni capitulo, Continua, in d.conſ. 445. in caſu num. 48. & ibi tractat de dicta Baronia Palazol. confirmata ab hoc noſtro Sereniſſimo Rege Martino, & Maria Regina, vt in nu. 14. & ibidem ſubdit ipſe Dec. quòd hæc præſens noſtra Conſtitutio ſiue ſtatutũ debet intelligi, vt aliquid operetur, argum.l.ſi quando ff.delegat. 1.cap.ſi Papa, de priuileg. in 6. Et benè dixi quòd facit d. cap. titius, quia reuera ibi loquitur de præſcriptione annali in remotiorem agnatum, de qua loquitur Cumia in d. verbo antiquis d. num.430. de quo ſuperius, num. 2. quæ præſcriptio hodie in Regno eſt correcta per d.conſtit.conſuetudinem, quæ indiſtinctè taxat præſcriptionem feudi 30. annor. & ita ſentit Affl. ibi, & in terminis ſic concludit Ferdinand. Bonsorn. vbi ſupra verſic. poſſet attẽtari cũ verſiculis ſequentibus ibidem, qui enim
9 poteſt agere † ad reuocationem, vel ſucceſſionem feudi, vt poteſt agere dominus feudi, & non agit, cum poſſet, reuocando, & definit præſcribi, non auditur, ita ſentit Andr. de Yſern. in d. §. hoc quoque, ſub num. 9. in fine de ſucceſſion. feudi, & de controuerſ. inueſtit. in principio, vbi idem Yſern. & in tit. ſi de inueſtit. int. domin. & vaſall. quæſtio oriatur, num. 5. vbi ſubdit quòd ſufficit vaſſallo quòd poſſederit triginta annis.

Sic videmus quòd triginta annis acquiritur vaſſallus † Bartol. in l. litibus, C. de omn. agr. deſert. lib. 11. Andr. in rubr. feudorum, & ſic iura vaſſallagij præſcribuntur triginta annis, Cyn. in l. competit, de præſcript. Guglielm. de Pern. in d. capit. volentes, & idem dicam inferius nu. 10. de liberatione feudi à dicto vaſſallagio.

Ita quoque legimus quòd ad præſcribendam facultatem ſoluendi de moneta currenti † ac ſecundum currentem valorem, ſufficiũt triginta anni, ita poſt Signorol. conſ. 74. nu. 9. Aret. conſ. 112. col. 2. verſic. ſecundo eſt prænotandum, Martin. Laudenſ. in tract. monetæ, col. fin. Menocch. conſ. 49. num. 20. Gabriel. conſ. 164. nu. 8. & 9. ait Ioann. Petr. Surd. conſ. 454. num. 5. vol. 4.

Similiter videmus quòd liberatio
10 feudi † à vaſſallaggio poteſt triginta annorum ſpacio præſcribi, vt poſt Ant. de Butrio in cap. peruenit, de cenſib. Abb. in cap. ad audientiã, col. fin. de præſcript. Balb. in tract. præſcript. part. 4. quæſt. 1. nu. 15. verſic. ſexto quæro, Ioan. Petr. Surd. conſil. 567. num. 10. vol. 4. ſicut iddem dixi modo num. 9. de acquiſitione vaſſallagij.

Inſuper regulariter vnuſquiſque à
11 quocunque iure tanti temporis lapſu † ſcilicet 30. annorum excluditur, ſicut de iure adeundi, immiſcendi, vt inuenio ſcripſiſſe poſt gloſſ. in l. licet, C. de iur. deliber. Bald. ibidem Andr. Tiraquell. in repetit. l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 392. C. de reuocand. donation. ¶ Sicut eſt iddem de iure pe-
12 tendi legitimam † quæ etiam dicto ſpacio triginta annorum excluditur, vt per ipſum Tiraquell. loco citato, num 396. Viglius in §. ſed hæc, Inſtit. de inoffic. teſtamẽt. Frãc Balb. in d. tract. præſcript. quæſt. 23. quartæ partis principalis, Anton. Rub. conſ. 116. Stephan. Bertrã. d. conſil. 94. num. 3. & conſ. 246. col 1. lib. 1. & conſil. 95. lib. 3. Salicet Bald. Iaſon. Paul. de Caſtro, & Florian. in l. ſi quis filium, C. de inoffic. teſtam idem Bald. in l. maneris, §. 1. ff. de inoffic. teſtam. & conſ. 50. col. 1. lib. 5. Guid. Pap. decis. 82. Angel. Aret. in §. 1. vol. 2. inſtit de inoffic. teſtam. Angel. in l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam. in l. ſi cum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautionib. & in l. ſi à domino, ff. de petit. hæredit. & in l. certã conditio, ff. ſi cert. petat. Raphael Fulgoſ. conſ. 84 Bened. Capr. conſ. 40. Corn. conſ. 90. lib. 1. col. vlt. Alex. conſil. 108. col. 1. lib. 1. ¶ Sic de petitione hæredi-
13 tatis † eſt text. & ibi gloſſ. in l. hæreditatis, & omnes Doctores, C. de petit. hæreditat. Bald. conſ. 401. lib. 4. & conſ. 62. ¶ Sic de iure dicendi nullum teſta-
14 mentũ † ſcripſerũt Bartol. in l. filio præterito, verſic. ſed quando, ff. de iniuſt. teſtam, & ibi Bald. Angel. Paul. de Caſtro, & alij, Salicet in l. 2. C. de poſthum. hæredib. inſtit. Stephan. Bertrand. conſ. 1. num. 30. lib. 2. Gugliel. de Benedict. in repetit. capit. Raynutius in verbo, mortuo itaque teſtatore, 2. nu. 63. extra de teſtam. Guid. Pap. deciſ. 426. & deciſ. 497. Alex. in l. 1. col. 2. C. quand. non petent. part. & in l. 3. col. 2. verſic. quid autem, C. de acquit. hæredit. Ant. de Butr. conſil. 26. col. 3. in 2. dubio, Ra-

phael Cuman. & Imol. in l. si filius, ff. de liber. & posthum. quia hæc actio præscribitur dicto spacio annorum triginta. ¶ Sic de iure dicendi nullum contra-
15 ctum † scripsit Bald. consil. 410. lib. 4. & consil. 189. lib. 5. ¶ Sic dicendi nullum
16 arbitrium præscribitur triginta annis dixit idem Bald. cons. 67. col. 2. lib. 3. vbi iddem dicit de sententia, & iddem de decreto, gloss. in summa. 35. quæst. 9. Speculat. tit. de sentent. §. iuxta versic. vlt. Bald. in l. 2. col. 2. versic. quæro, C. de iure Fisci, lib. 10. & consil. 322. lib. 1. Carol. Ruyn. consil. 62. num. 14. lib. 5. Guid. Pap consil. 6. col. 2. & consil. 226. & singul. 938. Imol. in cap. ex parte, col. 4. extr. de testib. Salicet. in l. si Præses, col. vlt. C. quom. & quand. iudex. & supplebo inferius num. 25. ¶ Sic de banno
17 † quia præscribitur dicto triginta annorum spacio voluit Bald. in l data, col. antepenult. C. qui accusa. poss. ¶ Sic præ-
18 scribitur † dicendi de cōtractu simulato, vel facto metu, & reuerentia patris, siue alterius dixit idem Bal consi. 189. lib. 5. & vix alibi reperiri scripsit Tiraquell. in tract. de retract. lignagier. §. 36. gloss. 2. sub num 41. ¶ Sic de actione dicendi
19 de commisso † vide Guid. Papæ decis. 412. & est limitatiuum l. 2. C. de vectigalib. & commiss. vbi ius petendi commissum durat quinquennio, Bartol. in l. commissa, ff. de publica. & vectigalib. qui dicit quòd id procedit in commisso ob vectigal non solutum, ex quo huiusmodi vectigalia non sunt admodum fauorabilia, prout loquitur de alijs ipse Guid. Papæ ¶ Sic præscribitur triginta
20 annorum spacio ius proponendi † errorem calculi, vt post gloss. in l. calculi, ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinent. l. 2. & ibi Bartol. & Bald. C. de iur. Fisci lib. 10. Alex. & Iason in l. 1. C. de error. calculi idem Iason cons. 210. lib. 2. ¶ Sic de iure
21 eligendi † scripserunt Cyn. Petr. de Bellapert. & Salicet. in l. si aquam, C. de seruit. & aqua. ¶ Sic de iure collectandi †
22 vide. Corn. consil. 42. col. vlt. libr. 3. ¶ Sic
23 de iure præstandi cautionem † posuit Bal. in cap. cum non liceat, extr. de præscript. Iason in §. huiusmodi in principio col. 1. ff. de legat. 1. Catell. Cotta in Memorial. incip. iure præstandi, & in Memoriali, Legatarius ¶ Sic ius represa-
24 liarum † præscribitur 30. annis respondit Angel. cons. 196. colo. vlt. Dec. consil. 267. & cons. 272. col. 5. ¶ Sic etiam ius
25 petendi reductionem sententiæ † arbitrorum ad arbitrium boni viri vltra tri-

dicta superius num. 26. posuerunt Franc. Balbus in d. tract. præscriptionū quæst. 53. 4. partis, Ant. de Burr. in d. cap. quintauallis col. 14. quæst. 3. de iure iur. Cyn. in l. societatem §. arbitriorum, & ibi Alberic. & Bald. ff. pro socio, Oldrad. cons. 156. in vlt. dubio, & ita post Paul. de Eleazar refert Lanfranc. in in tract. arbitriorum quæst. 20. Bald. & Angel. in d. l. sicut, C. de præscript. 30. annor. idem Bald. in l. 2. ff. de arbitr. & in l. vlt. col. 6. C. de contrah. empt. Ioann. de Anan. cons. 16. col. vlt. Dec. consil. 39. & cons. 587. Alex. consil. 95. col. vlt. vol. 2. vbi refert esse com. opinionem Andr. Tiraquell. in d. §. 36. nu. 39. vbi hos omnes citat ¶ Sic spacio predicto annorum tri-
26 ginta excluditur † officium iudicis voluit gloss. in d. l. sicut, vbi Bar. Angel. Salicet. Bald. & alij C. de præscrip. 30. ann. idem Tiraquel. nu. 40. Calcan. cons. 16. num. 1. & cum sequuntur Nostrates hic quia venit appellatione actionis per illa verba hic, ibi, ogni acione di qualunque
27 causa ¶ Sic ius petendi legatum † tangit ipsemet ibidem allegat Bald. consil. 137. in fine, & consil. 168 col. 1. volu. 5. Dec. consil. 267 col. 3. idem Tiraquell. in d. repetit. l. si vnquam in d. verbo, reuertatur, nu. 191. C. de reuoc. donat. Angel. in tract. de testam. gloss. 21. nu. 8. Soccin. cons. 63. col. 3. vol. 1. Dec. d. cons. 554. nu. 2. Paris. Balb. Soccin. Iun. Rip. Negusanci & Rolland. quos sequitur Beccius cons. 48. nu. 4. Surd. cons. 60. nu. 16. vol. 1. vbi de com. opin. Rub. Tiraquell. Vasq. Cephal. & Anchar. quos ipse addit ¶ Sic
28 præscribitur † eodem modo ius ratificandi vt per Bal. consil. 12. lib. 1. & cons. 366. lib. 5. Philipp. Corn. cons. 121. lib. 3. gloss. & DD. in cap peruenit, de empt. & vend. Dec. cons. 397. nu. 3. & 4. & ita post Ang. & Alex. Socc. cōs. 46. vol. 3. ait Surd. cons. 28. n. 16. lib. 1. & cons. 60. nu. 15. 16. eod. vol. 1. cōtrarium tenet Balbus in d.
tract. præscrip. 4. par. 5. partis principa-
29 lis, quæst. 2. n. 6. ¶ Sic ius dānādi † posuit Angel. consil. 179. colu. vlt. Carolus Ruin. cons. 44. nu. 21. lib. 1. ¶ Sic de iure
30 petendi † executionem scripsit Innoc. & Bald. in cap. vlt. de except. Ruyn. cons.
31 67. col. 1. lib. 5. ¶ Sic ius retractus † scripsit idemmet Tiraquell. d. § 36. nu. 16. ex Paul. de Castr. consil. 430. lib. 2. Cepoll. consil. 43. in criminalibus col. vlt. Dec. cons. 221. col. vlt. Socci. Iun. cons. 12. lib. 1. cum similibus per eum, & de prædictis ita sentit Io. Petr. Surd. d. cons. 28. nu. 7. & 8. cum seq. vol. 1. qui sic dicit esse

se

se circa remedium canonis reintegran-
32 da † cui tanto tempore 30. annorum
praescribitur ex Abbat. in cap. solitae de
restit. spoliat. Alex. cons. 6. col. 5. volu. 3.
Bellamera in cap. cum ad sedem, nu. 11.
de restit. spoliat. Aret. Castrens. Socein.
Dec. Ruyn. Butr. Balb. Berous, Marant.
Crott. Plott. Bellon. Grat. Neuizan. Cra-
uett. Menocch. Garauant. ad Vestr. Ce-
phal. Rot. Bononiens. Gabriel. Ioseph
Ludoui. Caesar Contard. Ceph. & alij de
quibus per ipsũ Surdum ¶ Sic videmus
eodẽ iure prçscribi stipulationẽ annuam
33 † v. g. circa annuas praestationes, quia
datur adhuc praescriptio dictorum 30.
annorum incipiens currere ab initio cu-
iuscumque anni, d. l. cũ notissimi, §. in his
C. de praescript. 30. ann. idem Surd. cons.
302. num. 8. libr. 3. per gloss. in l. si sic, ff.
quemadmod. seruit. amitt. ibique Bart.
Bald. & Angel. Balb. in d. tract. de prae-
script. d. 4. part. in 4. quaest. principali,
num. 1. & 2. subdens ipse Surd. quòd vbi
adest stipulatio, sufficit vna praescriptio
pro omnibus, non existente stipulatio-
ne, v. g. in legatis, caeterisque dispositio-
nibus, nam tot sunt necessariae praescrip-
tiones, quot anni. ¶ Sic etiam praescri-
34 bitur actio † & ius ad fideicommissum
tradit idem Surd. cons. 73. num 30. 31.
32. 33. vol 1. per d. l. sicut, & vltimam,
C. de praescript. 30. annor. Bald. cons.
168. num. 1. vol. 5. Paris. cons. 48 nu. 18.
& seq. vol. 3. ¶ Sic remedii possessoria,
35 & de interdicto † quorum bonorum,
idem Surd. nu. 31. ex Bartol. & alijs in l.
1. ff. quor. bonor. Aret. in §. quadruplum,
num. 41. instit. de actionib. Bellon. cons.
35. num. 7. Iacob. Menocch. in tract. de
adipisc. possess. remed. 2. num. 101. esto
quòd possessio esset ciuilis, quae sola po-
test inducere praescriptionem, ita per
gloss. magnã in l. 1. C. de seru. fugi. Dyu.
Bar. Bal. Aret. Balb. Tiraq. Lamberteng.
Salic. Ang. Fulgos. Castrens. Iason. Cal-
deri. & infinitos tradit Surd. cons. 276.
n. 3. lib. 2. ¶ Sic de remedio l. finalis, C.
36 de edict. diui Adr. tollend. idem Surd. n.
9. ex Bar. ibid. n. 6. & Dec. n. 1. Gozadi.
cõs. 84. n. 13. Menoc. loco citato, remed.
4. nu. 773. ¶ Sic etiam iuuat praescriptio
37 praedicta in actionibus † personalibus,
& hypotecarijs, vt hic habes, ibi, & che
sia actione personale, & ancora hypote-
caria, l. 2. C. de luition. pignor. d. l. cum
notissimi, C. de prescrip. 30. vel 40. anno.
Bar. in l. fideiussor obligari, ff. de fideius-
sor Panus de pignorib. part. 6. membr. 2.
nu. 5. Rodori. de annuis reditibus, quaest.
29. sub num. 25. lib. 2. & ita pertransit hic
Boniorn. & alij circa hypotecariam
actionem, quae in regno praescribitur
spatio 30. ann. allegant Blascũ Lanza
Alleg. 51. lib. 2. qui dicit quòd multa
solent dici ad hoc capitulum. ¶ Sic per
38 praestationem seruitij † per spatium tri-
ginta annorum, inuestitura prçsumitur,
sicut emphiteutica in re dicitur, vt ait
Cumia in d. capit. si aliquem in verbo
antiquis, n. 452. d. cap. 1. §. si quis per tri-
ginta, si de feud. cõtrouers. fuer. & tetigi
superius sub n. 5. ¶ Sic de iure offerendi
posui in comment. Consuet. S. P. Q. P. cap.
1. n. 44. addo Negusan. in tract. de pigno-
rib. 3. membr. quintae partis, nu. 52. non
obstante differentia illa, quam ponit
gloss. in §. eodẽ, d. l. cum notissimi, C. de
praescript. 30. annor. addo etiam Bald.
cons. 84. Praemittendum, num. 5. vol. 3.
vbi ait à die, quo potest agi, & durat
toto tempore, quo hypoteca intentari
potest, quia propter ius eius nascitur.
& ei deseruit, & consequenter eodem
tempore durat, ac viuit d. §. eodem iu-
re. Et in omnibus praedictis & similibus,
quae adduci possent, & infra dicẽdis, illa
est etiam ratio, quia si quis tacet per tri
39 ginta annos † praescriptum erit quo ad
omnia tempora, etiam futura, ita decla-
rat idem Surd. cons. 123. n. 9. eod. vol. 1.
per gloss. in d. l. cũ notissimi, §. in his; vbi
Bart. & alij, C. de praescript. 30. annor.
gloss. Bartol. & alij in l. si pupillus, §. si
in pluribus, ff. de nou. oper. nunciat. Go-
mes. de contract. cap. 11. nu. 45. Iason,
& alij citati per ipsum Surd. & ratio
etiam est quia dispositio praescriptionis
40 ideo valet † quia continet iustitiam po
sitiuam, vt ait Nell. in tract. de Banni-
tis in 2. part. 2. temporis quaest. 4. sub
num. 21. per l. 1. §. pueritiam, ff. de po-
stul. & qui contra se praescribi patitur,
renunciare videtur, vt ipse subdit, num.
35. per l. si ego, ff. de damn. inf. l. praetor,
C. de praescript. longi tempor. cum simi
libus, quia ius commune inuenit prae-
scriptionem, & consequenter valet, esto
quòd ratio addi non posset, stante quòd
praescriptio ipsa fingit retro, & omnia
purgat per l. eos C. de vsu. 9. Nellus, d.
num. 27. ¶ Sic tanto tempore, & non
minori praescribitur circa reuocatio-
41 nem † precariae concessionis, & ad be-
neplacitum, etiam in materia seruitu-
tis, vel similium ex pacto concessarum,
vt dixi supra in capit. 140. Regis Fede-
rici, sub versic. vltimum est, tom. 2.
quamuis postea ipse Berous sub nu. 21.

22.

22. ſubdat quòd contra licentiam, &
conceſſionem faciendi feneſtram con-
ceſſam ex præcaria, & ad beneplacitum,
nullo ſpacio temporis 30. nec 40. anno-
rum præſcribatur, quia qui ſcit eſſe da-
tam licentiam faciendi feneſtram ad be
neplacitum, non potuit præſcribi, ex
quo eſt in malafide, num. 25. per eradita
inferius in primo intellectu.

Subamplio primo hoc cap. procede-
re, maximè in feudis hæreditarijs sim-
42 pliciter † vt tetigi ſuperius, num. 5. eſt
verum quòd currit præſcriptio 30. an-
norum, & habet locum acceſſio tempo-
ris contra hæredem præſentem, ac ne-
gligentem feudum recuperare (non
autem in feudis pacti, & prouidentiæ,
vt dicam inferius in quinto intellectu.)
& ita ait Petr. de Gregorio de conceſſ.
feudi part. 2. quæſt. 10. nu. 49. ex Andr.
de Yſern. in d. conſtit. conſuetudinem,
& in cap. 1. §. quid ergo, col. 3. de inue-
ſtit. de re alien. fact. d. cap. 1. §. ſi quis per
triginta, ibique idem Yſern. & Liparu-
lus, ſi de feud. fuer. controuerſ. Guglisl.
de Pern. conſ. 24. Gualterio de Patar-
nione in cauſa Baroniæ fornaris, verſ.
reſtat octauo, Noſtrates in d. cap. volen-
tes, vbi poſui limit. 5. Io. Baptiſt. de S.
Seuerino in cap. 1. de feudi cognit. part.
6. in 7. & 13. concord. quia præſcriptio
nunquam extenditur nec prorogatur,
ex quo conſtat ex actibus limitatis, &
non egreditur fines ſuos ſupplebo infe-
rius nu. 61.

Amplio ſecundo, vt etiam hoc capit.
circa præſcriptionem prædictam trigin-
ta annorum intelligatur procedere cō-
43 tra dominum † nedum contra agnatos,
& alios, gloſſ. in capit. 1. §. preterea, de
Capit. Corrad. arg. d. l. ſicut, C. de præ-
ſcript. 30. annor. Pariſ. conſil. 101. vol. 1.
quem refert, & ſequitur Cumia d. num.
447. & 449. 450. 451. vbi dixit quòd ho-
die contra dominum expeditius eſt, vt
præſcriptio 30. vel 40. annorum locum
habeat, & allegat Io. Aloyſium de Sep-
timo in d. capit. volentes, non obſtante
quòd de iure communi feudorum multi
tenuerint nullam præſcriptionem, etiā
centenariam currere, vt per Cumiam in
d. cap. ſi aliquem in d. verbo, antiquis,
d. nu. 447. per text. in d. cap. 1. §. præterea
de capit. Corrad. & in cap. Imperialem,
de prohib. feudi alien. per Federic. &
ibidem Andr. de Yſern. cum concordan-
tibus vbi dixit quòd contra dominū nul
la eſt præſcriptio, quæ opinio vera non
eſt, vt ſubdit ipſe Cumia, n. 448. & ſeq.

**Amplio tertio vt hoc capitulum pro-
ſit forenſi vide Paul de Caſtr. conſ. 10.**
libr. 1. in nouis cum ſimilibus adductis
per Moderniſſimos Addentes hic.

Intelligo primo hoc capitulum lo-
44 quens de præſcriptione procedere † niſi
adſit malafides à iuris errore cauſata,
quoniam dicunt DD. etiam in ſtatura-
ria præſcriptione requiritur bona fi-
des, cap. fin. de præſcript. Regula poſ-
ſeſſor, de regul. iur. in 6. cum ſimilibus,
ſic ait Boniorn. & de Gregorio poſt
Alex. conſ. 99. num. 8. vol. 4. Abbas in 1.
not. de præſcript. vbi quòd ſi aliter diſ-
poneret ſtatutum non valeret, idem
Alex. conſ. 185. lib. 1. & conſil. 115. vol.
7. Canon. in cap. fin. de præſcript. & ita
poſt Bald. Aluarott. Præpoſ. Alex. Dec.
Pariſ. & Modernos ait Cumia in d. ver-
bo antiquis, num. 453. latiſſimè Soccin.
Iun. conſ. 554. lib. 1. Dec. conſ. 554. idem
Soccin. Iun. conſ. 145. num. 72. vol. 1. In-
trigliol. ſingul. 115. vbi de magis com.
opin. quicquid ſenſerit Bart. in l. hoc
autem num. 2. ff. de ſeruit. verbor. præ-
dior. ita poſt Cuman. Alex. Dec. Rip.
Beroum, Cagnol. Cranett. Rolland.
Vaſq. Menocch. Gabriel. Beccium, Ce-
phal. Bertrand. Balb. Pariſ. Abb. & alios
Io. Petr. Surd. d. conſ. 73. num. 7. 8. 9. &
ſeq. lib. 1. Don Io. Franc. de Caſtillo
deciſ. 12. num. 16. cum pluribus ſeqq. vbi
quòd nec mille annorum præſcriptio
45 ſufficit cum dicta malafide, maximè †
quando adeſt titulus inualidus, & in-
iuſtus, & ita ait Matth. de Affl. deciſ.
374. In cauſa Soccin. Iun. conſil. 69. nu.
38. lib. 1. qui locuntur de titulo nullo de
iure, idem Surd. poſt multos d. conſ. 276.
num. 13. 18. 19. 20. 21. lib. 2. cum ſeqq.
Menocch. d. conſil. 2. num. 337. vol. 2.
latè Pariſ. conſ. 66. Nobilis Silueſter, nu.
102. lib. 3. ratione quia cum ſubrogetur
loco præſcriptionis de iure communi
inductæ, Bald. in cap. 1. §. porro, qualiter
olim feud. poter. alien. Alex. conſ. 65.
lib. 6. Dec. d. conſil. 556. nu. vlt. eandem
naturam ſapit, vt ibi per Pariſ. & conſ.
93. fin. & conſentit, nu. 10. eod. vol.
& conſil. 169. nu. 12. lib. 4. quem refert,
& ſequitur Soccin. Iunior, conſil. 86. vi-
ſis col. 2. lib. 3. vbi ſubdit quòd ſicut de
iure communi, ſcilicet canonico, quia
agitur de peccato mortali, præſcriptio
nulla procedit cum mala fide, capit. fin.
vbi Canoniſta extra de præſcript. & ca-
pit. 2. vbi Dynus, de regul. iur. in 6. ita
etiam nec dicta ſtatuaria præſcriptio
poteſt cum mala fide currere, idem
Pariſ.

Parif. conf. 10. num. 28. & conf. 87. nu. 13.
vol. 1. addo in terminis huius nostri ca-
pituli eundem Ferdinand. Boniorn. lo-
co citato, verf. non obstat fe[cundo] primum.
Dec. d. cõs. 144. Maturè, col. 4. in princi-
46 pio, & sufficit quòd mala fides † sit cau-
sata à principali, nam nocet successori.
l. cum hæres, ff. de diuers. & temp. por.
præscript. & de æquitate Canonica pro-
cedit, vt refert. & sequitur Cephal. con-
fil. 425. Magnifici, num. 87. lib. 4. v. g.
in re furtiua mobili, quæ nec vsucapi-
tur triennio per habentem causam à
primo, vt dixi supra in cap. 115. Regis
Federici, ampl. 4. tom. 2. ideoque, ex
quo tutor, qui non reddidit admini-
47 strationem tutelæ † dicitur in mala fi-
de, potest non obstante lapsu triginta
annorum conueniri, ita post Vasq. An-
ton. de Butr. Imol. Innoc. Bartol. Abbat.
Alexandr. Bald. Præposit. Franch. Ca-
gnol. Abb. & mille ait Io. Petr. Surd. con-
fil. 296. per tot. præsertim à n. 9. vsque
ad finem d. lib. 2. quicquid dicat Purpu-
rat. conf. 339. Boer. quæst. 59. ex multis
rationibus per ipsum Surd. adductis, &
inter alias, quia tutor tamquam ille,
qui sciens retinet rem alienam, & non
restituit, dicitur in dolo & mala fide, &
peccat post Abbat. Balbum, Anchar.
Crauett. Neuizan. Mantic. & infinitos
per ipsûs citatos & per tradita in d. cap.
possessor, de regul iur. n 6. vbi Dyn po-
nit quotupliciter dicatur malæ fidei pos
sessor. Alex. conf. 102. in fine lib. 1. qui
dicit quod requiritur bona fides quic-
quid senserit Affl. decis. 13. nu. 4. vbi te-
net quòd si actio tutelæ non fuit petita
tutori per triginta annos, non potest
amplius conueniri secundum gloss. in l.
si pupillus, §. fin. in verbo liberatus est,
ff. de admin tutor. sed melior est alia
opinio, vnde eo ipso quod quis scit rem
esse alienam, tenetur restituere, nec
præscribit, esto quòd ab initio fuerit in
bona fide, v. g. in hærede, qui esto quòd
præscripserit in suam personam ali-
quid, tamen scit mox esse non testatoris
etenim restituere tenetur, & expurgare
defuncti animam, vt pulchrè refert, &
sequitur Palaz. Ruuios in repet. rubri-
cæ, de donat. inter vir. & vxòr. §. 65.
num. 25. vbi tamen videas de veritate.
¶ Est verum quòd licet malæ fidei pos-
sessor non præscribat vbi constet de ti-
48 tulo vitioso fallit † nisi esset immemo-
rialis præscriptio, ita de Nostratibus
Antoninus Xibecca Prothonotarius in
suo tract. de Regia Monarchia, nu. 60.
vbi allegat Rubeum Alexandrin. conf.
75. num. 4. dicens esse receptiorem opi-
nionem, Aym. Grauett. de antiquit.
tempor. part. 4. num. 7. Didac. Couarr.
in d. regula possessor de regul. iur. in 6.
part. 2. § 7. num. 5. Ferdinand. Vasq lib.
2. controuers. Illustr. cap 81. nu. 11. latis-
simè Ludouic. Molin. de Hyspan. primo-
gen. lib. 2. cap. 6 nu. 68. quod est verum
quando titulus non est à iure reproba-
tus, nec esset talis, cui ius existeret, vt
dicunt præcitati Doctores, & subdunt
Doctores, quòd etiam si non esset clau-
sula præscriptione non obstante, non
excluditur tamen præscriptio, cuius
initij memoria non extitit, Affl. decis.
254. sæpe in fine ex Angel. in l. 1. C. ne
rei Dominicæ, vel templor. & per nota-
ta in cap. 1. de præscript lib. 6. gloss. in
Auth. vt de cætero per eccles. comm. cũ
similibus ab ipso Afflict. apportatis, n. 5.
49 Secundo intelligo † dummodo feu-
dum non fuerit diuisum, vt puta quia
res particularis ipsius feudi alienata
sit, nam non præscribitur tunc nullo
tempore, & sic totum feudum, & quota
præscribi potest, non pars, & tetigi su-
perius sub num 4. d. constit. consuetudi-
nem prauam de rei act. & except. lib. 3.
Castillo d. decis. 12. num. 24. & seq. ita
vt nec centum præscribatur annis, Gu-
Gliel. de Perno conf. 15. col. 2. Paris. de
integr. feudor. cap. quædam sunt bona
particularia sub rubric. de concess. rei
part. feud. num. 6. fol. 14. cum similibus
adductis per Boniorn. vbi supra versic.
secundo hæ partes feudorum Cumia in
d. verbo antiquis, nu. 454. ex Affl. d. de-
cis. 254. num 4. Paris. conf. 227. num. 93.
lib. 1. & ita scripsi in d. cap. volentes, re-
strict. 1, in tertia illatione, num. 254.
& ratio est quia hoc capit. recipit inter-
pretationem, & limitationem à dicta
constit. consuetudinem, argum. l. sed &
posteriores, ff. de legib. & ita in termi-
nis ait Pernus hic, Ioann. Aloys. de Sep-
timo in d. capit. volentes in 5. effectu,
Dec. in d. conf. 445. d. num. 48. Andr. de
Ysern. in d. §. quid ergo. col. 2. Boniorn.
vbi supra, versic. secundo quòd illud post
Baptist. de Platamon. & Prothotar. nec
vnquam quis tẽtauit corrigere dictam
constit. consuetudinem, Petr. de Grego-
rio in d. tract de concess. feudi part. 2.
quæst. 7. num. 7. Gerard. Alliata in Al-
legatione Caltanissettæ.
Tertio intelligo de præscriptione
50 ipsa triginta annorũ † d. cap. 1 §. si quis
per triginta, si de feud. fuer. cõtrouers.
&

& ibi Bald. & Aluarott. & Præposit.
Paul. de Castr. consil. 152. Dec. d. consil.
144. num. 3. vbi subdit tria necessaria
primò quòd quis habuerit possessionẽ
per d. 30. annos continuos sine inter-
ruptionis, vt subdam inferius in 11. in-
tellectu num. 82. illamquè tamquam
feudalem habuerit d. cap. si quis, gloss.
magna in cap. de feud. dat. in vim legis
commissor. secundò quòd præstita sint
seruitia ex tali re tamquam de feudali,
vt in d. cap. si quis, tertio quòd talis pos-
sessio semper fuerit vniformis, idest sem-
per habita tamquam feudalis, latè Ia-
cob. Aluarott. in d. cap. si quis, Andr. de
Ysern. in d. cap. 1. §. quid ergo, num. 8 de
inuestit. de re alien. fact. Ferdinand.
Boniorn. loco citato, versic. quarto in
præscriptione, Cumia in d. verbo, an-
tiquis num. 453. qui non meminit de his
Doctoribus, nisi Alex. Paris. & alijs, &
quatenus hoc capit. dicat, ibi, ma le al-
tre prescrittioni di dieci, & vinti anni
restino in loro firmità, & sic in suo ro-
bore permanente, intelligas, & refe-
ras ad allodialia, & ita post Anton.
Campagna in causa Solanti, & Ioan.
Aloys. de Septimo concludit Cannett.
vbi supra fol. prædicto 24. nu. 12.

51 Quarto intelligo † vt dicta præscrip-
tio non procedat in materia Bullę, &
regię Pragmaticę scripsit Intrigliol.
super Bulla quęst. 13. Petr. de Gregor.
quęst. 5. num. 53. idem Intrigliol. quę-
stion. 49.

Quinto intelligo, vt loquendo quoad
52 feuda pacti † & prouidentię conceden-
tis non noceat præscriptio decursa con-
tra vnum agnatum, alijs etenim agna-
tis successiuè venientibus non nocet,
Blasc. Lanza d. Alleg. 51. lib. 2. quæ re-
ferunt, & sequuntur Nostrates hic, Cu-
mia in d. cap. si aliquem in d. verbo an-
tiquis, d. num. 430. cum pluribus seqq.
& loquitur tam de iure communi feu-
dorum, quàm statutario. & constitutio-
num Regni, ita in terminis nostris lo-
quitur Dec. d. cons. 445. num. 45. cum
seq. & loquitur de Palazolo, in quo adest
clausula iuris Franchorum, & sequitur
eum Boniorn. hic inferens, nu. 46. quòd
præscriptio contra patrem, filio non no-
ceat ex eod. Andr. de Ysern. in d. § quid
ergo, versic. quod in feudo antiquo, de
inuestit. de re alien. fact. Aluarott. in
cap. 1. §. hoc quoque, de success. feudi,
qui dicit quòd si vassallus non potest
53 alienare † in præiudicium aliorũ agna-
torum successiuè succedere debentium,
ita & pariter si patitur, vt contra eum
currat præscriptio, illa præscriptio non
nocet alijs successiuè venientibus, ex
quo præscriptio videtur alienatio, vt
ibi per eum, & tetigi superius inferens
ipse Dec. quòd non obstante dicta præ-
scriptione datur vtilis rei vendicatio
agnatis prædictis venientibus succes-
siuè allegat in argumentum l. 2. & 3. C.
de donation. quæ sub modo, & conse-
quenter tot debeant esse præscriptiones
quot personæ d. cap. titius, si de feud.
fuer. controuers. Andr. & Afflict. in d. §.
quid ergo de inuestit. de re alien. fact.
idem Andr. & Aluarott. in d. cap. 1. §.
hoc quoque, de success. feudi, Cannet.
in d. cap. volentes, fol. 26. nu. 17 & seq.
& fol. 163 col. 1. num. 13. quicquid di-
xerit Bapt. Platamonius in causa Fur-
naris, Io. Ansalone in d. causa Palazoli,
quos reprobat Cumia sub num. 436 &
seq. quia non sufficit, vt præscriberetur
vnica, contra omnes, præscriptione,
scilicet contra feudatarium viuum, &
omnes futuros successores in feudo ad-
huc pacti, & prouidentiæ, vt malè vo-
luerunt ipsi de Platamone in d. causa
Furnaris, & Prothonotarius in eadem
causa Palazoli, etenim quemadmodum
54 alienatio non nocet nisi ipsi alienanti †
feudum, & non alijs, itaut non possit
per se ipsam impugnari, vt vidimus in
d. cap. volentes, num. 390. per ea, quæ
late tradit Surd consil. 284. col. 2. & seq.
lib. 2. ex DD. in l. cum à matre C. de rei
vendic. Tiraquell. Bellon. Crott. Alciat.
Cephal. Rolland. Chassan. Pinell. Soc-
cin. Io. Fabr. Ruyo. Caualcan. & quam-
pluribus, & est magis ** com. opin.
quam post Mandell. in d. cap. volentes
per me citatum, tradit etiam Cumia
in d. verbo antiquis sub num. 436. nisi
55 vt ipse Surd. subdit, actus essent nulli †
tamquam facti in fraudem legis resi-
stentijs, vel contra legem per tradita à
Surd. cons. 237. num. 20. vol. 2. adeout vo-
luerit inferre Iason quòd factam dona-
tionem, etiam iuratam, quæ tamen non
esset insinuata, possit reuocare donans
in l. si donationem col. pen. sub nu. 7 C.
de collation. ibi, hinc est, allegat Imol.
in l. Aquilius ff. de donation. & dat ra-
tionem, quia quando factum proprium
est impugnatum à lege, vt est in hac do-
natione facta sine insinuatione, etiam si
sit iurata. licitum est venire contra fa-
ctum proprium, etiam iuratum quando
factum est lege impediente ex Feder. de
Senis consil. 172. quem refert, & sequi-
tur

tur. Imola in commentarijs capit. contingat, de iureiur. fol. 57. & dicam de hoc melius in cap. Regis Ferdinandi Ampliation. 14. tom. 7. vel quando annullarentur fauore publico, his enim casibus potest etiam impugnari per agentem, vt per ipsum Surd. num. 10. & seq. ex Cephal. consil. 393. nu. 110. cum plurib. seqq. vbi hoc confirmat ex pluribus exemplis, & argumentis, lib. 4. Menocch. cons. 89. num. 85. & seq. Bar. tol. Ias. Alexand. & alij, vel v. g. si tale factum esset nullũ ipso iure, quia posset contrauenire, vt ait Dec. d. cons. 445. col. 8. prope finem, vbi loquitur quando est nullum fauore alterius, vel si esset factum nullum simpliciter ex Alex. cõs. 123. Discussis, lib. 1. Soccin. Iun. cons. 93. lib. 2. & per ea, quæ scripsi in consuet. Panhormi cap. vlt. & nunc addo Caualcan. in suo tract. de tutor. & curat. sub num. 161. Bart. in l. post mortẽ, & ibi Alex. ff. de adopt. Decis. Pedam. 180. num. 2. Neuizan. cons. 9. num. 10. Crauett. Gabriel, & alij per eundem Surd. cons. 233. num 26. lib. 1. & Bald. in l. quoties in d. cap. volentes citata, loquitur in Prælato, & Administratore Ecclesiæ, qui potest impugnare propriũ
56 factum + si est præiudiciale Ecclesiæ, vt audiuit omnes ipse Surd. d. cons. 284. num. 13. ex gloss. in cap. si quis præsbiterorum, ibique Abb. de reb. Eccles. non alien. & in cap. 1. de restit. in integr. & in cap. 1. de iureiur. Berous cons. 32. nu. 41. lib. 2. & famil. quæstion. 17. cũ seq. Alb. Salicet. Alex. Pinell. Phanuc. & alij locis citatis per ipsum Surd. n. 16. & 17. & per ea, quæ scripsi in meo repertorio in verbo factum propriũ, & voluit Caualcã. decis. 46. n. 29. part. 1. Additio ad Roc. decis. 1. n. 4. & 5. de restit. spoliat. in Nouiss. Bologn. cons. 33. col. pen. & fin. Pasaz. Ruuios in repet. cap. per vestras, de donat. inc. vir. & vxor. §. 47. num. 12. Flor. cõsil. 38. nu. 5. vol. 1. & in terminis, de quibus loquor ita sentit Dom. Octauius Corsectus famosissimus Doctor in consil. 2. sub n. 9. vers. nec etiã infeudatibus, vbi etiã quòd dominus alienans non cẽsi reuocare, esto quòd respiciat vtilitatem vassalli, ne dũ domini, & facit Dec. d. cõs. 445. sub n. 29. vbi quòd potest quis venire contra factum propriũ, quando actus est nullus, etiam fauore alterius, quam illius, qui velit contrauenire, allegat Alex. cõs. 106. viso processu, lib. 4. per l. si sibi, C. de euiction. sic, & præscriptio non nocet, nisi illi, qui passus fuit sibi currere præscriptionem prædictam, & ita vult Petr. de Gregorio in d. tract. de concess. feudi, parte 3. quæst. 10. num. 47. vbi ait quòd successor in tali feudo
57 pacti, + & prouidentiæ non vtitur accessione temporis authoris sui, sed præscriptio in hoc casu solummodo nocet feudatario, contra quem incepta fuit, & completa, non autem alijs agnatis, Cumia d. nu. 434. cum seq. ex 16. Aloys. de Sep. loco citato cum alijs pluribus numeris subsequẽtibus, vbi dat rationẽ quia dicta constitutio consuetudinem est facta in odium negligentium, & non in fauorem possidentium feudum, ibi, euidenter desidia, ergo non comprehendit agnatum, qui negligens non est, & laté, num. 435. & 446. & per textum nostrum, hic ibi, ciascheduno potte vsare sua raggione. Et ob id subdit ipse Dec. loco citato, num. 47. hoc confirmari ex eo, quia inter ipsos agnatos videtur
58 feudum restitutioni subiectũ + & consequenter dicendum est, sicut de verbis restitutioni subiectis per fideicommissum, l. fin. §. sed quia, C. commun. delegat. Iacob. de Aluarott. in d. §. hoc quoque, subdens ipse Dec. quòd in rebus restitutioni subiectis euenięte casu restitutionis, non obstante restitutione reuendicari potest, d. l. fi. 1. § sin autem, C. comm. delegat. In feudis vero simpliciter hæreditarijs habet locum accessio temporis l. pomponius, & l. si tali, ff. de acquir. poss. vt dixi supra ampl. 1. nu. 5. & 42. Clar. in §. feudum, quæst. 45. Cannett. in d. capit. volentes, fol. 26. nu. 10. vbi de communi opin. testatur, beneuerum quòd ipse de Gregorio, num. 51. limitat, nisi curreret præscriptio tanti temporis, cuius initij in contrariũ memoria hominum non existit, ex quo illa habet vim priuilegij ex Affl. d. decis. 254. sæpe, per capit super quo baldã §. preterea de verbor. signif. cap. veniens, & cap. quid per nouale, de verbor. signif. addo Cumiam loco citato, num. 431. & seq. vbi quòd habet 16. à præscriptio, secus si est ineuntum pacti, & prouidentiæ ex Bald. Tiraquell. Alberic. & alijs, & num. 434. & ob id secus in alijs feudis pacti, & prouidentiæ, quia præscriptio contra vnum non nocet alteri vocato post eius mortem, etiam si præscriptio fuisset completa contra primũ
59 + non enim habet vnus sub alio, sed omnes à concedente, vnde negligentia, & iniuria vnius non obest alij secundum prædictos DD. quia non operatur præ-

ðum, & prouidentiæ, vt dixi supra in
d. capit. 28. Regis Federici restrict. 6.
n. 458. tom. 2. & consequenter tanquam
non valenti agere non currit præscriptio
60 † vt posui in comment. Consuet. Panhor.
cap. 26. num. 109. & infra in capit. 110.
Regis Alphonf. Ritus limit. 3. tom. 4.
cum concordantibus ibi citatis, Blas-
cus Lanza d. Allegatione 51. Aloys. de
Sept. in d. cap. volentes in 8. effectu,
V. I. D. de Paternione hic, Corn. cons.
280. col. 2. vol. 3. cum similib per ipsum
de Paternione citatis, pulchrè in puncto
Dec. d. cons 445 nu. 48. per l. fin. in fine,
C. de anaal. except. l. 1. C. de bonis ma-
tern. Boniorn. eius discipulus hic, quia
hæc constitutio, subdit ipse Dec. debet
intelligi, data facultate agendi. per no-
tata in l. si quando, C. de inoffic. testam.
cap. cum dilectus, de consuet. cum con-
cordantibus positis per me in cap. 102.
super d. Rit. addo Guglıel. de Perno in
tertijs notabilibus, vbi dicit, col. 2. quòd
præscriptio licet currat contra feudata-
rium viuenrem solum, & dixi superius,
attamen Domino, vel agnatis non præ-
iudicat, quia illi, antequam sit feudum
apertum, ac deuolutum, non possunt
agere ex impedimento iuris, atque ideo
eis præscriptio non currit, vbi enim ius
aufert agendi potestatem, non currit
temporalis præscriptio per gloss. in
Auth de Sanctis Episcop. § vero, tum
quia, & est alia ratio secundum eundem
Gughel. de Ferno quòd licet statuta, &
consuetudines recipiant interpetratio-
nem prorogatiuam, tamen præscriptio
61 † ipsa non extenditur, & nunquam pro-
rogatur, vt tetigi superius sub num. 42.
quia constat ex actibus limitatis, & non
egreditur fines, & formam ipsorum
actuum, Bald. & Salicet. & Fulgos. in l.
non dubium. C. de legib. suddens ipse
Pero. ex Innoc. & alijs, quòd consuetu-
do, & præscriptio non extendit se, vltra
id, quod agitur per Auth. quirem, C.
de sacros. eccles. Vnde subdit ipse Bon-
iorn. in d. causa Donnæ Lucretiæ de Bon-
figlio cum Don Hieronimo de Monca-
teno, versic. quinto in feudis, quòd la-
bantur dicti triginta anni à die delatæ
sibi successionis, secundum Andr. de
Ysern. in d §. quid ergo col. 2. vbi Paris.
Affl. & Loffredd. & in d. constit. consue-
tudinem, versic. si vero post præscriptio-
nem, Bald. cons. 215. vol. 2. Aluarott. in
d. cap. 1. §. hoc quoque, de success. feudi,
Iason. cons. 7. col pen. lib 3. Dec. cons.
608. Alex. consil. 84. lib. 3. Ioannes Aloys.
de Septimo in d. cap. volentes in 5. effe-
ctu, & in causa Pictinei, vbi ait esse
communem * opinionem in Regno,
Blasc. Lanza ibidē, versic. quinto limita
quid concludit quòd in Regno tenemus
hoc pro expedito, Marian. Proihonotar.
in eadem causa Palazoli, & ita conclu-
dit Cannrtius in d. cap. volentes, fol. 28.
col. 1. non facta mentione Boniorni, qui
omnia dicit, facit Bald. in Auth. nisi
tricēnale, C. de bon. matern. & quod no-
tat idem Bald. in d. cap. 1. §. si quis per
30. versic. quarto verum, si de feud. fuer.
controuers. int dom. & agnat. & vide
Dec. in d. cons. 445 num. 50. & num. 28.
cum seqq. quòd qui non potest alienare
non potest pati, vt præscriptio in alte-
rius præiudicium sequatur, quia præ-
62 scriptio † est alienatio per l. alienatio-
nis verbum, ff. de verbor. signif. Iacob.
Aluarott. in d. cap. 1. §. hoc quoque de
success. feudi, Paul. de Castr. consil.
155. qui inquit quòd sicut expres-
sa alienatio alteri non nocet, ita nec ta-
cita, quæ resultat ex præscriptione, &
ex negligētia alterius causata, latè Cu-
mia vb supra, à num. 434 cum seqq. &
à num 445. 446. cum seqq.

Sexto intelligit hoc capitulum Io.
Aloys de Septimo in d. cap. volentes in
quinto effectu, & in cons. 18 in causa
Namphit. consiliorum feudalium, vol. 1.
63 loqui de litibus tunc vertentibus † nam
dicit ipse, non fuit factum, vt respiciat
futura negotia, mouetur per hunc no-
strum textum, ibi nelli turbini delle
guerre, & ibi innante il nostro felice
aduento, quem intellectum approbat,
& sequitur Ferdin. Boniorn. in d. Alle-
gatione de Bonfiglio, vbi dicit, in versic.
non obstat, quòd hic intellectus est satis
amicus literæ, nec obstat, subdit, quòd
fuit confirmatum per cap. 460. Regis
Alphonsi, quia cōfirmatio non ampliat,
nec facit comprehendere casus, qui
aliàs non comprehenderentur, allegat
l. Aurelius, §. testamento, ff. de liberat.
legat. Bald & Paul. de Castr in l. aduer-
sus, C. si aduers. rem iudicat. & in l. ob-
seruare §. post hæc col. 3. versic. & nota,
ff. de offic. Proconsul & legat. qui ter-
mini confirmati limitant terminos con-
firmantes, sed hic intellectus Io. Aloys.
non est verus, & contra eum tenet. &
benè Ioseph Cumia in d. cap. si aliquem,
in d verbo antiquis, nu. 440. 441. qui di-
cit quòd hic noster textus Regni est ge-
neralis, & trahitur etiam ad futura, vt
est regulariter de natura cuiuscumque
legis

64 legis † vt ad futura rrahatur, vt suo
loco dixi in cap.6.Regis Federici num.
29. cum seqq. tom.2. & voluit ipse Cu-
mia, num.444.ex iuribus,& anthorita-
tibus ab eo adductis,& patet ex lectura
huiusmet præsentis capituli, in fine,
ibi,[& questa nostra Constitutione vo
gliamo habbia loco, & sia, Deo propi-
tio, in perpetuum duratura nel nostro
Regno di Sicilia] & ibi infert ipse Cu-
mia, quòd ad quid vult duraturam es-
se in perpetuum,nisi futuris prospiciat,
& ita ni fallor transiit hic idem Bon-
iorn.sibi contrarius, & addit rationem
eo quia fuit hoc capitulum confirma-
tum per aliud cap. prædictum 460. Re-
gis Alph.tom.5.

Septimo intelligitur hoc capitulum
iuxta dictam Constit. Regni, consuetu-
dinem prauam, ac ibi gloss.lib.3.vbi ha
betur,quòd ad hoc. vt currat dicta præ-
65 scriptio 30.annorum, opus est † vt adsit
præsentia aduersarij,scientia, & cōtra-
dictio, d.§.titius cap.1.si de feud. fuer.
cōtrouers.ibi,ex quo sciuit Dec.d.cons.
445.num.71.Bald. in l. quandiu,C. qui
admitti L.omnes, C. de Agric. & censit.
lib.11.la 2. Bartol. in l.genero,col.2.ff.
de infamib.vbi subdit requiri etiam ne-
gligentiam per ea, quæ posui supra in
cap.6. Regis Iacobi, ampl.7.tom.1.&
Andr.de Ysern.& alij in d. constit. con-
cludūt, quòd qui vult inuiti huiusmodi
præscriptioni, articuler, & probet de
dicta præsentia, & scientia, vt post Flo-
rian.Bartol. Innoc. ac alios refert Ber-
tachin.in 4.part. verbo præscriptio fol.
meo 146. col. 4. licet quandoquè non
valeat, nec scientia,neque patiētia v.g.
Tyranni,quia præscriptio territorij, vel
rerum ciuitatia isto modo non præscri-
buntur ex Bart.in l.1.in 3. lectur.C. de
seruit. Florianus in l. seruitutes,col.17.
ff. de seruit. idem Bertachin. fol. 147.
col.2. nec videtur per hoc capit. cor-
rectum,etiam si sit posterius,quia distin
guitur per antiquius,&in terminis vltra
iura communia sic de Nostratibus con-
cludunt Gugliel. de Perno hic, Marian.
Prothonotar. i.d.caus.Palazoli,quos se-
quitur Cannet.d.fol.24. num.13. & seq.
& num.22.quos citaui in d.cap.6.Regis
Iacobi,Ferdin. Boniorn. loco citato, fa-
cit Mascard.conclus. 7. vol.1.Nostrates
hic in eorum Adnotationibus,qui con
cludit quòd qui allegat præscriptionē
30. annorum debet probare quòd ad-
uersarius fuit præsens in Regno, aliàs
præsumitur absens ex Affl. in d. constit.
consuetudinem, & subdunt esse contra
ius commune d.l.sicut, C. de præscript.
30.annorum

Octauo intelligo non procedere in
66 actione competente † ad reemendum
feudum, quia non obstabit dicta præ-
scriptio, quicquid dicat ipse Cannet.
in d.capit.volētes fol.30. nisi loquamur
quod ipse non loquatur de pacto de re-
trouendendo, sed de actione simpliciter
ad reemendum,& per ea,quæ tetigi in-
fra in cap.214. Regis Caroli ampliat.
1. versic. maximè, tom.8. vbi scripsi
quòd ad illud pactum de retrouenden-
do continuò, & semper potest admitti,
neque currit præscriptio aliqua ante
solutionem ex Anchar. cons.331. Alex.
in l.licet,C.de iur.delibet.& ni fallor in
d.capit.214.sunt verba quòd numquam
præscribatur ex Ferdin.Boniorn. in Al-
leg. pro Comite Buxemi, & in Alleg.
Donnæ Beatricis d Brancifortibus con
tra Comitem Mazareni, Soccin. Paul
de Castr. Negusant. & alijs ibidem per
me citatis, & sentiunt fortasse Nostra-
tes hic, dum tangunt quòd si actio na s-
catur ex contractu non præscribitur spa
tio 30. ann. ex Capell. Tholos. 220. &
Addition. ad eum,Guid. Pap. Boer. &
alijs, maximè si esset iuratum. vt per
V.I.D. de Paternione, & alios hic, ex
Fælin.in cap. fin. de præscript. Balbo, &
multis, & clarius posui in Cōmentarijs
Consuet. Panhormi, cap. 50. ampl.1
quicquid sentiat Marian. Soccin. Iun.
d.consil.145.nu.72.qui dicit esse com.
opin. contrarium etiam de iure Cano-
nico, etenim quando contractus est iu-
ratus perpetuat actionem dictum iura-
mentum, Bart.& Angel.in l.nam & po-
stea, §. si is qui, ff.de iureiur.& ibi Sali-
cet. & alij, Imol. & Roman. in l. natu-
raliter,ff.de vsucapion. ideoque caute-
la est optima, vt in fine instrumenti sp-
ponatur iuramentum, quia tunc cessat
præscriptio,vt per Marc.Ant. Baner. in
tract. de virtute iuramenti, casu 29.
Marsil.singul.141.incip. Audiuisti forte

Nono intelligas, nisi ab annis trigin-
ta hinc nulla esset facta litis contestatio
67 † legitimè,neque facta protestatio, ita
in hoc capitulo,ibi [di trent'anni in qua
niuna sia stata lite legitime contestata
ne fatta protestatione secōdo la raggio-
ne] vt modo dicā,Bar.in l.si post,ff.de rei
vendic. & in l. celsus ff. de vsucap. qua-
si dicatur quod interrupta sit tunc dicta
præscriptio & protestatio conseruet iu-
ta ad tradita in commentar. Consuetud.

Panh.cap. 16.verſ.ſecundo quãdo,tam
in ſcriptis,quàm fine.vt per Bart.iul.nõ
ſolũ.§.oportet ſub nu.5.ff.de excuſat.tu
tor.& n.6.&in l.qui in aliena §.celſus,ff.
de acquir.hæredit.quia iſtud eſt dicere,
ſecondo la ragione,argumẽto decennij
68 † de quo in d.cap. Ritus 102. poſui , nu.
28.29.vbi dixi etiam interrumpi per ci-
tationem ad executionem faciendam,
quibus addo Iacobin. de Sancto Geor-
gio in l.ex hoc, ff.per quem factum erit,
Letus ibidem, qui allegat Salicet.in tit.
de præſcript.30. annor. Matth. de Af-
flict. in conſtit. Regni in rubr.95. de
exord.præpar. ſub num.3.lib.1. vbi ad
interrumpendam præſcriptionem inci-
pit iudicium à citatione, gloſſ. in cap.
gratum,de offic.delegat.& in cap,licet,
& in d.l.ſicut, C.de præſcript.30.annor.
Clement 2.vt lit.pendent.& prout ſub-
69 dam inferius,executio enim nõ † habet
certã formã,& pluribus modis fit, idest
quãdoque capiendo perſonã,quãdoque
pecuniã ſuſcipiendo,quãdoq; debitoris
nomen acceptando,& quãdoque ex pri-
mo decreto tenutá adiudicãdo, Bartol.
& Bald. in l.conſentaneum,C.quomod.
& quand.iudex,adeout quomodocũque
aliquid de executione ſit inceptum , vel
factum , dicitur executio eſſe facta , &
ſunt verificata verba ſtatuti, ita Saluſt.
de Bouguglielmis inter conſilia Soccini
Senioris 151.ſub num.9 lib.1.& ad pro-
poſitum, de quo loquor, licet Surd. in
conſ.500.num.2.vol.4. ſentiat quòd di-
70 cta litis conteſtatio † tunc interrumpat
præſcriptionem,quando lis ipſa ſit con-
teſtata animo proſequendi vſque ad fi-
nem, ſecus vero quando non eſt proſe-
cutus litem ex gloſſ. in capit. placuit,§.
poteſt, in verbo, interrupta 16.q.3.Lu-
douic.Roman.in l.ſi verò,§ de viro fal-
lentia 24. ff. ſolut. matr. quam gloſſ.ait
peregrinam, Fælin.in cap.cauſam, quæ,
num.28. limit.3. extr. de Teſtib.6. vbi
habetur quòd etſi lapſa inſtantia ipſius
cõteſtationis ſubſiſtat effectus, tamen ſi
inſtantia eſt lapſa ob negligentiã agen-
tis, non dicitur interrupta præſcriptio,
ex Bart.Angel.& Riminald.Seniore in l.
2.vbi Curt.Iun.n 29 C.de edẽdo. Abbas
in cap.illud,de præſcript. Bouius in tra-
ctat.præſcript ſtatut gloſſ.21. nu.21. de
quibus per Surd.vbi ſupra, nihilominus
iſthæc opinio Surdi, & aliorũ, quos ipſe
allegat,pace eorũ, non placet,quia quan
71 tumcũque ſit perẽpta inſtantia † ex litis
conteſtatione facta,perpetuatur tamen
actio ad tantumdem ex adductis latè
per nos in capit. Ritus 135. num. 109.
tom.4.& per ea,quæ addidi in margine
originali ad capit. Ritus 96. nu.2. eod.
tom.vbi, licet dixerim , quòd iudicium
incipiat à litis conteſtatione , propriè
tamen in duobus caſibus poteſt incipe-
re à citatione, nempe de iure canonico,
prout in cap.2.vt lit.pendent.lib.6.Cle-
ment.2.eod. tit. Beneuerum quòd iudi-
cium numquam dicetur ceptum , niſi
per litis conteſtationem, ſecundo quan-
do agimus ad perpetuandam iuriſdi-
cionem, vel ad interrumpendam præ-
ſcriptionem, quia tunc etiam incipit à
citatione, vt ait Matth.de Affl. in con-
ſtit.in d. rubr. 95. de exordijs præpara-
torijs nu.3.per gloſſ. in d. cap. gratum
cum concordantibus ſuperius allegatis,
idem Affl. in conſtit.contingit, num. 5.
rubric. 98. de partib. prorogantibus,
lib. 1. vbi ſubdit quòd de iure ipſo ca-
nonico ſufficiebat ad effectum perpe-
72 tuandi iuriſdictionem † vt citatio exi-
uerit à iudice, licet non peruenerit ad
partem ex Abbat. & alijs, & ſentiunt
Noſtrates hic per d.capit.illud, de præ-
ſcription. Bartol. in l.2.§. ſi rem,ff. pro
empt Guid. Pap. & alijs; ſed referendo
Alexandr.in l. & quia,ff de iuriſd.omn.
iudic.ait quòd ad perpetuandam iuriſ-
dicionem delegatam reſpectu partis ,
oportet quòd citatio peruenerit ad par
tem , quia per ſolam libelli præſenta-
tionem nec dicitur perpetuata iuriſdi-
cio, ex Alex. vbi ſupra, Angel. in l.2.C.
de iudic.& per tradita ab Abbat in cap.
relatũ col.2. de offic. delegat. Hoſtienſ.
& alij in cap.licet eod.tit.Luc.de Penn.
in l.hac lege C. de proxim. ſacror. ſcri-
nior. lib. 12. vbi eſt videre per quos
73 actus † quoad citationem dicatur per-
petuata iuriſdicio Iudicis Delegati ſuc-
cedente morte delegantis,& per Specu-
lar.in tit.de compet. Iudic. adit. § pen.
in fine, Alex.conſ.200.vol.2 dummodo
74 ipſa citatio non ſit circumducta † quia
perinde habetur ac ſi numquam fuiſſet
facta ipſa citatio ex his,quæ ſcripſi in d.
cap.Ritus 97.num.25.cum plurib.ſeqq.
quia tunc nec perpetuatur iuriſdicio ,
neque inducitur litis pendentia tam-
quam inualida vt ſuo loco ſcripſi. & præ
ſertim in Commentarijs Conſuetudi-
num Panhormi, cap.22. & alibi. Vant.
de Nullitatib. in tit. ex defectu ci-
tationis num. 24. Caualcan. deciſ. 10.
num.64.part.3.vbi ponit quæ requiran-
tur ad hoc, vt dicatur lis pendere. Io.
Anton. Batius modo citandus , Zaba-
rell.

rell.in Clement.2.in 4.notab. vt lit pen
dent.& per Fælin.in cap.illud,col.3. de
præscript.Innoc.& Abbat in cap.consu-
luit de offic.delegat Gugl. de Cun in l.
illud, de pscrip.30.ann.Bal 1.in d.l.mo-
re,ff.de iurisdic.omn.iud.& in l.post edi-
ctū.ff.de iudic.Affl.loco citato,n.4.&ibi
Io. Ant.Batius in littera d.qui ait quòd
75 circumducere nil aliud est † quàm tol-
lere ex Abbat.in d.capit consuluit.& ibi
Fælin. Rot.decis.345.Paul. de Castr &
Angel. in l. ad peremptoriū eum simili-
bus per eundem Batium, sicut circum-
ducta etiam dicitur citatio per mortē
actoris, siue rei, l. in summa.§. finali,ff.
de re iudic.Affl.ct. in constit citationis
litteræ, num.21.rubr. 96. de literis ci-
tatorijs, lib.1.& subdit Batius quòd ex
76 obseruantia Regni Neapolis si actor †
accusat primam contumaciam, & stat
per mensem vnum,siue duos est circum
ducta citatio, & apud nos est infra 8.
dies,vt subdam inferius,nu.79.vel seme-
stre, vt scripsi in d.cap.Rit.98. & ibi Le-
tus, & Angel. in Anthent. de litigiosis,
§.omnes, idem Affl. in constit. edicto-
rum, sub.d.num.20.semper enim est in-
cusanda ipsa contumacia, vt in d. alio
Ritu cap.97.posui, num.24. & seq. & in
consuet. Panhormi cap.1.num,2. cuius
loco meminit Dominus meus Carol.Ta
pia Regens in supremo Consilio Suæ Ca
tholicæ Maiestatis. & Marchio Illustris
simus in Adnotationibus eruditissimis
ad iura Regni Neapolis. tit.de contu-
macibus. fol 69.col.2.lib.3. & quòd sit
in cusanda contumacia allego Affl.cla-
rius in d.constit. edictorum, d.num.20.
ex Innoc. per eum allegato,non obstan-
te quod Dominus Andr.de Ysern. te-
neeat non esse necessariam, sed insiste-
re penes Iudicem,nam talis opinio non
77 seruatur,vt ait optimé ipse Affl.etiam †
quando ageremus, v.g. quādo fuit quis
contumax, ex qua contumacia potuis-
set sequi condennatio tertiæ partis bo-
norū(iuxta ea, quæ dixi supra in capit.
25.RegisFederici,n 15.cū seqq.tom.2.)
quia adhuc, vt sequatur condemnatio,
requiritur,vt sit contumacia accusata,
vt post Anchar. & Bartol.ait idem Affl.
in constit. pœnam, sub nu. 11. rubr.97.
de pœna contumacis,vbi dicit in caussis
78 Fiscalibus † non esse necessariam accu-
sationem contumaciæ per l.2.§.senatus,
& ibi Bartol. qui ait sic practicari,ff.de
iure Fisci. Immo est de consuetudine
79 quòd conumacia † incusatur post dies
octo elapso peremptorio, Neapoli erat
per tres dies, vide ipsum Affl. in d. con-
stit. citationis litteræ sub d. num. 20. d.
rubr. 96. aliter enim, si actor non ac-
cusat contumaciam, & reus venit,& nō
inuenit sibi incusatam dictam contu-
maciam tenetur ad expensas factas
per reum in itinere, & si circumducta
esset, prout realiter hoc casu dicitur
circumducta, si denuò vellet agere,
eumque conuenire, tenetur reficere di-
ctas expensas, ita scripsi in d. consuet.
Panormit.cap.1.num 3. cum seqq. Affl.
in constit. Regni, spontè volentibus nu.
4 tit.99. de transact.inter partes,lib.1.
per textum in l. eum, quem temerè, &
in l.edictum, ff.de iudic. & si essemus in
criminalibus, subdit ipse, punitur in 6.
parte bonorum.

Decimo intelligas procedere in præ
80 scriptionibus veris triginta annorum †
quia in alijs præscriptionibus annorum
decem, & viginti remanere vult Rex
noster in eorum firmitatibus secundum
iuris communis dispositionem, sic in fi-
ne præsentis capituli, ibi, mille altre
prescriptioni, sic remanet in suo robo-
re præscriptio contra Clericum decem,
vel viginti annorum in rebus proprijs,
gloss.& Archidiac.& alij in cap. quam-
quam, de censib. in 6. Ant. de Butr. in
cap. si diligenti,col.vlt. de for. compet.
Abb.in cap.Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,col.
3 de constit.Salicet.in l.fin.quæst.vlt.C.
de sacros. Eccles. latè Imol. in cap. fin.
de præscrip. cap. possessiones 16. q. 3.
Bertacchin. in verbo Clericus con-
uenitur, & multo magis in alijs mino-
ris temporis præscriptionibus,vnde pu
bliciana remanet in esse suo, vt ait Bal.
in l.nulla, C.de furt,col.2. vers. sed cō-
tra hoc; Sic de præscriptione mera vo-
luntaria. v.g. vt quolibet anno si quis
dedit mihi duos capones merè volun-
tariè per decennium perpetuò, non in-
ducitur tamen ob id consuetudo, vt ait
Abbas in cap. cum M.Ferrariensis, in-
fra de constit. Io.Andr. & idem Abb. in
cap. Ioannes, de Cleric coniugat.& in
cap.quoniam, de vit.& honest.Cleric.&
in cao cum Ecclesia Sutrina, de caus.
possess. & propriet. & in cap. ad Apo-
stolicam, de Simon, & in cap. post ele-
ctionem, de concess. prebend. Bart in l.
cum de in rem verso, ff. de vso,Cyn. in
l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuetudo,
Innoc. in cap. bone,de postulat. Præfat.
cum similibus per Bertacch. in 4. part.
in littera P. fol. 146. col. 3. & per tra-
dita à Surdo cons.297. col. 2. lib. 2.
de

de quo alibi Deo dante supplebo an teneatur dare viuos, vel mortuos, prout iddem est de præscriptione quinquennali in rebus, quæ inciderint incommissum contra gabellarios, vt per Bart. in l. commissam, quæst. vlt. ff. de publican. & præsertim in vsucapionibus, de quibus non aliter sentijt hoc capit. vt subdam inferius in 21. intellectu.

Vndecimo intelligo, vt sit de agna-
81 tis † & vocatis ad feudum, & ita procedit text. in d. §. titius, alias si esset agnatus, & non vocatus ad illud, præscriptione triginta annorum opus esset, vt post Gloss. ibi Ysern. Bald. Aluarott. Præposit. Affl. Alex. Dec. Clarus, & alij, de quibus per Ludouic. Sacca respons. 2. num. 274, & seq. vol. 1.

82 Duodecimo intelligo data † possessione, sic tetigi supra in 3. intellectu, num. 50. quia aliter non procedit præscriptio, l. sine possessione, ff. de vsucapion. cap. sine possessione, extr. de regul. iuris in 6. Surd. d. cons. 73. num. 6. lib. 1. vbi allegat etiam Canonistas, & ibi gloss. in cap. causam, de præscript. & sentijt Cumia in d. verbo antiquis, d. nu. 453. vbi infinitos cumulat, Bertacchin. d. fol. 148. col. 2. part. 4. in verbo præscriptio, nisi loquamur in iure liberatorio, quia præscribi potest sine d. possessione, Bald. in l. 2. col. vltim. C. de seru. fugit.

83 Decimotertio intelligo † vt in omni præscriptione contra aliquem debeat subduci, & defalcari minor, ac pupillaris ætas, ita probat textus in Auth. nisi tricẽniale, C. de bon matern. d. l. sicut, §. non secus, C. de præscript. 30. vel 40. ann. idem Surd. cons. 251. num. 6. lib. 2. nisi expressè esset sublata, vt in casu nostræ consuetudinis Panhormitanæ cap. 26. & de Nostratibus aliqua adnotauerunt hic, circa istud propositum V.I.D. Io. Baptist. de Ballis vir Doctissimus, & de Podio, qui post Abbat. Soccin. Panzirol. Marc. Ant. Cucch. Marcian. Simon. de Put. Alex. Guid. Pap. Ruin. & alios licet determinent realiter quòd huiusmodi statutaria præscriptio currat contra minorem, vt notant Canonistæ in cap. constitutus, de in integr. restit. vbi Abb. in vlt. notabili, & Innoc. Bart. in l. fin. C. in quib. causs. restit. in integr. non fit necess. vbi Bald. qui re-
84 stringunt procedere in minore † qui perdit lucrum, secus vbi tractaretur de
* danno vitando, & est com. * opin. quòd tunc non currat, vt refert Dec. d. consil. 556. viso consilio, num. 7. maximè in præscriptione statutaria, de qua hic nos loquimur de triginta annis, & de qua locuti fuimus superius, num. 80. idem Bald. in d. cap. 1. §. porrò, qualit. olim feud. alien. poter. Alex. d. cons. 65, lib. 6. & nihilominus esto quòd versaremur in præscriptione de iure communi, & curreret dicta præscriptio contra minorẽ, tamen datur ei restitutio in integrum, vt concludit ipse Dec. per gloss. in cap. 1. §. præterea si quis, de prohib. feud. alien. per Federic. vbi Iacob. de Aluar. Iacob. de Beluis. Andr. de Ysern. Petr. de Cer. Bal. & alij, de quibus per ipsũ Decium, idem Bald. in l. si mater, C. Ne de stat. defunct. & omnes Nostrates hic
* communiter * sic transeunt, & vide quæ latius dico in subsequenti 14. intellectu.

Decimoquarto intelligo, vt licet currat præscriptio, nec impediatur, etiam per ignorantiam, attamen dicũt
85 DD. quòd ex clausula illa † si qua mihi iusta causa &c. de qua tetigi in Ritu cap. 134. num. 30. tom. 4. potest competere restitutio in integrum (vt remissiuè posui supra in capit. 7. Regis Petri inter capitula Regis Federici, tom. 2. maximè à Principe concessa, cuius est eam concedere, vt per Oldrad. consil. 69. & sic de regalijs, tãgo infra in cap. 456. Regis Alph. vers. & quia, §. 26. to n. 5.)
86 v. g. ob impedimentũ † absentiam, ignorantiam, minorem ætatẽ, vt tetigi modo in præcedenti intellectu, instrumenta de nouo reperta. & deperdita, & ita de ignorantia volunt Nostrates hic ex Ruyn. cons. 55. num. 30. & 11. vol. 5. Paris. cons. 66. num. 26. vol. 3. & similia, vt ait ipse Surd. d. cons. 251. num. 7. & 8. vol. 2. per gloss. in l. si sic, vbi Castrens. ff. quemadm. seruit. amitt. Cyn. Bart. Bald. Salicet. Tiraquell. Ferdinand. Vasq. Boer. Bald. Affl. Didac. Grat. & alios multos, quos refert, & sequitur ipse
* Surd. de communi * opinione testando, & latè consil. 268. num. 18. & seqq. & num. 15. & 16. vbi quòd rescindi posset sententia allegat Cyn. & Gugliel. de Cuneo in l. 1. C. de condit. indebit. Bartol. in l. 1. num. 4. C. de sent. aduers. Fisci retract. lib. 10. qui tractat quòd si instrumenta esto quòd non sint de nouo reperta, condemnatus tamen allegat aliquid, per quod appareat quòd fuit impeditus in primo iudicio iura sua producere, admittetur tamen per restitutionem in integrum post sententiam

ex

ex generali clausula intra quadrien-
87 nium † ex Innoc. in cap. vltra, de testib.
Speculat. in tit. de execut. sent § fin. ver-
sic. illud. tamen. & ibi Ioann. Andr. Bald.
& Alex. & Salicet, Iason, & multi, de
quibus per ipsum Surd. qui subdit quòd
omnis sententia ex dicta clausula potest
retractari post Abb. Cephal. Curt. Se-
nior. Rip. ab ipso citatos, maximè si igno
88 rantia prædicta † non esset leuis, neque
affectata, sed probabilis, & iusta, vt per
eum num. 2. l. si partem, §. 1. ff. quem-
admod. seruit. amict. siue simus in acto-
re, siue reo, quibus ex dicta generali
clausula, si qua mihi iusta causa, com-
89 petit dicta restitutio † & num. 9. & seq.
quicquid dixerit Curt. Sen. cons. 59.
col. 3. qui sentijt dari solummodo reis,
non actoribus. nam reprobatur commu-
niter, vt per ipsum Surd. num. 12. cum
seq. tunc non datur restitutio actori,
quando essemus in materia expensarũ
propter succumbentiam in iudicio ex
traditis infra in cap. 299. ampl. 5. Re-
gis Alphonsi tom. 5. est verum quòd lo-
quendo in minoribus non competeret
90 restitutio † quando statutum de eis ex-
pressè loquitur, v.g. in consuet. Panhor-
mi, cap. 26. vbi dixi, num. 96. nam circa
retractum non audiuntur ex vi nullius
91 restitutionis in integrum † & propte-
rea non habet locũ Curt. Sen. d. cons. 59.
super præmissa, col. 3. & pareat mihi
ipse Surd. quia pace tanti viri loco cita-
to quoad illud propositum tantum non
benè sentijt, nam in reliquis benè dicit.
92 Prout † nec ipsis minoribus competit
quando habent aliud remedium ordina-
rium, v.g. si agerent ad rescindendum
contractum, non debent agere via re-
stitutionis in integrum, sed rescissoria,
& sic de nullitate, & alijs, vt ait Iacob.
Menocch. consil. 100. num. 302. lib. 2. ex
text. l. 2. C. de rescind. vẽdic. Arius Pinell.
ibidẽ. part. 2. n. 54. Rolland. cons. 59. n. 3.
lib. 1. post Crauett. cons. 7. n. 2. cons. 151.
n. 6. Bart. & Bald. in l. 1. C. si aduers. Fisc.

Decimoquinto intelligo nisi simus
93 in iudicijs cõmuni diuidundo † in qui-
bus non cadit præscriptio triginta an-
norum quin possit diuidi, sed est locus
semper diuisioni, ratione quia nemo co-
gitur stare in communi, non obstante
pacto perpetuo, nec iuramento posui in
consuet. Panhor. cap. 56. in principio, &
ita post Grat. Clar. Balbum, Rub. Berois,
Iason. Marsil. Gomez. Dec. & alios testa-
tur ipse Surd. cons. 260. num. 7. lib. 2. vbi
circa hoc particulare quòd nec currat
præscriptio, nu. 14. & 15. ex Iacob. Bu-
tricar. Cyn. Bartol. Salicet. & alijs in l. 1.
§. ad hoc, C. de annal. except. Florian.
Iason. Martin. Sillam. Iacob. de Rauenn.
Roger. Gugliel. de Cun. Ioann Andr. &
** multis de magis com. ** opinione te-
stando quòd non præscribatur spatio
triginta annorum testatur ipse Surd. &
num. 21.

Decimosexto fallit in præstatione
94 seruitij militaris † nam non cadit præ-
scriptio, sic posui supra in capit. 29. Re-
gis Federici versic. plus dicimus, tom.
2. vbi Boniorn. ex gloss. & DD. in d. con
stit. Constitutionẽ, Chassan. in consuet.
Burgund. §. 4. col. 2. fol. 108. Affl. in cap.
1. §. porrò, col. 3. quæ fuer. caus. benef.
amict. idem Boniorn. in cap. 12. Regis
Ioannis, Io. Franc. Castillo d. decis. 12.
nu. 26. ex Vrsill. Camill. de Curt. & alijs,
& num. 27. nisi v.g. cesserit feudo, quia
regula est, quòd cedendo rei quilibet
liberetur, arg. l. cum fructuarius, & l. si
fortè §. labeo, ff. si seruit. vindic. & l. is
cum quo, ff. de aq. pluu. arcẽd. vbi infert
Bart. num. 1. quòd vassallus regulariter
cedendo feudo liberatur, nempè quo-
ties feudum fuerat simpliciter conces-
sum, secus si causa seruitij, vt ipse sub-
dit per cap. 1 de vassall. qui contr. con-
stit. Lothar. & per notata in capit. 1. §.
fin. de capit qui cur. vendid. gloss. in
cap. quæ in Ecclesiarum, extr. de con-
stit. vbi Hostiens. dicit procedere dum-
95 modo in manibus domini refutet † &
dummodò non nimis intempestiuè re-
nunciet, aut aliàs non intersit domini,
& ibi etiam vide Io. de Ligna. & Flo-
rian. & Additio ad Bartol. in d. l. is,
cum quo, in littera A, quæ sentit, quòd
secundum legem feudalem, ac de natu-
ra contractus feudalis sit, quòd possit
renuntiare, de quo etiam per Bald. in d.
cap. 1. de vassall. qui contr. constit. Lo-
thar. & in procem. feudorum, & in d.
cap. 1. de capit. qui cur. vendid. & in
cap. 1. § callidis, de prohib. feud. alien.
per Fideric. Paul. de Eleazar in commen
tar. cap. potuit extr. locat. vbi quæritur
tam de feudo, quàm de emphiteusi,
Bald. in l. cum Archimedoram, C. vt in
possess. legat. Cyn. & Rayner. in d. l. Im-
perator, §. si centum, C. de fund. patri-
mon. lib. 11 & per Canonistas in d. cap.
quæ in Ecclesiarum, vbi Bald. & Fælin.
Alex. in l. si quis vi, §. differentia, ff. de
acquir. possess. & in d. l. prætor. §. 1. &
96 ratio est, quia sublato emolumento †
tollitur onus annexum, dixit in materia

Bullæ

Bullæ, Ant. Lanza ibidem, & post eum Milanis. decis. 11. num. 3. per l. pamphilo, §. duas filias, ff. delegat. 3. cum similibus hic citatis, & ratione etiam concomitantiæ, sicut actio realis non ligat
97 amplius non possessorem † sic nec Bulla, vt per Blasc. in l. 2. C. si vnus ex plurib. alias secus si causa seruitij esset concessum, vt per ipsum Bart. qui allegat d. l. imperator, §. si centum, C. de fund. patrimon. & l. quicumque, lib. 11. idem volebetunt Dyn. in d. l. is, cum quo Iacob. de Aret. in l. prætor, §. hoc edictum, ff. de damn. infect. sicut iddem est, quando quis v. g. conueniretur actione reali, nam liberatur cedendo rei, l. si forte, §. etiam, ff. si seruit. vendic, Bartol. vbi supra, sicut iddem est quando etiam aliquis conueniretur officio iudicis, nam adhuc cedendo ipsi rei liberatur d. §. hoc edictum, nam subdit ibidem Bartol. rationem esse, quia necubi præsupponatur obligatio, subdens iddem esse, quando quis conueniretur aliqua actione personali ex vi contractus, vel quasi contractus præamboli, vbi hoc expressè non promisit, sed v. g. venit occasione rei, nam tunc esto quòd onus ab initio esset certum, vel incertum, cedendo rei satisfacit, & ita ait etiam tenere Dynum, adducit in argumentum facere l. illud, versic. quod tamen, ff. de trib. &
98 infert ipse Bart. ad collectas, quæ † ex quo imponuntur personis pro rebus, & sic incertum ab initio, stante quòd sit onus extraordinarium, vtique cedendo fundo non tenetur quis amplius ad collectas, & iddem dicit Bald. in d. § Iabeo, & eodem modo puto de illa quæstione posita per Additionem prædictam ad Bart. in d. littera A, ex Bald. in l. 1. C. de sentent quæ pro eo, quod inter. profer. de puteo communi seruiente in vicinia
99 † vel cortile, nam si est necesse refectione, licet possint cogi conuicini ad refectionem, ex his, quæ dixi in commentar. Consuet. Panhormi, cap. 34. num. 28. tamen si vicinus dicat se nolle ad dictā impensam contribuere, immo potius non vult de illo aquam, non teneretur contribuere, ex Speculat. in tit. de censib. §. 2. versic. item, pone vicinia quædam, vbi realiter concludit quòd tenetur, & cogitur. Est verum quòd Bald. in d. l. cum fructuarius tenet contrariū, & placet hæc eius opinio, & per Ludouic. Roman. in d. l. is cum quo: Item subdit ipse Bart. num. 2. in fine in d. l. is cum quo, in tantum esse verum, vt quis ce-
100 dendo † rei liberetur, eamque dimittendo secundum tradita per Paul. de Castr. decis. 76. incip. quia frustra, vt procedat nedum ante litem contestatā, sed etiam post sententiam, donec conuenitur iudicati, per l. item veniunt, §. cum prædiximus, ff. de petit. hæredit. & l. miles, §. decem, ff. de re iudic. eodemque modo determinabo infra in Bulla, & Regia Pragmatica post cap. 355. Regis Alphonsi fallent. 26. tom. 5. vbi quòd
101 potest tertius, siue inquilinus sit † siue colonus, vel dominus rei dimictere, & cedere, ne affligatur de persona in bolla, argumento. infrascriptæ l. incola cum similibus ibidem citatis, tunc tenerentur soluere etiam non obstante quòd cesserint rei, quando v. g. collectæ
102 † essent incensibus, vel tributis certis, & ordinarijs, & tunc afficiunt rem, l. incola, ff. ad municipal. & ibi pulchrè Bartol. nam cedendo non liberatur, saltim pro præteritis, quia pro futuris vtique liberatur, & ita sentit Additio ad Bartol. in d. l. is cum quo littera C. vbi inducit in argumentum, an si quis ingrediatur Monasterium, Abbas teneatur soluere collectam pro illo, Bald. in l. onere, ff. de adopt. prout videmus
103 sic † esse quando quis conueniretur ex suo contractu, nam nec liberatur cedendo rei, idem Bartol. in d. l. is cum quo per d. l. quicumque, C. de fund. patrimon. lib. 11. & per l. sicut, C. de action. & obligation. prout nec cedendo etiam
104 rei liberatur ille † qui conuenitur ex suo delicto, vt est text. in d. l. is cum quo, vbi omnes, & his rationibus dixi quòd emphiteuta non potest dimittere emphiteusim inuito domino infra in cap. 116. Regis Caroli, limitatione 9. tom. 8. quemadmodum videmus quòd in ca-
105 su quo agitur de damno futuro [illegible] incommodum, quod actori esset passurus propter rei subterfugia, tenetur reus ipse emendare, nec cedendo rei liberatur, vt concludit magistraliter Bartol. [illegible] eleganter, ff. de damn. infe.
106 Decimoseptimo fallit [illegible] † ad mixso [illegible] quòd non præscribitur [illegible] dixi supra eod. in cap. 10. declaratione 13. [illegible] memorialis præscriptio vt subdam inferius in [illegible] intellectu, l. 1. §. ductus aquæ, & ibi Angel. ff. de aqua quotid. & æstiu. Rayner. de Forliu. in l. sané, ff. de [illegible] similib. per eundem [illegible] fol. 1 502 [illegible] Bart. de [illegible]

bus

bus Italiæ, quæ sibi præscripserunt merum imperium in l. quamuis, quæst. 2. ff. de fluminib. l. infamem, ff. de publ. iudic. l. hostes, ff. de capt. Roman. & Alex. de quib. per Dec. consil. 458. col. 1.

Decimo octauo intelligo, vt in ciui-
107 libus † nõ tollat ipso iure naturalẽ obligationẽ, sed in criminalibus sic, vt posui supra eod. in cap. 7. sub nu. 113.

Decimo nono intelligo, nisi renuntia-
108 tum sit huic capitulo † & statuto, quod potest, esto quòd iuratum esset, vt aiunt Nostrates hic ex Bart. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. Alexand. & alijs, Marsil. singul. 141. Fælin. in cap. fin. num. 7. de præscript. Corn. consil. 328. num. 22. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 54. nu. 7. vol. 1. Angel. in d. § si quis ita, & Raph. Fulgos. & in Authent. vt de cætero non fiant nouæ cõmutationes, col. 5. & per ea, quæ dicã inferius sub vers. quid vero dicemus, nisi ageretur de longissima præscriptione, nam tunc secus.

Vigesimo intelligo quòd præscrip-
109 tionis exceptio non admictatur, nisi sit liquida vide post Bald. in l. per hanc col. 2. C. de temporibus appellationum, Cott. in verbo præscriptionis exceptio, Soccinus consil. 86. num. 10. Afflict. decis. 52. qui ita conclusum, & decisum fuisse in consilio, testatur, & post eum Cæsar Vrsillus in suis nouissimis ad eum decisionibus loco prædicto, Corn. consil. 117. vol. 2. idem Soccin. consil. 205. num. 5. vol. 2. cum similibus post Chassan. Afflict. Bartol. & alios idem Vrsillus d. decis. 52.

Vigesimo primo intelligo secus esse
110 in vsucapionibus † vt tetigi superius, num. 80. quia hic textus noster loquitur de immobilibus, super quibus reuerà cadit præscriptio, nam vsucapio est de mobilibus, Bald. in l. 1. col. 6. C. de seru. fugit. Instit. de vsucapion. in princ. & in rubr. ff. eod. & tetigi superius limit. 1. num. 46. vbi subdit col. 7. quòd non ob id dicitur inepta exceptio ipsius præscriptionis contra rem mobilem, quandoquidem intelligatur pro vsucapionis exceptione, & sufficit esse triennalis præscriptio, vt in fructibus, l. sequitur, §. functus ff. de vsucapion. Bald. in l. eos oppos. 5. C. de vsur.

Vigesimo secundo intellige secus esse
111 contra Ecclesiam specialem † quia præscriptio non causatur contra eam minori spacio 40. annorum, l. fin. vbi Bart. & alij, C. de Sacros. Eccles. cum Auth. Quas actiones, ibidem posita, & per tradita in cap. 39. Regis Iacobi, nu. 179. tom. 1. vbi iddem tetigi de socio priuato Ecclesiæ, in re communi, Bertacchin. in suo repetito verbo, Præscriptio, fol. meo 146. col. 3. & 4. part. 4. etiã si loquamur contra feudatarium ipsius Ecclesiæ vide Alex. consil. 168. lib. 2. cap. de quarta, de præscript. & capit. ad audientiam, & iddem est in pauperibus cõtra quos non minori spacio 40. ann. præscribitur, fuit opinio Baldi in d. auth. quas actiones, ibique Ioson in 2. notab. esto quòd loquamur contra Hospitalia constructa Episcopi authoritate, & in legatis ad pias causas Canonistæ præsertim Abb. in vlt. notab. in d. cap. de quarta, Angel. in Auth. de Eccles. titul §. pro temporalibus DD. in cap. 2. de præscript. Federic. de Senis cons.

112 3. Quæ procedunt nisi lata † esset sententia; vel nisi Ecclesia esset exempta, item quoties si Ecclesia ageret, secus si Papa pro ipsa, etiam contra priuatum vassallum ipsius, DD. in cap. ad audientiam extr. de præscript. dummodo tamen ipse fateretur quod ab ea recognoscit, & Ecclesia non contradicit, alias minori tempore centum annorum præscriberetur Bertacchin. fol. 148. col. 3. nam tunc centum anni requiruntur sicuti contra Ecclesiam Lateranensem, quæ est S. Romana, vt tetigi in d. cap. 39. nu. prædicto, & prout subdã inferius sic esse contra ciuitatem in 24. intellectu, vt de his limitationib. post Angel. Cardinal. Paul. de Castr. Bald. & multa iuxta tradit Io. Bertacchinus fol. 148. col. 1. in 4. parte, & quicquid sit d. præscriptio etiam centenaria contra Romanam ipsam Ecclesiam respectu prælationis, & supremæ potestatis, numquam currit, quia ea potest vti etiam post 100. ann. in inferiores ex gloss. ex DD. in cap. cum nobis, de præscript. Innoc. in cap. bonæ, col. 2. vers. contra Papam, de postul. prælat. Abb. Fælin. Anton. de Butrio, & alij ibidem gloss. in capit. 1. de cleric. ægrot. in 6. cum similibus. Est verum quod quoad publicianam mi-
113 nori spatio 40. annorum † causatur, vt tenet ipse Bertacchin. loco citato allegat Bart. in l. si finita, §. si de vectigalibus, col. 1. ff. de dann. infect. Bald. & alij in rubr. ff. rei vendic. & in l. 1. col. 2. C. de annal. except. & in l. siue autem §. si duobus, ff. de pup. Angel. in l. 2. C. de rei dom. & in l. vsucapionem, & ibi Imol. ff. de vsucapion. Prout etiam minori spatio quandoque sufficit annalis

præscriptio contra eam, & quomodo, ponit gloss. & Angel. in Auth. de Eccles. tit. § pen. collat. 9. gloss. & DD. in d. Auth. quas actiones, C. de sacr. Eccles.

Vigesimo tertio secus est in præ-
114 scriptione decimarum † quia currit
tanto tempore, in cuius contrarium memoria hominū non existit. articulatis illis requisitis, & actibus positis per Oldrad consil. 253. Specul at. de probation. §. 1. vers. vltimo quæritur gloss. in cap. 1. de præscript. in 6. Curt. Iunior consil 61. num. 11. lib. 4. cap. 1. de præscript. in 6. capit. super quibusdam, §. preterea de verbor. signific. Bartol. in l. competit, C. de præscript. 30. ann. in fine, Cepoll. in tract. de seruit. vrban. prædior. cap 9. & Cautel. 195. Innocēt. in cap ad aures, & in cap. de quarta, extr. de præscript. Ioann. Bertacchin. loco citato fol. 147. col. 1. vbi idem esse subdit in præscriptione se-
115 quentis aquæ ductus † quia adhuc per
tantum tempus, cuius hominū memoria non existit incontrariū, requiritur per l. vsū aquæ, & ibi Bart. C. de aqued. lib. 11. idem Bart. in l. 1. opp. 22. C. qui admitt. vbi loquitur in aquæductu desiccato, in quo an detur restitutio in integrum per l. Attilicinus ff. de seruit rustic. prædior. Bald. in d. l. sicut in fine, C. de præscript. 30. annor. duas tamen subiungunt limitationes in hoc, scilicet si ducatur ex publico. l. diligenter, ibique Bart. C. eod. nam aliàs sufficeret longum tempus, l. 1. & 2. & ibi gloss. C. de seruit. item si haberet causam discontinuam per l si quis diuturno, & ibi omnes DD. ff. si seruit. vindic. & per notata in d. l. 2. Innoc. in d. cap. de quarta, versic. si autem, de præscription. Sicut eodem modo præscribitur tali tempore, quòd non sit incontrarium hominū
116 memoria, ius exigendi pedagia † & ga-
bellas, Bald. in cap. 1. col. 2. quæ sint regal. versic. quædam nituntur, Bartol. in l. publicanus. §. fin. ff. de publican. cap. super, §. præterea, de verbor. signific. Bertacchin. in tract. de gabellis, part. 2. Sicuti iddem est circa ius præ-
117 sentandi † nam non currit nisi cū tanto
eodem simili tempore, cuius non est hominum memoria incōtrarium, Frederic. de Senis consf. 227. Prout est etiam in præscriptione Parrocchialium iu-
118 rium † quæ procedit simili tempore im-
memoriali inquijt Cardinalis in Clementin. quia contingit, de Relligios. domib. vbi quòd etiam præscriptio fori pænitentialis procedit. Et ratio est circa prædicta, quia hæc præscriptio immemorialis pro veritate habetur, &
119 currit etiam ignorante superiore † &
possunt ea fieri, quarum præscriptionē ius commune impedit, vt post Bald. in l. cum causam, col. 3. de probat. Curt. Iun. consil. 158. num. 22. vol. 2. gloss. in l. 3. C. de seruit. ait Io. Bertacchin in suo repertorio part. 4. fol. 130. col. 1. vbi etiam quod merum imperium præscribitur, vt dixi supra in 17. intellectu, nu. 106. Bart. in l. si quis ad declinādū, C. de Episc. & Cleric. Curt. Iun. cons. 20.
120 nu. 6. vol. 1. præter tamen † quo ad spi-
ritualia, contra quæ pro laicis non procedit nulla præscriptio etiam immemorialis, vt posuit Alex. cons. 68. lib. 4.

Vigesimo quarto intelligo aliter quando loqueremur in præscriptione
121 contra Ciuitatem † quæ spatio etiā cen
tū annorū cautatur, prout contra Ecclesiam Lateranensem Romanam, dixi superius in 22. intellectu, ita Bart. in d. l. fin. C. de sacros. Eccles. Bald. in l. vniuersas, C. ne rei dom. vel tem. in 2. lectura, & in d. l. 1. col. 2. C. de ann al. except. & idem contra castrum, Alex. consil. 24. lib. 2. Salicet. in d. l. finali.

Vigesimo quinto subaudio secus esse
122 in charitatiuo subsidio † contra quod
non procedit præscriptio, Abb. & alij in cap. accedentes de præscript. col. 3. versic. item dubitatur.

Vigesimo sexto intelligo secus esse in
123 præscriptione contra visitationē † pro-
curationem, & correctionem, siue obedientiam, vt per Abbat in cap. cum non liceat, de præscrip. & ibi Abb. Modernus, Oldrad cons. 243. maximè actiuè, & non passiuè, secundum tradita à Cardinali in Clement. final. quæst. 7. de censib. Ioann. Andr. ad Speculat. in rubr. de præscript. col. 1. Aret. in l. continuus, §. cum quis, ff. de verbor. obligat. & in l. is, qui putat, ff. de acquir. hæredit. & Cathedraticum, quæ non procedit, dixerunt Cardinal. & Felin. in cap. cum ex officij, de præscript.

Vigesimo septimo intelligo secus es-
124 se in his † quæ sine priuilegio Principis
quæri non possunt, quia non præscribuntur, vt ait Geminian. in cap. 2. de præbend. in 6. cap. super quibusdam §. præterea, de verbor. signif.

Vigesimo octauo intelligo secus esse

125 in præscriptione contra Fiscum † quæ
non procedit, l. penult. & ibi Bart. C.
Comm. de vsucapion. Nostrates hic ex
Bald. in l. 1. C. de quadr. præscrip. & in d.
l. vniuersas, C. Nersi dom. Bertacchin.
vbi supra d. fol. 150. col. 4. quæ ponit di-
stinctionem de bonis incorporatis ad
bona non incorporata.
Vigesimonono secus est in præscrip-
126 tione de non appellando ad Principem †
quæ numquam currit, nec obest vt per
Bald. in d. Auth. Quas actiones. col. vlt.
C. de sacros. Eccles. Franch. in cap. di-
lecti col. 2. de appellat. multa alia pos-
sem afferre, sed dante Domino alibi sup
plebimus occurrente casu.
Quid vero dicemus in allodialibus,
dicas idem, prout in fine textus no-
stri, & tetigi superius ampl. 1. num. 2.
quia in illis casibus, in quibus obstat
præscriptio, potest verificari hoc capi-
tulum, intantum vt si v.g. testator reli-
quisset in testamento omnibus satisfieri
debere, quibus aliquid debebat, disputant
DD. verum ex hoc illi, quibus de-
127 bebatur † quorum debitum erat præ-
scriptum, possent petere, de quo vide
per Bartol. in l. quibus, §. dominus
seruo, ff. de condit. & demonstrat. per
text. in l. si is, §. fin. ff. de solution. &
in l. legaui, ff. deliberat. legat. & in
l. si is, cui, §. flanius, ff. solut. matrim. &
in l. id, quòd pauperibus, C. de Episc. &
Cleric. Bald. in l. 2. C. de fideicommiss.
Aret. cons. 95. num. 3. Balb. de præscript.
part. 4. princip. quæst. 5. versic. tertio in-
fertur, in quibus locis videntur conclu-
dere, ni fallor, prædicti Doctores, quòd
hoc modo si esset relictum per testato-
rem, & facta dispositio, esto quòd tale
128 debitum fuisset præscriptum † venit ta-
men appellatione debiti, debitum na-
turale, & potest facere ad ea, quæ scripsi
in capit. Ritus 102. de decennio in fine
limitationum, tom. 4. vbi in margine
addidi remissiuè, & quasi per totum
illud capitulum loquor de decennio,
quod regulariter inducit obliuionem
ex gloss. & Iacob. de Butr. in l. licet, C.
de acquir. possess. Beroi cons. 3. num. 16.
Bartol. Bald. & Cyn. in l. 1. C. de seru.
fugit. quos refert, & sequitur Io. Petr.
Surd. consil. 107. sub num. 14 lib. 1. Cra-
uett. cons. 65. num. 10. Soccin. cons. 38.
col. 2. vol. 1. Menoch. de arbitrar. in-
dic. casu 26. num. 1. idem Surd. cons.
373. num. 91. vol. 2. vbi hoc modo te-
stem excusat à falsitate, Neuizan. cons.
8. num. 60. Ioann. Andr. ad Speculat.
& alii per ipsum allegati, & præcisè in
d. Ritu, num. 3. feci mentionem de ali-
129 quibus statutis dictantibus † vt qui-
cumque non petierit suum creditum
infra decem annos, an amplius illud pe-
tere possit, & realiter est quòd sic, et pe-
tere potest, vt est Perusij, de quo testatur
Bartol & Bald. in l. omnes populi, num.
24. & seq. ff. de iustit. & iur. vbi quòd
aliter induceret peccatum, si diceret,
quòd creditor cadat à iure suo, sentit
de Paternione hic, & consequenter non
valeret, Alex. cons. 184. col. pen. vol. 3.
Paul. de Castr. cons. 385. Ioann. Andr. de
except. in 6. in nouella, Bertacchin. in
verbo statutum fol. 102. col. 1. tum quia
hoc simile statutũ contineret quodammodo
iniquitatem, & tamquam malæ
fidei possessor non præscriberet, cùm
soluere sit de naturali ratione, & obli-
gatione, quæ tolli non potest, & hac
de causa tamquam continens apertam
iniquitatem, nullamque habens cau-
sam, non valeret, veluti contra iustitiã
naturalem, vt ex his capitibus conside-
rat Nellus in 2. part. 2. temporis quæst.
4. per totam, sed si dictaret quòd intel-
ligatur facta solutio, tunc talis causa
excluderet peccatum, & valet, vt per
Corn. cons. 205. num. 9. lib. 3. qui loqui-
tur de Florentino mutuante centum in
Curia Romana sub pacto de reddendo
in ciuitate Perusij, nam si tacuit per de-
cem annos, erit locus dicto statuto, quia
negligentia est contracta in d. ciuitate
Perusij, Berous in rubr. de præscription.
num. 48. Ioann. Petr. Surd. cons. 500. in
princip. vol. 4. vbi ex Bart. loco perdicto,
& Iacob. de Beluis. refert sic fuisse indi-
catum, * & ponit etiam Nellus loco ci-
tato d. quæst. 4. num. 24. vbi quòd statu-
to potest caueri, vt cuilibet debito præ-
scribatur spacio adhuc quinque anno-
rum, vel similiter, & tunc veluti
moroso denegatur creditori audientia,
tamquam in vim pacti, maximè si dis-
positum esset, monemus omnes credi-
tores quòd agant intra quinquennium,
vel decennium, aliter non audiantur,
nam tunc valet statutum, cum sit dire-
ctum ad Iudicem, dum dicit, non au-
diantur, num. 26. & 27. per l. mutus, §.
pœna ff de procurat. argum. cap. Rit.
188. Regis Alph vbi dixi per totum
tom. 4. Bald. in l. 1. §. pueritiam, ff. de
postuland. & in d. cap. si quis per trigin-
ta, si de feud. fuer. controuers. alias nul-
lo existente statuto, non puto quòd pos-
sit præscriptio etiam 40. annor. currere

contra instrumentum, immo stante statuto, quod est fortius, vt post Bart. in l. cum satis, col. 1. C. de agric. & censit. lib. 11. refert Bertacchin. fol. meo 147. col. 1. subdens, nisi esset centum annorũ ex Bald. in l. 3. C. ne rei dom. vel temp. & in l. 1. col. 2. C. de annal. except. Angel. Florian. Abbas, & alijs, vt ibi per eum, & præsertim quando debitor pro-
330 misit † numquam contrauenire, sed habere perpetuo rata, grata, & firma, vel soluere quandocumque ipsi creditori, etenim tunc non currit præscriptio, vt dixit Bald. in l. quod si nolit, §. si quis ita, & ibi Angel. ff. de ædil. edict. Bartol. in d. l. nemo potest, ff. delegat. 1. versic. quæro statuto, & in l. sicut in annod. ff. quib. mod. vsufruct. amict. idem Bald. in l. 2. C. vt in possess. legat. Angel. & Alex. in l. 1. ff. de vsucapion. Cepolla Cautell. 115. Ioann. de Prat. in l. mutuũ, § qui non cogitur, ff. de procurat. idem Bald. in l. fin. C. de tempor. appellat. Felin. Sand. in rubr. de præscript. col. 7. Soccin. cons. 86. lib. 1. vel si promisisset soluere quandocumque, & ante omnem præscriptionem, & post, vt per Angel. in d. §. si quis ita, & in l. item illa, §. quod adijcitur, ff. de constit. pecun. & per ea, quæ dixi supra in 19. intellectu, Angel. & Alex. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de verbor. obligat. Beneuenum, quòd petitio alio modo procedit, quàm per viam executiuam,
331 sed per viam Cedulæ † vt suo loco scripsi super Rit. cap. 132. d. tom. 4. quia alias regulariter præsumitur, & certo modo facta solutio, & satisfactio, Alex. cons. 195. nu. 5. vol. 6. Soccin. cons. 66. num. 11. vol 2. Curt. iunior. cons. 116. col. finali, Soccin. Iun. cons. 3. vol. 2. Fulgo Castren. Imol. Barbat. Cardinalis, Corn. Iason. Gozadin. Igneus, Berous, de quibus post Rolland à valle cons. 99. num. 10. vol. 3. Surd. loco præcitato, esto quòd in instrumentis, & contractibus esset appositum iuramentum, quia statutum non infringit iuramentum, sed fingit dictum instrumentum ex tanti lapsu temporis esse extinctum per solutionem ex Abb. Ruyn. Dec. Crott. & alijs per ipsum Surdum: & ille, qui verè debet, ex quo infra decennium non fuit interpellatus, quodammodo præscribit, nec dicitur in mala fide, quia potest credere quòd creditor velit remittere, vel maiorem gratiam facere differendo, vt post Hostiens. Abbat. Dec. Caccialup. Rip. Vasq. & Tiraquell. ait idem Surd. cons. 234. nu. 32. eod. lib. 2. & hac de causa puto voluisse sentijsse Petr. de Gregorio super Bulla quæst. 6. versic. quartum priuilegium, quem refert Milanes. decis. 11. n. 11. lib. 2. qui dicũt in materia Bullæ, & contractus subiugatorij quòd si tertius detemptor iusto titulo, ac spacio decem annorum, & bona fide detinuerit rem subiugatam, præscribat contra creditorem, sicut si præscriberetur, quando ageretur via hypotecaria ex Bald. in l. 1. & 2. C. si aduers. creditor. & ibi Salicet. Alex. cons. 78. viso col. 2. lib. 5. ratione quia illud ius executiuum subrogatum sit, & sapiat naturam ordinariæ; & licet, vt ipse fentit, num. 22. 23. hoc non procedere in prima instantia, ex quo pragmatica, & bulla reijciat omnes exceptiones, nisi realis, tamen, subdit ipse, num. 24. in causa oppositoria hæc exceptio præscriptionis prodest tertio detemptori, sed non puto vera hæc, & parcant mihi tãti viri, & suo loco dicam tom. 5. post cap. 357. Regis Alph.

His dictis videamus an possit statutum inducere præscriptionẽ minorem
332 † & quidem sic, v. g. vt fur non molestetur neque ciuiliter, neque criminaliter post annum, ita singulariter Bald. in l. 1. §. quod ait Prætor, ff. de alleator. & finem pono huic sollemni, & vtili materiæ ad laudem D. O. M.

V. I. D. Marius Muta.

Quòd nullus Offitialis se impediat de offitio alterius sub pœna priuationis offitij, & si transit aliter, quàm per proprium offitium, non valeat.

Cap. LVIII.

Hauendo la nostr'Eccellenza special cura à leuare ogni grauezza delli nostri sudditi, & materia di loro querele, vogliamo correggere l'vsi non douuti delli nostri offi-

ciali

ciali, & indrizzar ciascheduno di loro nel loro debito termine. Conche l'vno non occupi l'officio dell'altro, ne presuma per niun modo in quello stendere li soi mani, di che succede la Giustitia esser violata, & per varietà di lettere esser offesa la raggione de gli altri, per la presente Constitution nostra ordinamo, & comandamo, che nissuno de gl'officiali si intrometta nell'officio dell'altro. Et tra gl'altri, che nissuno dell'officiali nostri di Corte presuma fare, ne espedir lettra tangente, ò spettante à Giustitia, eccetto la Gran Corte, alla quale spetta conoscer di giustitia, & in caso che per altra parte fosse spedita, non habbia valore, & quello, che la espedirà, ò presumerà contrauenire alla nostra Constitutione, sia priuato dell'officio, & paghi vnzi cinquanta di pena, come più abasso in vn altro capitolo si contiene.

IN omnibus videas quæ scripsi supra in cap. 49. Regis Federici. versic. concordat, tom. 2. vbi cito contextus concordantes, ibique iam posui quòd solius M. R. C. est expedire litteras de iustitia, & vide etiam supra hoc nostro eodem tom. 3. cap. 40. Et istud capitulum continet eundem quasi materiam cum subsequentibus capitulis vsque ad cap. 61. suis locis disposui.

De officijs Domus Regiæ Prothonotarij, & Secretariorum, Cap. LIX.

IL Protonotario, & Secretarij ciascuno espediranno solamente le lettere spettante & pertinente à loro officio, si come son notati, & dechiarati nelle pandette antiche.

S V M M A R I V M.

Prothonotarij Officium est decretare prouisiones, num. 1. cum seqq.
Prothonotarij habent dignitatem, & dicuntur spectabiles, nu. 2.
Prothonotarius Principis dicitur primicerius, nu. 3.
Prothonotarij vocantur etiam cubicularij, & chartularij, apochrisarij, & quod sit eorum officium, nu. 4.
Prothonotarij non possunt expedire litteras, nec prouisiones ad alterius officia pertinentes, nu. 5.
Prothonotarius, & eius Locumtenens nõ teneant sigillum Cancellariæ, nec Camerlenghi, nu. 6.
Sigilla Cancellariæ & Camerlenghi nõ possunt commendari Prothonotario, nec eius Locumtenenti, ibid.
Prothonotarius debet ponere decretatam Principis intus, & in pede prouisionũ, num. 7.
Secretarij vocantur Principum scribæ, Cancellarij proximi sacri scrinei, libellorũ Magistri, & Chartularij n. 8.
Secretarij debent expedire litteras ad eorum officium spectantes, nu. 9.
Secretarij non debent referre supplicationes tangentes Regium Patrimonium ibid.
Secretarij debent decretatas ponere intus, vel in pede prouisionum, ibid.
Secretarij onus tantum registrata sufficit in expeditionibus litterarum Viceregiarum, nu. 10.
Secretarij hodie stant in communi; & adest regia secretaria ib.d. & nu. seq.
Secretariatu Regia conseruãtur oẽs prouisiones, & in domibus Secretariorũ n. 11.

Secretariorum officium est dignitas, nec possunt esse infames; tamquam honorificentius, & sunt scribæ Principum nu. 12.

Secretarij tractant Principum secreta cū honore maximo, & vocantur proximi sacrorum scriniorum, & Notarij Cancellariæ, nu. 13.

Secretarijs multa priuilegia fuerunt concessa, & prerogatiuæ, num. 14. nec ad munera extraordinaria tenentur, nec subire tributa neque eorū liberi, nec familia nu. 15.

Secretarij possunt sedere cum Iudicibus in scannis inferioribus, ibid.

Secretarijs vnicuique Principis quo loco collocetur, nu. 16.

Secretarij & Procuratores Fiscales vterque Magnifici, nu. 17.

Secretarius primus Regis Dagoberti fuit Sanctus Dado. nu. 18.

Secretariorum numerus olim varius, in Regno hodie sex, nu. 19.

Secretariorum scribæ non possunt scribere prouisionem alicui, nisi de mandato ipsorum, ad quos spectat, nu. 20.

Secretarij olim duos scribas tenere poterāt hodie multos & debent esse matriculati, nu. 21.

Secretariorum scribæ nomen debet adnotari à tergo cuiuscumque scripturæ de secretaria, ibid.



E duobus officijs principaliter hic tractatur, vno de Prothonotario, altero vero, de Secretarijs, de primo aliqua adnotaperam infra in cap. 250. Serenissimi Regis Alphonsi, tom. 5. vbi quòd
1 Officium † Prothonotarij versatur inter alia etiam circa decretare prouisiones, quod est de iure, vt dixit Luc. de Penn. in l. 2. col. 1. C. de petit. honor. sublat. Marin. Freccia de subfeudis, in tit. de offic. Magni Camer. num. 10. lib. 1. Prosper Carauit. in Ritu 45. Regni Neapolis, sub nu. 3. & de his Prothonotarijs videtur intellexisse Nicol. Boer. decis. 223. num. 12. ex Bald. & Barbat. in cap. post cessionem de Probationib. Luc. de Penna in rubr. C. de primicer. lib. 12. versic. & nota subdens ipse Boer.
2 nu. 13. quòd habent dignitatem † sicut secretarij, vt subdam in vers. de secūdo. Gugliel. de Rouill. in suo compendio iustitiæ, & iniustitiæ capit. 4. lib. 3. tit. de Notar. vbi ait habere titulum honoris, & spectabilis, d. l. 1. C. de primicer. vbi idem Luc. de Penna, Paris de Puteo in verbo, iuramentū officialis, subdens ipse Boer. sub d. nu. 15. quod Prothonota-
3 rius Principis † dicitur primicerius, qui primum tenet locum & honorem ex Alciat. in d. rubr. de primicer. Iacob. Bonard. in apostillis ad Ioannem de terra Rubea in eius opere in proemio, & vt ipsi præfati Doctores cōcludunt & præsertim Luc. de Penn. in rubr. C. de præposit. sacri cubiculi lib. 12. dici possunt
4 etiam cubicularij † cum in Principis cubiculo erat quidam magnificentissimus ferens officium, qui chartularius vocatur, subdens ipse Boer. nu. 14. quòd huius etiam erat officium inter cætera vt litteræ commissionis officiorum, quæ diuersis magistratibus mandabantur, & quæ manu Principis erant subscribendæ, expedirentur, per l. pen. & fin. C. de de diuers. offic. libr. 12. quia hi in suma sunt Prothonotarij, vt ipse Boer. concludit, qui chartularij sacri cubiculi vocantur, quia ipsius penetralia frequenter intrabant, & secretiora scribunt commissa, dictant, & explicant, quæ Princeps in secreto iubet, & ordinat, Auth. vt iudic. fin. quoq. suffrag. §. sic igitur, & ita concludit post Alciat. in d. rubr. de primicer. Luc. de Penn. Zas. in l. 2. ff. de origin. iur. verbo, scriba, col. 1. & Hieron. Cagnol. num. 107. Belluga. in tract. de forma, & ordine sedendi nu. 10. qui meminit de his Prothonotarijs, ques centum habebat Rex Franciæ, vt testatur Boer. d. num. 16. qui & alio nomine apochrysaij denominātur cap. significasti, de electio. quos in ordine post Præsides, & post Magistros rationales posuerunt nonnulli, de quo tamen suo loco dicam.

Et bene etiam disponitur in d. cap. 250. Regis Alphonsi in principio, vt
5 nullus Prothonotarius faciat litteras † nec prouisiones ad alterius officium pertinentes, quia sencitur hoc vetitum per Pragmat. 1. tit. 22. de offic. Prothonota. vbi quando agitur de interesse, vel cōmodo siue principaliter, vel incidenter Regium tangētē Patrimonium, non debent prouisiones, nec memorialia expediri per alios, quàm per Magistrum Notarium dicti officij Patrimonij, vel per Magistros Rationales, faciunt quæ dixi infra in cap. 6. sub vers. ex quo, com. q. & idem disponitur de Secretarijs, vt

ibidem in eadem pragmatica. Secunda
prohibitio, quæ cauetur ex d. cap. 250.
Regis Alph. est, vt Prothonotarius nec
6 eius locum tenens † nec aliquis de eius
officio non teneat sigillum Cancella-
riæ, neque sigillum Camerlinghi, nec
nec minus possint dicta sigilla eis com-
mendari sub pœna, vide Pragmat. 2. d.
tit. 22. Insuper habes infra in cap. 380.
eiusdem Regis Alph. d. tom. 5. quòd Pro-
7 thonotarius † debet ponere ordinem, &
prouisionem, siue decretatam suæ Ma-
iestatis, vel Proregis, pro ea, intus, seu
in pede prouisionum, siue litterarum,
& ita in dies videmus.
De secundo verò hic disposito officio
Secretariorum, qui & alio nomine Prin-
cipum scribæ, Cancellarij, Proximi sa-
cri scrinij, libellorum magistri nomi-
nantur, vt ait ipse Boer. d. decis. 222. sub
d. nu. 14. post gloss. & Io. de Plat. in ru-
bric. C. de Tabular. lib. 10. Gugliel. de
Rouille, & alios, & certo modo largo
dici possunt iudices Chartularij, qui-
bus verbo suo creditur, eorumque scrip-
turis vt ex Mathæsilian. in 1. notab. Bar.
Alex. Paul. de Castr. & alijs subdit ipse
8 Boer. nu. 15. † vide etiam infra in cap.
252. eiusdem Regis Alph. d. tom. 5. & iste
præsens textus noster est quasi cõtinua-
tiuus cum præcedenti, & subsequenti-
bus vsque ad cap. 61. Dicam tamen ali-
qua, ex quo contextus præbent occasio-
nem circa ipsos Secretarios, nempe,
vt quisque eorum expediat solummo-
9 do litteras spectantes † & ad eorum of-
ficium pertinentes, prout est notatum,
ac declaratum in pandectis antiquis.
vt hic, sicut adhuc caueant ipsi Secre-
tarij referre supplicationes spectantes
ad interesse, vel incommodũ Regij præ-
dicti Patrimonij, vt habes in d. cap. 250.
sed horum officium erat scribere ordi-
nem in parte intus, seu in pede proui-
sionis, aut littera Regiæ, & quæ ema-
nant à Curia Regia, & ita realiter in
omnibus prouisionibus seruatur, vide
in d. cap. 380. Regis eiusdem Alphon.
quamuis reuera illud capitulum loqua-
tur de literis emanatis, & exeuntibus à
Curia Regiæ Maiestatis. Item etiam est
dispositum per capit. 514. eiusdem Re-
gis Alph. d. tom. 5. vt litteræ Viceregiæ,
10 quæ expediuntur † cum vna tantum re-
registrata Secretarij expediantur, ita-
que hodie vtimur, correctum est in eo,
quod dicitur, vt quilibet Secretarius
possit tenere eius registrum, ac habere,
siue percipere emolumenta de per se,
quia hodie stant in communione omnesque
participant circa ipsa emolumenta, sicut
correctum est etiam aliud capit. 515.
eiusdem Regis Alphonsi, vbi erat ordi-
natum, vt registra Secretariorum mor-
tuorum peruenirent ad Regiam Can-
cellariam penes Magistros Rationales,
& emolumenta erant dicti Officij Can-
cellarij, & erat concordans cum pragm.
3. & 6. §. 4. d. tit. 22. de offic. Prothon.
& Secretar. nam vtrumque est hodie
correctum, quia adest ipsa Regia Secre-
11 taria † in qua conseruantur omnes pro-
uisiones Secretariorum defunctorum,
sic etiam dico de registris viuentium,
nam vbi prius conseruabantur in domi-
bus ipsorum Secretariorum ex pragma.
7. d. tit. 22. modo sunt conseruata penes
dictam Regiam secretariam. Horum Se-
12 cretariorum officium est dignitas † nec
possunt esse infames, vt post Aemil.
Prob. in vita Eumenis apud Græcos re-
fertur, sed horum officium scribarum
principum, quos nos Secretarios voca-
mus, honorificentius fuit, quàm apud
Romanos, ad quod munus neminem
Græci admiserunt, nisi honestis natali-
bus, fideque, & industria cognitum,
quòd necesse sit eos omnium cõsiliorum
esse participes, & apud Hebreos, & La-
tinos traditur ex Liuio & alijs vt per
Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 34. num.
17. Couarr. pract. quæst. cap. 19. num. 5.
vbi in versic. prima conclusio vocat hos
Amanuenses scribas Principis, quos vul-
go, subdit ipse, Secretarios dicimus, &
sic infames esse non possunt per text. &
ibi Bartol. & Salycet. in l. 3. C. de man-
dat. Princip. l. 3. C. de dignit. lib. 12. l.
laudabile, C. de Aduoc. diuers. iudic. &
ibi Aret. idem Bart. in l. eandem §. hac
lege, ff. ad l. iul. rep. dicens esse com. opi.
& ex Tiraquell. in d. tract. de nobil. cap.
31. nu. 8. vbi concludunt hoc munus esse
dignitatẽ l. fin. C. vbi Senator. vel Clar.
d. l. 2. C. de dignit. lib. 12. Luc. de Penn. in
l. 2. C. de primicer. ex Eccles. cap. 10. ibi,
super faciem scribæ imponet honorem
text. in d. Auth. vt Iudic. fin. quoq. suffra.
§. sic igitur, ea ratione, quia ipsius Prin-
13 cipis † secreta maximo cum honore tra-
ctent l. 1. & 2. C. de primicerio, & secun-
dicerio, lib. 12. d. l. 1. C. de mandat. Prin-
cip. ibi, Secretis, vbi Paul. Bald. Salicet.
Curtilis in tract. de nobilit. part. 3. num.
143. & Proximi sacrorum scriniorum
vocantur, quia dispositiones, epistolas
& mandata recipiunt. l. 2. C. de proxim.
sacr. scrinior. lib. 12. Boer. sub d. no. 15.
in fine

in fine Luc.de Penn.in l. 2. qui dicit es-
se Notarios cancellariæ, & sic debent
esse nati honestis natalibus, vt latè
etiam de ipsorum præeminentia est vi-
dendus Boer. d. decis. 222. vnde stante
14 dicta dignitate † fuerunt ipsis concessa
plura priuilegia, & prærogatiuæ, de
quibus post Zasium in d. l. 2. ff. de ori-
gin. iuris testatur remissiuè ipse Boer.
sub d.nu. 14. præsertim accessus conces-
sio ad Principem, potestasque cum Iu-
dicibus sedendi per text. in d.l fin.C.vbi
Senatores, vel Clarissimi, vers. ita tamē,
& hoc in scānis inferioribus. Itē quia ad
15 extraordinaria † munera, nec tributa
subeunda non coguntur, nec ipsi neque
eorum liberi, neque alij de eius fami-
lia, aliasque habent de iure prærogati-
uas, & priuilegia quæ ex d.l.1. & 2. C.
de primicer. colliguntur, & ex Zas. &
Boer. d.nu. 15. & loquendo de Secreta-
rio vnico Regis, cui archana Principis
committuntur scripsit Bellug. in tract.
de form. & ordin. sedendi fol 7. ad la-
16 tus † Principis ante Præsides prouin
ciarum collocari, l. proximos, C. de
proxim. sacr. scrin. Luc.de Penn & alij,
vt subdit ipse Boer. num. 16. Chassan.
in Cathal.Glor. mundiconsid 9 6.part.
l. vnica C. de magistra. scrib. lib. eod.
12. & an sint Nobiliores ipsi Secretarij
Procuratoribus Fiscalibus, vide Pragm.
6.d.tit 22. de offic. prothonor. vbi vo-
cantur magnifici, & alij nobiles, sed
17 hodie † vterque denominatur, magni-
ficus, Primusque Referendarius Dago-
18 berti Rgis fuit Sanctus Dado † vt re-
fert Additio ad eundem Boer. in suo
tract. de Authorit. magni Concilij sub
num. 136. in littera C. ex Siberto in
Chronic. fol. 39. versic florebatur in
Francia; vbi ponit remissiuè, quæ sit
eius potestas.

Secretariorum verò, siue Referenda-
19 riorum numerus † in Regno olim diuer
simodè reperiebatur, nam ex capit. 381.
eiusdem Regis Alph. d. tom. 5. erant
duo, & commisit nominandos per Illu-
strissimum Proregem, inde per eundem
Regem Alphonsum cap. 419. redactus
fuit ad numerum ternarium; & postea
in capit. 527. eiusdem ad numerū qua-
ternarium, & ita erant olim Secretarij
mandatorum, de quibus testatur ipse
Chassan. in d. Cathalog. Gloriæ mun-
di, d.part.6.cōsider.9. Boerius d. nu. 16.
qui meminit de centum Secretarijs Re-
gis sui, mox per capit. Regni 70. Incly-
ti Regis Ioannis, tom. 6. fuerunt octo,
postea ex ordinatione Regis Catholici
Ferdinandi, cap. 116. tom. 7. sunt re-
ducti ad sex, & ita huc vsque sunt in hoc
numero senario, sicque mandatur per
Pragmaticas Regni eiusdem Regis Fer-
dinandi, ne augmententur, tom. 1. Prag-
maticarum pragmat. 5. in tit. de offic.
Prothonotar.

20 Quantùm verò attinet ad scribas †
ipsorum Secretariorum, de quibus in
d.cap. 252. Regis Alph. est dispositum
vt nullus eorum faciat, vel imponat
prouisionem alicui, nisi de mandato
ipsorum Secretariorum, ad quos spe-
ctat, de quibus dicitur in pragmat. 4.
tit. 22. de offic. Secretar. & erat dispo-
situm ex eodem titulo, pragmat. 6. quòd
21 omnis Secretàrius † nō poterat habere,
nisi duos scribas, & eodē modo Procura-
torès Fiscales, hodie habēt multos, qui
debēt esse matriculati in Officio Protho-
notarij §. 1. d pragm 6. quorum nomen
scribatur à tergo cuiuscumque scriptu-
ræ, §. 2. & sic indies videmus super me-
morialibus adnotatum nomen scribæ,
& de materia vide ibidem cum §§. se-
quentibus. & in d. cap 250. eiusdem Re-
gis Alph, vbi est proprè locus scriba-
rum Secretariorum, & in cap. 205. in
quo tractaui de iuribus, siue emolumen
tis soluendis diuersis officialibus.

V. I. D. Marius Muta.

De Magistris Rationalibus, & eorum offitio. *Cap. LX.*

LI Mastri Rationali espediranno le lettere spettanti alla Secrecia, gabelli, & Patrimonio Reale, & secondo le Pandette antiche spetta à lor Officio. Di più li detti Mastri Rationali conosceranno, & vederanno di quel, che spetta alla Secrecia, & gabelli, & altri raggioni di Patrimonio Reale.

Ma

Ma delli feudi, & beni burgensatichi, & altri cosi, si osserui secondo le Constitucione antiche, & se li Gabelloti fra di loro, ò con li Vicesecreti hanno questioni, & ricorrono al Mastro Secreto, lui conoscerà intanto quanto specta al suo officio, niente dimeno in ogni caso l'appellatione vada alli Mastri Racionali.

S V M M A R I V M.

Magistri Rationales expediunt litteras spectantes Secretia. gabellis, & Regio Patrimonio, num. 1. & ad eos appellatur, num. 2 nec suspendit, nu. 3.

Magister Secretus cognoscet de his in quantum spectet ad eius officium inter Gabellotos, & Vicesecretos, ibid.

Appellatio à Secretis, & Vicesecretis. & Magistris Secretis admittitur ad Magistros Rationales, nu 2.

Magistri Rationales vocantur etiam Magistri, vel Magni Camerarij, ibid.

Camerarij Magistri, vel Magni Offitiũ consistit in uidẽdis rationibus omnium officialium, & dicitur illustris, ibid. & num. 4.

Magistri Rationales vident rationes omnium officialium & dicuntur Illustres, & Clarissimi, num 3.

Appellatio à sententijs Magistrorum Rationalium non suspendit, sed facta executione appellatur, ibidem.

Reuisio conceditur corãm ipsis Magistris Rationalibus, ibid.

Secreti offitium non est aliud nisi Procurator Casaris, vel Camerarij, & habent administrationem cum libera, & erogant elemosynas in certis casibus, & possunt vendere bona Fisci, consistit in gubernando res regias nu. 4. & seq.

Magistri Secreti offitiũ idẽ est quasi cum Secreto ibid.

Magistri Portulani officium quod sit, & potest et à dici Procurator Casaris, n. 5.

Secretus non habet merũ imperiũ, n. 6.

Magistri Rationales habent exemptionẽ munerum, & excusantur à tutela, n. 7.



Equitur quasi eadem materia, de qua in praecedentibus, scilicet, vt nemo se impediat circa officium alterius, & infertur ad Magistros Rationales, de quibus tetigi infra in cap. 52. Regis Incliti Ioannis, in versic. & ad decretatam, tom. 6. vbi pono concordantia Regni Capitula, & in cap. 47. Regis Iacobi supra, tom. 1. & concludi-
1 tur hic quòd ipsi Magistri † Rationales expediant litteras spectantes Secretiae, gabellis, & Regali Patrimonio secundum eorũ offitiũ in pandectis, quod est simile cap. 67. §. 3. ibi, itẽ che le lettre, vbi tango infra eod. & quo ad feuda, & bona burgensatica seruentur antiquae Constitutiones, immo si dicti Gabelloti inter se, vel cum Vicesecretis aliquam habebunt quaestionem, ob quod recurrerent ad Magistrum Secretum, ipse Magister Secretus in quantum spectat ad suum officium cognitionem habet, argumento eorum, quae dico de Secretis, & eorum officio supra in capit. 63. Regis Iacobi, d. tom. 1. & in cap. 40. Regis Federici, tom. 2 & in cap. 29 eiusdẽ Regis Alph. num. 13. tom. 4. reseruata semper appellatione ad ipsos Magistros
2 Rationales † qui & alio nomine vocantur Magistri Camerarij, vel Magni Camerarij, vt sentio in d. cap. 47. Regis Iacobi, & quae subdam hic inferius in versic. Noto, ex Affl. dicto in Constit. Regni, Offitiorum in robric. tit. 58. de offic. Magistri Camerarij fol. meo 169. vbi ait quod officium Magni Camerarij consistit in videndis rationibus omnium Officialium, vt de rationalibus etiam tradit Affl. in Constit. Regni, & officialibus, rubr. 87. de prohibit. Curial commercione lib. 1. & per tradita in d. cap. 52. Regis Incliti Ioannis loco citato,
3 & dicitur Illustris † alij vero denominantur Clarissimi, à quorum sententijs Magistrorum Rationalium appellatio non suspendit, sed facta executione appellatur, quando de nouo aliquid emerserit, alias conceditur reuisio coram ipsismet Magistris Rationalibus, per tradita in cap. 6 Regis Alph. uersic. ex quo, tom. 4. sic infra in cap. 175. eiusdem Regis Alph. praedicto Tom. 5. vbi simpliciter

Tt

citer transeunt Nostri scribentes allegant text. in l. abstinendo, & l. fin. C. quor. appellat, non recipian. Doctores in constit. intentionis, Felin in cap. dilectus de rescript., cap. 1. §. fin. & ibi Ysern, quo temp. mil. Curt. de feud. quæst. 9. part. 7. princip. Clement. appellant. de appellat. & trāseunt hic Bonior. & Fimia ex Luc. de Penn. in l. si quādo, C. de bon. vac. lib. 10. cū cōcord. de quorū numero, & etiam authoritate ponit pulchrā Dō Gar s. Mastrilli in tract. de Magistrat. lib. 5. cap. 9. nu. 6. cū seqq. part. 2.

Noto ibi, & se le gabelloti fra di loro, ò con li Vicesecreti &c. quòd officium † Secreti, & Magistri Secreti, de quibus etiam habes infra in cap. 335. Regis Alph. d. tom. 5. non est aliud nisi Procurator Cæsaris, vel Camerarij, latius dixi in d. cap. Regni 63. Regis Iacobi, addo Matth. de Afflict. in d. cōstit. Regni, officiorum tit. 58. de off. Magistri Camerar. vbi in effectu tam officiū prædictum Camerarij, quàm Magistri Camerarij, & tam prædicta officia Magistri Secreti, & Secreti reducit ad vnum, & iddem, idest ad officium Procuratoris Regis ad benè regendum, & gubernandum res, & iura ipsius Regis,
sentijt hoc iddem Andr. de Ysern, ibidem, & licet ipse Affl. hoc non teneat, quia dicit, hoc non puto verum, stante quia ipse sentit quod offitium Magistri Camerarij sit offitium Magistri Porto-
5 lani † de quo officio habes tactum supra in cap. 32. Regis Federici, tom. 3. vt in Apulia, & in Calabria tamen, quicquid sit, iam ipse Afflict. conclusit hos omnes Offitiales vocari Procuratores Regis tot. tit. ff. de offit. Procurat. Cæsaris, idem Affl. in constit. Regni, præsenti lege, de offit. Secreti in rubr. 59. & Administratores etiam cum libera, prout in alio loco supplet idemmet Affl. in constit. Regni, Dohanæ, nu. 13. de offit. Secreti, vbi ait posse vendere bona Fisci, & erogare eleemosinas pro animabus illorum, quibus successit Fiscus, & loquitur de Secreto, subdens, nu. 14.
6 quòd non habet merum imperium † vel dicas quòd offitium Magistri Camerarij, vel Magni Camerarij sit ille, qui videt rationes omnium offitialium dixi superius, num. 3. & 4. An vero isti Ma-
7 gistri † Rationales habeant exemptionem munerum, & excusentur à tutela dixit Bart. in l. libertum, ff. de excusat tutor. Marius Muta V. I. D.

De pœna Offitialium contrauenientium Regijs ordinationibus. Cap. LXI.

ET si per auuentura alcuno delli nostri Officiali, ò Notario della Corte nostra presuma attentar alcuna cosa contra di questa presente nostra ordinacione, volemo che sia priuato dell'officio, & paghi vnci cinquanta di pena, la quale debba esigere per parte della nostra Corte il nostro Nobile Giustitiero, al quale cōcedemo la quarta parte per fare l'esecutione.

HIc finit materia incepta à cap. 58. vsque huc, vide ibidem, quæ latissimè posui, & propterea nihil oportet adducere, ne repilogē eam supra posita in dictis locis.

Quòd nullus ab vntijs decem extrahatur à suo territorio. Cap. LXII.

AD escludere ogni esaccione illicita, che li nostri populi non siano di spesi, & affanni grauati, anci quello, che per poco si può esequire, non si facci con molti incommodi della parte, prouediamo, & comandiamo, che niuno di qua innante sia estratto fuori del suo territorio à causare, ò vero litigare

principaliter, pretermisso il suo Giudice ordinario, per causa, che sij di vnci dieci à basso, & questo tanto nelle cause ciuili, & criminali, eccetto in crimine læsæ Maiestatis, & altri graui delitti, delli quali conosca principalmente la Gran Corte, eccettuato anco per raggion di contratto, ò delitto, ò domicilio, & per causa, dellaquale sia lite, delli quali si resti alla disposicione della legge commune.

SVMMARIVM.

Extrahi nullus debet à suo territorio pro litigando, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nisi in crimine rebellionis, num. 1. item vbi adest contractus, & delicti in loco, num. 3 4.

Rebellionis in crimine potest Princeps ipse offensus cognoscere, num. 2.

Iudex in causa propria potest esse Rex in materia criminis lesæ Maiestatis, ibid.

Rebellionis in crimine licitum est iura transgredi, ibid.

Extrahi nullus potest à proprio loco ab vncijs decem infra, vel causis non excedentibus vncias triginta, nu. 3. & pro quibus. num 4.

Barones habentes primas caussas in ciuilibus, si ceperunt cognoscere, non potest superior se impedire nisi defectu retardata Iustitia, num. 5.

M. R. C. cum quolibet ordinario concurrit, num. 6 11

M. R. C. quoties residet in terris Baronum non dicitur extraordinarius, sed ordinarius Iudex. ibid. & seqq.

Actoris est electio vbi sunt plures ordinarij, coram quo velit comparere, ibid.

L. vnica C. quando imperat. remedium datum est in fauorem, non in odium, num. 7.

Vidua, pupilli, &c. trahit ad M. R. C. reos, non trahuntur. ibid.

M. R. C dum est in loco silent omnes alij Magistratus, num. 8 & seq.

Offitialis minor probibetur iudicare per maioris præsentiam, & quomodo, num. 8 & num seq.

M. R. C. adita, & præuenta prius abdicat ab alijs iurisdicionem. ibid.

M. R. C. assimilatur Soli, nu 9.

Magistratus minor non silet per maioris præsentiam, num. 10.

M. R. C. habet vniuersalem iurisdicionem, num. 11.

Parrocchioni possunt percipere sacramenta, etiam in Ecclesia Cathedrali sine licentia Parrocchialis Sacerdotis n. 12. 13. & quid cum coæquali Curato, & Parrocchiano num. 14.

Episcopus concurrit cum quolibet Curato, & in quibus. ibid.

Parrocchiani tenentur confiteri proprio Parrocchiano, & Curato ibique sacramenta percipere etiam Rex. n. 13.

Parrocchiani tenentur ad decimas, Parrocchiano, ibid.

Beneficialis Curatus potest dare licentiam suis Parrocchianis vt confiteantur, & sacramenta percipiant coram alio beneficiali, nu. 14.

Sacramenta Ecclesiæ, an, & quando possint percipi per Parrocchianos in alia Parrocchia. ibid.

Princeps dominus concurrit in exercitio cum vassallo num. 15.

Papa beneficiorum omnium dominus concurrit cum ordinarijs collatoribus, num. 16.

Beneficijs in conferendis præuentioni locus est, ibidem.



Ide in sua materia in cap. 442. Regis Alphonsi ampl. 3. tom. 5. vbi mentionem facio de hoc textu, per quē disponitur ꝙ nullus † extrahi po-
1 test extra suum territorium ad causandum, seu litigandum (de quibus terminis scripsisse recordor in Commentarijs Consuet. Panhormi cap. 3. sub num. 1.) principaliter prætermisso suo Iudice ordinario, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, exceptuato crimine læsæ Maiestatis vt hic, quasi dicatur quòd Iudex ordinarius in hoc crimine sit

Te a propriè

propriè Princeps ipse offēsus,& M.R.C. cognoscit, vt hic ibi, conosca principalmēte la Gran Corte,& scripsi supra in d. cap. 48. num. 78. quia licet quis regulariter in causa propria iudex esse non debeat, nec possit l.1. C. ne quis in sua causa cum similibus tamen in Papa, Principibus, Regibus, & similibus est licitū,vt scripsi in commentar.Consuet. Panhor.cap.fin.versic.infero ex his,&in cap.35.Regis Iacobi,nu.20.tom.1.& supra in cap.31.in 4. obseruantia hoc eodem nostro tomo, & præsertim circa hoc crimen læsæ Maiestatis, ex quo est vnum de specialibus istius delicti, vt
2 Princeps † offensus procedere possit contra huiusmodi reos, ita dixit vberrimus Criminalista Farinac. in suo tractat.de crimin.læsæMaiestat.quæst.118. §.4.num.11.& seq.post Marsil.Gugliel. de Cun. Alex. Boss. & alios, Decian. in tract. crimin.cap.38.num.1. cum seqq. lib.7. hoc enim nascitur ex immanitate delicti, super quo, & supplentur per ipsum Principem omnes defectus, vt ex Cepoll.cons.17. num.43. cum seq. Decian.vbi supra cap.43.num.13.Farinac. in tract de clausul. in clausula supplentes est,& in d.tract.de crimin.læsæ Maiestat.d.quæst.118.sub num.10.subdens num. 39. quòd etiam receditur à regulis iuris,licitumque est iura transgredi, ex Decian. Barbat. & Mantua, & sic iste est vnus de casibus hic exclusis, &
3 in casibus etiam, vbi adest contractus † vel in casu delicti loci, aut domicilij & pro re, de qua verteretur lis, in quibus casibus seruetur dispositio iuris communis, prout hic habetur,& videtur esse conformis textus in cap.392.eiusdem Regis Alph.d.tom.5.vbi illud, quod dicitur de vncijs decem, ampliatur ad vncias triginta, & sic in causis non excedentibus vncias triginta, nullus à proprio loco extrahi debet, etiam non obstante constitutione statuimus, cui per illud capit. 392. derogatur, & cuilibet alij dispositioni contrariæ (argumento eorum,quę dico in hoc proposito in cap. 418.eiusdem Regis Alph.post principium eod.tom.5) intelligendo dumtaxat
4 † vt hoc priuilegio vtantur officiales in capite, qui tenentur sequi Curiam, & sine licentia non possunt discedere,tempore, quo actu, & personaliter seruiunt Curiæ, intelligendo etiam totum corpus M.R.C.exceptis tantum commissarijs. porterijs, scriptoribus, & seruientibus, prout in d. cap. 392.(ex his quæ ponò in multis casibus de nō recedendo illicētiatis infra in cap.523.dicti Regis Alph.sub versic.dum autem, eod. tom. 5.)Et ad propositum huius nostri textus faciunt ea, quæ adnotaui ad capit. 72. Regis Serenissimi Alphonsi. nu.33.cum seq. tom. 4. vbi dixi esse concordantem hunc textum cum aliquibus Regni Capitulis ibi adductis, & præsertim cum capi.Ritus 177.& cum d.cap.392.quem videas, & supplet Boniorn.in locis cita-
5 tis,qui ait quòd si Barones† habent primas caussas in ciuilibus de iure per tradita supra in cap. 10. si ipsi ceperunt de ea cognoscere, tunc superior non cognoscit, nisi defectu retardatæ Iustitiæ Affl.in §.si quis, tit.de pac.tenend.& in constit. Locorum Baiuli, V.I.D. de Giglio in d.Rit.177.vbi ex eod. Afflict. & alijs in d.constit. Statuimus, & in Constit.Honorem, dicit quòd si Prorex cum M.R.C.vadit ad terram Baronis habentis merū,& mixtum imperium,primas, & secundas causas vt in d. cap.10.tetigi à n.14.cū seqq.& in proœmio Ritus,nu.
6 3 & 4 & 7.tunc quòd M.R.C.ipsa † concurrit cum quodlibet ordinario & ibi Montalt. & Gugliel. de Perno in tract. de Principe col. 9. And. de Ysern. in d. constit.statuimus,ibi in versic.an sit verum, in tit.de offic.Magistri Iustitiarii, libr.1. vbi ait quòd quoties M. C. residet in terra Baronis,non dicitur extraordinarius Iudex, sed ordinarius, quāuis etiam alij officiales illius sint ordinarij, subdens quòd quādo in aliquo loco sunt plures ordinarij,electio est actoris, coram quo velit agere. Bentuerum
7 quòd hoc fallit in remedio † l.vnicæ,C. quand.Imperat. inter pupill.& vid.quia si isti priuilegiati conueniantur, est eorum electio dicere, nolo conueniri coram M.R.C.sed coram meo ordinario, ex quo ipsis illud remediū datum est in fauorem, ergo non in odium debet reuerti, est igitur in eorum potestate, vel litigare coram ordinario loci, aut consentire in M.R.C.in loco existente, etenim omnes sunt Iudices principis, & sic subdit ibidem Yser.post Odoffred. quòd magnum est illorum priuilegium, ex quo trahunt inuitos aduersarios coram Principe, sed ipsi non trahuntur inuitè, concludendo quòd in alijs quàm priuilegiatis M.R.C. cognoscit de omnibus causis,dum existit in loco,quæ sunt pulchra, & notanda, & quoad prædicta, nempè quòd quando M. C. est in loco, possit cognoscere, adducitur ratio, quia

silens

8 silent omnes alij magistratus minores † vt dicit ipse Iser. & minor officialis prohibetur iudicare per maioris præsentiam, l. in hac, C. de Donation. & §. non valent, Authent. de defensor. Ciuit. quæ intellige quando per electionem actoris esset prius adita M.R.C. nam aliàs non prohibentur alij Officiales tunc enim tamquam præuenta, & adita abdicat ab alijs iurisdictionem, l. si quis postea ff. de iudic. & sic possunt esse plures ordinarij in locis, quorum si vnus præuenlator, qui est maior, cessant alij, quemadmodum est ipsa M.R.C. quæ assimilatur

9 Soli † vt dicitur in d. constit. Regni, honorem, tit. 41. de Magistr. Iustitiar. lib. 1. vbi quoties M.R.C. intrat in aliquam Ciuitatem, vel locum, silere debent alij Magistratus ibidem inferiores existentes, donec ibi ipsa M.R.C. resederit nempe quia, subdit ibi textus, minori lumine per luminare maius superueniens, obscurato, vnde infert ibidem gloss. quòd maior causa trahit ad se minorem, l. per minorem, ff. de iudic. l. quoniam, C. de ordin. iudic. l. prius, C. de Accusat. l. fin. C. de his, qui ad Eccle. confug. licet realiter ius commune di-

10 ctet quòd minor † Magistratus per maioris non sileat præsentiam, vt in d. constit. Statuimus, & per Oddofredd. in l. 4. C. de Palat. sacr. lib. 12. & ita indies videmus, & sic dictæ constitutiones & iura videntur loqui quando sic præceperit ipsa M.R.C. vt inferiores scilicet iurisdictiones, eo interim dum ipsa est in loco, iustitiā non exerceant, ea est ratio, quia habet vniuersalē iurisdictio-

11 nem † vt dixi in d. proœmio Ritus, nu. 4. addo Luc. de Penn. in l. fin. C. de veteran. libr. 12. vbi hinc esse dixi quòd concurrit cum quolibet ordinario, & quæ tango infra in cap. 22. Incliti Regis Ioannis declaration. 6. tom. 6. sicuti legi-

12 mus de Parrocchianis† qui possunt percipere Eucharistiæ Sacramētum, & alia Sacramēta in Ecclesia Cathedrali apud proprium Episcopum, etiam sine aliqua licentia Parrocchialis Sacerdotis quia Episcopus concurrit cum quolibet Curato, Abb. in cap. cum super, num. 9. de Sepultur. per gloss. in cap. 2. de pænit. & remiss. lib. 6. Chassan. in Cathalog. Gloriæ Mundi, par 4. conside. 47. quamuis non concurrat cum ordinario in iurium Parrocchialium perceptione, vt ibi per eum, regulariter enim tenetur

13 vnusquisque † confiteri Episcopo propriæ Parrocchiæ eius; Curato Parrocchiano, ibique Sacramenta percipere, etiam Rex, & ita obseruauit præcipiendo quolibet anno in festo Paschatis semper Illustrissimus, & Reuerendissimus noster Archiepiscopus Cardinalis S.R.E. Don Ioannettinus ab Aurea, vt ait gloss. & Abb. in cap. omnes Principes de Maiorit. & obedientia, qui subdit quòd etiam decimas soluere tam prædiales, quàm personales tenentur, Io. Bertachin. in suo repertorio in verbo, Rex. fol. meo, 326. col. 4. cum æquali es-

14 set siquidem necessaria licentia † v.g. in Parrocchiano, cui si est concessa licentia per Curatum, vt possit alibi confiteri peccata, intelligitur de Sacerdote, qui sit eiusdem qualitatis, cuius est concedens, itaut si concedens gerat curam animarum, teneatur confiteri caram gerente curam dictarum animarum, ex gloss. in cap. omnis vtriusque sexus, de penitēt. & remission. Iason. in l. si per errorem, nu. 8. ff. de iurisd. omn. iudic. Surd. cons. 280. nu. 7. libr. 2. (argumento eorum, quæ demonstrabimus infra, dante Domino, in capit. 542. Regis Alphonsi, circa obligationem Cameræ quando possit prorogari, tom. 5.) sicuti

15 diximus quòd Princeps† & sic Dominus concurrit in exercitio cum vassallo, vt tetigi remissiuè supra eod. in d. cap. 10. versic. si igitur, ibi quarto n. 17. cū seqq. Doctores in cap. Dudū. §. Nos igitur de præbendis, & ibi Archidiacon. & Ioan. Andr. qui concludunt fontem semper esse maiorem riuo, qui ab ipso fonte procedit, Grammat. voto, 28. & cons. 72. in principio, in criminalibus, Ant. sola in Decretis Subaudiæ, gloss. 1. in verbo. subditos, nu. 7. Vasqu. in tract. de succes. creation. §. 17. nu. 88. lib. 1. Natt. consil. 487. nu. 24. & seq. Rolland. cons. 1. num. 134. & seq. vol. 2. & ita etiam post Rip. tradit Surd. consil. 152. vbi horum me-
16 minit, nu. 17. vol. 2. Sic Papa † vti beneficiorum omnium Dominus concurrit cum ordinarijs collatoribus, cap. 2. de Præbend. Puteus decis. 48. nu. 7. & 8. lib. 3. propter conferentis ampliorem prærogatiuam, Surd. vbi supra, capit. 2. de Præbend. in 6. clement. 1. vt lit. pendent. gloss. & DD. in cap. cum in cunctis, §. si. de elect. Ludouic. Sacca responsi. 3. num. 8 & 9. libr. 1. & præuentioni locus est, vt ibidem.

Marius Muta.

Di

De solutione soluenda Prasonerijs à Castellanis, Cap. LXIII.

VOlemo, & comandamo che nel pagamento delli carceri si osserui il Capitolo per la nostr'Eccellenza fatto nel general Parlamento di Siragosa, cioè che tanto in Castello, quanto in altra parte, doue siano carcerati, non si paghi, eccetto tarì vno per homo, per raggione di presonia, quantumque ci dorma, ò stia molto tempo. E se alcuno Castellano presumesse il contrario, perda la paga di vn mese, la qual ci sia ritenuta per il Vicesecreto, applicando alli commodi della nostra Corte. Dat. in vrbe Panhormi per Nobilem Bartholomeum de Iuenio, militem Regni nostri Siciliæ, Cancellarium, Consiliarium, familiarem, & fidelem nostrum dilectum. Anno Dominicæ Incarnationis 1402. Die vltimo Nouembris, xj. Indicionis, Regnique nostri dicti Regis Aragonum anno Sexto, & dicti Regis Siciliæ Anno vndecimo.

DIctum est supra in cap. 12. Regis Federici, versi. pernoctantes (vbi facio mentionem de alio capitulo 38. huiusmet Regis, cuius hic fit mentio) com. 2

Pragmatica de Carnagijs non exigendis à transeuntibus cum eorum animalibus. Cap. LXIIII.

MARTINVS &c. vniuersis, & singulis Comitibus, Baronibus, feudatarijs, & alijs, ad quos spectat, Consiliarijs, familiaribus, & fidelibus nostris, gratiam &c. Nonnullorum subditorum nostrorum quærimonia nuper percepit nostra celsitudo, quòd aliqui Barones, seu feudatarij dicti nostri Regni Siciliæ à transeuntibus cum eorum animalibus per forestas, & feuda eorundem, carnagia, immo, quod deterius est, nonnulla animalia transeuntium eorumdem auferre temerariè præsumunt, & ipsos transeuntes indebitè molestare; Quod minus molestè ferentes, cum Constitutione Illustrissimi Principis Domini Regis Federici III. Excellentissimi Siciliæ Regis diuæ memoriæ, quæ incipit Abusionem magistrorum forestariorum, &c. caueatur, quòd Comites, Barones, feudatarij, forestarij terram habentes, prætextu carnagij, vel herbagij in terris eorum à transeuntibus cum eorum animalibus per forestas, & terras ipsas pretium, vel animalia non debeant exigere, vel auferre, sed eos

cum animalibus eorum permictant liberè pertrãsire, & per duos dies, & noctes transeundo morari, & etiam pernoctare, quam constitutionem omnino volumus obseruari, prout eiusdem Serenissimi Principis Regis, Federici III. constitutione in parlamento generali Siracusis celebrato, reminiscimur cõfirmasse, vobis, & vestrum cuilibet iniungendo mandamus, quatenus, iuxta tenorem Constitutionis eiusdem, animalia quælibet transire omnimodo permictatis, & si expedierit per duos dies, & noctes transeundo in eisdem morari, & etiam pernoctare, nihil propterea ex animalibus ipsis ratione carnagij, herbagij, aut alterius diri ctus quomodolibet exigendo, consuetudine, seu qualibet obseruantia in contrarium forte seruatis, quæ potius posset dici corruptela, nullatenus obstaturis. Et si secus inde feceritis, quod non credimus, pœnam vnciarum centum nostræ Cameræ applicandam quilibet contrauenjens nouiter irremissibiliter incurrat. Volumus tamen, quòd, si quis aliquod ius contra præmissa habere prætendit, illud, coram nostra Maiestate compareat, allegando, cui Iustitiæ complementum mandabimus ministrari, formam nihilominus interim præsentium omnino seruando, in cuius rei causa præsentes exinde fieri iubsimus, nostro maiori sigillo in dorso munitas. Datas Leontini, Die 13. Nouembris, primæ Indicionis 1407. REX MARTINVS.

HAbes supra dictum in capit. 23. Regis Federici, vbi adduxi similia capitula Regni concordantia, tom. 2. de quo hic fit mentio, & transit hic Boniorn.

Quòd non audiantur petentes bona Rebellium concessa per Regiam Maiestatem alicui fideli Regio. Cap. LXV.

COnsiliarij, familiares, & fideles nostri. Nuper assertione quærula Tuluchij de Tropea de Leontino, familiaris, & fidelis nostri percepit nostra Maiestas, quòd cum nobilis Bartholomea de Alagonia, vel alius nomine sui, super quodam tenimento domorum sito in eadem terra Leontini in quarterio castelli noui, quod posidetur ad præsens per Tulucchium ipsum, seu per viam concesionis, seu alienationis sibi factæ dudum per Serenissimum Dominum Regem Aragoniæ genitorem nostrum præclarum, dum in hoc Regno resideret, & nostram Maiestatem, prout in priuilegijs per dictum genitorem nostrum, & nos de eis eidem Tulucchio factis, clare liquet, contra eundem Tulucchium intendat causare, siue facere quæstionem, vsque

ad petitionem nobilis præfatæ coram vobis in vestro iudicio dictum Tulucchium citare fecistis, propter quod volentes super his vobis, & vnicuique vestrum, id, quod est intentionis, nostrique propositi, patere, fidelitati vestræ, vestrorumque cuilibet districtè mandamus, quatenus super his, cæterisque similibus, & rebus, bonisque à rebellium nostrorum manibus, & proditorum per eundem Dominum genitorem nostrum; siue nos inde ablatis, nostrisque fidelibus, & præcipuè dicto Tulucchio, vel per viam concessionis, vel alienationis, seu quocumque modo concessis, & præcipuè dicto tenimento domorum, ad petitionem dictæ nobilis Bartholomeæ, vel alterius nomine sui, volentes contra fideles nostros, & præcipuè dictum Tulucchium, quibus, vt præmittitur, eadem bona fuerunt concessa, quæstionem causare, siue domandam, super eisdem bonis audientiam præstare nolitis, vel lites huiusmodi tales admictere, cum sic scienter, & expresse mandemus, & velimus. Data Leontini 15. Octobris, primæ indicionis Anno Domini 1407. REX MARTINVS.

Videte, quæ tetigi supra in cap. 27. Regis Iacobi, nu. 18. & seq. tom. 1. & latius in capit. 48. amplisation. 8. huiusmet nostri Martini Regis, vbi est materia sua.

Commissio Regis Martini per quam fecit Reginam Blancam Vicariam, & quòd voluit, quòd ageret, & in quibus haberet iurisdicionem.
Cap. LXVI.

MARTINVS, &c. Præsentium tenore notum fieri volumus vniuersis, tam præsentibus, quàm futuris quòd inter alias regiminis nostri curas, illud præcipuè nobis occurrit, quòd tam in nostra præsentia, quàm in absentia prædictum nostrum Regnum Siciliæ salutari regimine, & tenacissimo vinculo laudabilis administrationis, in cuius sinu optatæ pacis status acquiescat, cura vigili gubernetur. Itaque dispositi, diuina fauente gratia, à prædicto Regno nostro personaliter discedere, & ad Regni Aragonum partes personaliter nos conferre nostra, nostrique dicti Regni Siciliæ, ac Reipublicæ cōmoda peracturi, vt prædictum Regnum custodia, gubernatione, ac regimine de bono in melius gubernetur, ad consortem nostram Reginam Blancam, consortem nostram carissimam, nostræ mentis aciem dirigentes, credentes indubiè quòd ipsa, auctore Deo, dictum regimen, & singulas eius partes prouidè, & commodè gubernabit, ipsius Regni, nostrorum fidelium populorum tenacissimæ

fideli-

fidelitatis vinculo coadiuuante, ante factam Reginam Consortem nostram in dicti Regni regimine tam in Ciuilibus, quàm in Criminalibus, & Ciuium quibuscumque causis, & administrationibus, de certa nostra scientia, quandiu à dicto Regno Siciliæ fuerimus absentes, statuimus, & ordinamus, facimus, & creamus omni via, & modo, quibus efficacius dici potest, tribuentes dictæ Reginæ, tamquam Vicariæ, vt supra, liberam, & absolutam potestatem cum mero, & mixto imperio, omni iurisdictione, & libera administratione præscriptum regimen, omnemque iurisdictionem tam ciuilem, quàm criminalem, & omnes alias caussas exercendi, gubernandi, administrandi, & procurandi, ac vniuersos, & singulos reditus, & prouentus habendi, recolligendi, & recolligi faciendi ipsos reditus, & ipsorũ partes, si opus fuerit, & sibi videbitur, ad triennium tantum pignorandi, vendendi, obligandi illis modo, & forma, & conditionibus & pro illis pecuniarum, & rerum summis, quibus eidem Reginæ commedius visum fuerit, & ipsius Regni prouentus in eiusdem Regni custodiam, salutem, conseruationem, & regimen ad distractionem, & arbitrium Reginæ præfatæ liberè conuertendi, & expendendi, officiales quoslibet constituendi, ordinandi, mutandi, suspendendi, & alios in locum ipsorum, quos mutare, vel suspendere prouidebit, statuendi, & eos iuxta merita corrigendi, & quęlibet alia faciendi, quæ nos ipsi facere possumus, si essemus in eodem Regno personales. Volentes, & mandantes, quòd omnes, & singuli Castellani, Capitanei, Officiales, Comites, Barones, Magistri Rationales, Portulani, Viceportulani, Secreti, Vicesecreti, ac Officiales quicumque, nec non gentes armorum, vniuersitatum, Ciuitatum, terrarum, & locorum dicti Regni, & offitiales vniuersitatum earundem, tam nostri Sacri Demanij, quàm aliorum Comitum, & Baronum, & singuli populi dicti Regni, eidem Reginæ circa præmissa, & quodlibet præmissorum, obediant, pareant, & intendant, atque assistant in omnibus, & per omnia, tamquam nostræ propriæ Maiestati, quoniam ipsi Reginæ erga præmissa omnia, & ipsorum singula, vices nostras concedimus & commictimus per præsentes. Nos enim sub fide nostra Regia promittimus habere ratum, firmum, gratum, & acceptum totum id, & quicquid ipsa Regina circa quæquæ prædicta, & præmissorum quodlibet duxerit exequendum. Et propterea prænominatis subditis, officialibus, & fidelibus nostris harum seriem iniungimus, & mandamus, quatenus eandem Reginam in Vicariam nostram, vt prædicitur, habentes, & firmiter per-

Vu tractantes

tractantes, ipsius iussionibus, & ordinationibus, & mandatis quibuscumque, tamquam nostris proprijs, omni debita obedientia: sub pæna nostræ indignationis, obedire, parere, & intendere cum executione debita procurent, & debeant infallibiliter absque ambiguitate quacumque. Nam de certa nostra scientia prædicta, & singula suprascripta cum dependentibus connexis, & emergentibus ex eis, obseruari, & debitum subueniri effectum omnino volumus, & iubemus. In quorum omnium testimonium & certitudinem has nostras litteras patentes exinde fieri iussimus, nostro magno sigillo in dorso, & signo consueto corroboratas. Data Cathaniæ. Anno Domini 1408. 13. Die Augusti, primæ indicionis.

SVMMARIVM.

Rex potest creare in Vicariam Reginam eius consortem, quandiu absfuderit à Regno. nu. 1. cum seqq.

Vicariatus constitutio non est perpetua, sed temporalis, & potest reuocari, esto quòd datus esset perpetuus. n. 2. & seq.

Episcopus potest quando vult reuocare suum vicarium etiam perpetuo factum, num. 3.

Vicarius constitutus per Principem intelligitur tam in ciuilibus quam criminalibus. & collata est omnis potestas, etiã cum mero, & mixto imperio, nu. 4. & num seqq.

Vicarij plures creati à Regibus recensentur. nu 5.

Locumtenens Principis Superioris habet merum imperium, & potest imponere pænas corporales, num. 6. & sic criminalem potestatem, num. 10. cum seqq. pluribus.

Vicarius habet iurisdictionem ordinariam. voluntariam, & contentiosam, nu. 7. & seq.

Vicarius Papæ, & Episcopi est ordinarius, & non delegatus si est generalis in tota Diæcesi aliàs non. nu. 8 & 9.

Vicarius Principis potest deportare. n. 11.

Vicarius generalis Principis potest omnes caussas infra sanguinem expedire, concedere represalias, securitates, guidatica, pænas componere nu. 12. maximè stante mandato speciali nu 12.

Procurator constitutus cum libera, omnia potest facere, nu 14. & seq.

Procurator cum clausula. promisit habere ratum, gratum, & firmum, dicitur habere liberam administrationem, num. 15. & 33. & an possit donare, num. 16. vel remictere, nu 17. & quid ex causa remunerationis, nu 18.

Procurator cum libera an possit donare, vel remictere debitum liquidum, vel compromictere ibid.

Mandatum cum libera restringitur per verba toties quoties expedierit, & ipsi procuratori videbitur nu 19.

Et quid si essent alia verba ampla ibid.

Clausula si opus fuerit, in procuratorijs priuatis imporeat necessitatem secus in regijs: nu. 20.

Verba in procuratio, circa præmissa, & præmissorum quolibet, restringunt potestatem ad expressa nu. 21.

Vicarius Principis vel Episcopi quicquid facit, ipsi Principi vel Episcopo attribuitur nu 22.

Locumtenens & Vicarius potest expedire causas etiam suo superiori commissas, si sit constitutus non ab eo, sed ab illius superiore nu. 23.

Vicario principis debetur obedientia prout ipsi Regi, nu. 24

Et idem honor num. 26. & quæ sit ratio, num. seq.

Locumtenentis siue Vicarij, & Domini vnum & idem est Tribunal n. 27.

Intellige si sit constitutus in tota iurisdictione ibid.

Vicarius si sit cõstitutus in tota iurisdicione habet ordinariam potestatem, aliàs, delegatam nu 28.

Locumtenentes generales. Vicarij gubernatores, &c. in consilio habent locum

post

post primum Præsidentem, nu 29.

Vicarius Principis potest omnia facere, quæ Princeps ipse, nu 30.

Eiq; competit plenitudo potestatis, si sit concessa, ibid.

Vicarium Principis offendens, incurrit crimen læsæ Maiestatis, sicut si Principem offenderet nu. 31.

Amplia etiam si offensio ex priuata inimicitia processerit, ibid

Farinacij opinio in trac de crim. las. Maiest q. 117. nu 41, reijcitur nu. 32.

Clausula, promittens habere ratum, & c. apposita in procuratorijs importat liberam potestatem nu 33. & an ita constituens teneatur simpliciter stare facto suo procuratoris siue fiat legitime siue non. nu. 34.

Clausula promittens, &c. restringitur tantum ad specificata etiam stante iuramento, nu 35.

Iudex causæ principalis est etiam Iudex causæ incidentis nu. 36.

Declara & limita vt nu. 40. 41.

Iudex etiam incompetens potest punire testem coram se falsum deponentem, num. 37.

Falsitas instrumenti producti si fuerit à parte opposita, debet prius super ea pronunciari, esto quod de ea incidenter agatur nu. 38.

Causa principali deligata, censetur etiam delegata omnis ea quæ venit accessioris, & consequtiuè ad illam nu. 39.

Vicarius Generalis, vel Præsidens constitutus à Prorege, seu locum tenente Regis in casu eius absentiæ, vel mortis an indigeat confirmatione regia nu 42.

Prorex ex clausula cum libera, & generali administratione, &c. videtur constitutus Procurator cum facultate substituendi nu. 43.

Vicarius generalis si sit cōstitutus à Principe Superiore, potest substituere, secus si ab inferiore, & quæ sit ratio n. 44.

Proreges in Regno iustis causis subsistentibus ex D. Regum permissu solent substituere, nu 45.

Vicarius inferior à Papa non potest sibi constituere Vicarium, nisi habeat in mandato, vel ex causa probabilis & necessaria nu 46.

Præfectus Prætorio potest constituere sibi Vicarium nu. 47.

Prorex in Regno maior est auctoritate Præfecto Prætor. nu. 48.

Pragmatica prima, & secunda de officio Proreges declarantur nu 49.

Tex in cap. 68. Regis Martini pondera-tur nu 50.

Prorex si moriatur non facta substitutione, Regnum gubernabitur per Magistrum Iustitiarium, & S. Consilium nu. 51. & per quem literæ signari, & quomodo subscribi debeant per Protbonotarium, & Secretarios ibidem.

Magister Iustitiarius tantam potestatem habet quantam totum S. Regium Consilium nu 52.

Consensus Episcopi, & Capituli semper interuenire debent non obstante quod Capitulum faciat maiorem numerum, & partem nu. 53.

Magistro Iustitiario absente, tota iurisdictio residet penes Sacrum Consilium, num. 54.

Locum tenens M. Iustitiarij non habet eandem auctoritatem ipsius nu. 55.

Pragmatica est stricti iuris, ideo non extenditur, ibid.

Officium M. Iustitiarij habet suam formam regionius à Regibus statutam, quem transgredi non licet nu. 56.

Et est præheminentius alijs, & quare vocetur hoc nomine ibid.

M. Iustitiarius idem est dicere ac Procurator Regis, & eius officium hodie est extinctum, & è Præsidis M. R. C. qui dicitur locum tenens M. Iustitiarij, num. 57.

D. Rex Constituit Locum tenentem M. Iustitiarij, nu. 58.

Locum tenens an possit dare licentia vni Iudicum M. R. C. quod regat Curiam nu 59 & in quibus ipse repræsentat M. Iustitiarium ibid & quæ sit ratio, quòd in totum non repræsentat nu. 63.

Causa commissa officiali, non transit in eius locum tenentem nu 60.

Capitulum mortuo Episcopo in quibus succedat nu 61.

Legatus de latere non potest vacante Imperio assumere iurisdictionem gubernandi Imperium quia illa residet penes Pontificem, nu. 62.

S. Consilium potest eligere Præsidentem, eique relaxare potestatem quam habet gubernandi Regnum, & quibus ex causis nu. 64

Pactum futuræ successionis cum consensu eius, de cuius hæreditate agitur, valet, num. 65.

Vicarius Episcopi ab ipso creatus eo mortuo reuocatur, & eius officium deuoluitur ad Capitulum nu 66.

Et quid si esset creatus cum autoritate Episcopi, & capituli ibid.

Cardinales sine summo Pontifice iuris-

dictionem non habent nu.67.

Consilium Principis, esto, quod habeat Regalia, non potest tollere prouisionem factam à superiore nu.68.

Officiales si non sint criminosi remoueri nõ possunt nu.69.

Fœmina à quibus actibus repellantur, num.70.

Theodosia vxor Iustiniani consilium dedit nu 71.

Fœminæ si sint Reginæ possunt leges condere nu.72.

Rex an possit substituere eius filium in Regem vel Vicarium nu.73.remissiuè.



HOC capitulum, siue hæ literæ potestatis cum alijs duobus subsequẽtibus est connexum, & spero in eis tractare grauiora, & Regia negotia propter altitudinem materiæ, & transibo per modum certorum notabilium.

NOTO in primis, ibi Reginam Blan
1 cam, quòd Rex † discedens ex aliqua
Regni parte, alioque iturus, quandiu
fuerit absens, potest creare Reginam
consortem suam Vicariam, vt hic, ideo
que ponitur, illud, quandiu ad demon-
strandum quod constitutio Vicariatus
2 † non est aliter perpetua, sed tempora-
lis, & potest reuocari esto quòd esset
datus perpetuus, ita Bald. cons. 328.
Quæritur si Rex num 2. lib.1.esto quod
esset promissum non reuocare, argu-
mento procuratoris, de quo dixi in
commentar. Consuet. Panhor. cap.16.
num.5.& in cap.19. Regis Alph nu.20.
& in capit. 53. Regis Iacobi num. 47.
3 argumento etiam Vicarij Episcopi †
ita post Calderin. Castrens. & alios po-
suit Illustrissimus Cardinalis Tuschus
in littera V. conclus.191 cum similibus
quos adduxi in d cap.53.Regis Iacobi,
& ita de multis Vicarijs constitutis ab
Imperio, & in Italia testatur Cuman.
consil.158.num 2. qui facit mentionem
de multis priuilegijs larissimis,quæ ipse
vidit, & Bald cons.326.lib,1.idem Cu-
man. cons. 162. Bart. in tract. de tyra-
maud.num.34.idem Cuman.cons. 157.
Ludouic. Roman. cons. 59. prout habe-
bat Vicecomes Ioannes Galeaz.Medio-
lani Dux, & Vicarius Imperij. Bononiæ
Thadæus Pepulus Vicarius Papæ, Ve-
ronis Grancanis de Scala Vicarius Im-
perij, Atimini Malatesta, Fani Pan-
dulfus Malatesta, & tam in ciuilibus,
4 quàm in criminalibus negotijs, † & Gi-
uium, vt textus hic ait, qui vehemen-
ter in hoc dubiũ præbet sicut, & quem-
libet alium Vicarium, cui per istam
Constitutionem Vicariatus, vt in hoc
capitulo, intelligitur iam collata li-
bera, & absoluta potestas regiminis,
cum mero, & mixto imperio, omni
iurisdicione, ac libera administratione,
omnisque iurisdictio, omnisque alia ex-
ercendi causa, gubernandi, adminis-
strandi, & procurandi, reditus, & pro-
uentus habendi, recolligendi, & recol-
ligi faciendi, cum potestate etiam pi-
gnorandi, vendendi, obligandi, (ad
triennium tamen tantum more rerum
Ecclesiæ, vt videbimus paulo inferius)
& prout hic disponitur per istam Vica-
riatus constitutionem, & est vnus de
casibus vltra illos quinque notatos in
cap.9 Regis Iacobi, tom.1. de quo præ-
senti casu remitto me ad dicta supra in
capit. 1. post principium hoc eodem
vol.3. eis modo, & forma dictæ Reginæ
Vicariæ constitutæ beneuisis, subdens
textus noster, cum potestate conuer-
tendi liberè ipsius Regni prouentus ad
arbitrium prædictæ Reginæ, cum pote-
state etiam Officiales quoslibet consti-
tuendi, ordinandi, mutandi, suspen-
dendi, aliosque in ipsorum locum sta-
tuendi, cum larga potestate quælibet
faciendi, quæ ipse Rex constituens si
ipsam Vicariam facere posset, si esset in
Regno, vt hic disponitur diffusius, &
tangam in 2. notabili; Cum istis tamen
ordinationibus, & regulis impositis,
ordinatis, & relictis, huic Reginæ, quæ
sunt notata in infrascripto cap. subse-
quenti 67. vbi datur norma circa Con-
cilium Sacrum assistendum pro seruitio
ipsius Reginæ, & Regni, & circa expe-
ditiones litterarum, aliasque similes
5 ordinationes, ita Federicus † qui fuit
Vicarius Regis Iacobi, vt in Geneolo-
gia Regum legitur tom. 1. sic fecit Fe-
dericus II. qui constituit Petrum eius
filium Locumtenentem prout in rubric.
Capitulorum ipsius post cap.117.Regis
Federici, tom. 2. & post capit. 4. & 5.
eiusdem Regis Petri, & per ea, quæ
scripsi supra in cap. 8. versic. prædicto-
rum, vbi pono de potestate Proregis &
quibus nominibus vocetur, & infra in
cap. 1. Regis Catholici Ferdin. nu. 30.
tom. 7. vbi loquor de Rege hoc Marti-
no, Rege Ioanne, & Rege Roberto.

Ideo

Ideoque dixit textus hic, ibi, potestas
regiminis, cum mero, & mixto impe-
6 rio, quia iam de iure Locumtenens †
ipse Principis habet merum imperium,
ac potest imponere pœnam corporalē.
licet secus est in Locumtenente Prin-
cipis inferioris, vt dixit Bald. in Auth.
sed nouo iure, C. de seru. fugit. Bartol.
in l. 1. §. his quibus, ff. de legat. 3. Alex.
in l. 1. col. 19. ff. de offic. ordin. & propte-
rea paulo ante in hoc textu habetur,
de potestate ei data, non dum in ciuili-
7 bus, stante quia Vicarius † habet iuris-
ditionem ordinariam ex quo interpo-
nit decreta voluntaria, & contentiosa,
vt ait Bald. in sua Margarita in verbo
Vicarius ex Innoc. in cap. G. perpe-
tuus de offic. Delegat. & per Cardinal.
in Clement. 2. quæst. 4. de Rescript. Bar-
tol. in l. ne quicquam §. vbi decretum
in 2. lectur. col. 3. versic. item fallit ra-
tione absentiæ, ff. de offic. proconsul.
& legat. & in l. 1. col. 3. ff. de off. eius cui
8 mandat est iurisd. sicut de Vicario †
Papæ, & Episcopi de quo legimus quòd
est ordinarius, & non delegatus, cap. 2.
& ibi gloss. in verbo offitiali de con-
suet. in 6. vbi DD. & in cap. licet, de off.
Vicar. in 6. gloss. in cap. perlectis dist.
25. & in Clem. 2. de rescript. & per tra-
dita ab Alex. in rubr. ff. de offic. eius,
cui mand. est iurisd. & in l. & quia ante
finem, ff. de iurisdic. omn. iudic. vbi po-
9 nit illam distinctionem quando † est
generalis in tota Diæcesi aliàs non, Car-
dinalis in Clem. 2. q. 5. de rescript.
cap. pen. de offic. Vicar. latè Ioannes
Bolognett. in rubr. ff. de offic. eius cui
mandat. est iurisdictio, num. 58. cum
seqq. ex Alex. in l. 2. C. de offic. eius,
qui Vic. alic. Iud. Clar. in §. finali,
10 quæst. 40. sed etiam in criminalibus †
quia concurrit cum dictis, & tactis per
DD. in l. 2. vbi Paul. de Castr. in fine,
ff. de offic. eius, cui mandat. est iuris-
dic. Bart. & Bald. in d. l. 1. §. pen. ff. de
legat. 3. & ibi subdit idem Bart. quòd
11 hac de causa † potest deportare, & sine
ista potestate non posset proferre sen-
tentias corporales, l. 2. cum gloss. in
verbo agitare, & ibi Bart. C. de offic.
eius, qui Vic. alic. Iud. idem Bartol.
in l. obseruare in princ. cum l. sequenti,
ff. de offic. proconsul. & legat. Bald. in
Auth. & omnino col. 5. C. ne vxor pro
marito per l. suggerente, C. de offic.
eius, qui Vic. alic. Iud. dicens quòd
12 Vicarius † generalis potest omnes cau-
sas infra sanguinem expedire, subdens
quod hac de causa potest concedere re-
presalias, securitates, & guidatica, &
cætera similia ad Regem spectantia,
vnde est quod potest componere pœnas,
etiam à iure taxatas, & in delictis gra-
uibus quicquid scripserit Paul. de Castr.
cons. 130. incip. notandum &c. maximè
quando adest mandatum speciale, vt
13 hic ad causas criminales † nam tunc
de criminibus cognoscet, Bart. in l. 1.
§. cum Vrbem, col. 2. ff. de offic. Præf.
vrb. gloss. in cap. 2. de off. Vicar. in 6.
Ioann. Andr. & Innoc. & Hostiens. in
cap. ad nostram 2. de iureiur. & in cap.
laicus de for. compet. Rot. Roman. de-
cis. 69. in nouis, Paul. de Castr. qui
loquitur in Locumtenente in l. 2. in fin.
ff. de off. eius, cuius mand. est iurisd. vbi
latius Purpurat. Bart. & Bald. in l. 1. §.
pen. ff. de leg. 3. ad similitudinem pro-
curatoris constituti cū libera potestate,
14 † vt hic ibi, liberam, & absolutam po-
testatem, & iterum ibi, & libera admi-
nistratione, & ibi, libere conuertendi,
quia si in procuratorio satis prodest, &
per dicta verba apparet libera concessa
administratio, vt post Bart. & alios tra-
dit Andr. Tiraquellus in tract. de re-
tract. lignag. §. 1. gloss. 13. num. 33. post
Cyn. Bart. Salicet. Bald. Raph. Fulg.
Ioann. Andr. Abb. & alios. Iason in l. si
procurator, in 3. not. nu. 11. C. de pro-
curator, vbi quod isto modo plena po-
testas venit, & per text. in l. procura-
tor, cui generaliter, ff. eod. l. creditor,
§. lucius, ff. Mand. l. inter bonorum, ff.
de administr. tutor. etenim non obstan-
te quòd nullus homo videatur conce-
dere liberam, nisi exprimat, l. quam
Tuberonis, § alia, ff. de pecul. Bald. in
cap. contingit de transact. tamen hic
iam apparet de libera, nedum de æqui-
pollenti. Sicut libera etiam videtur
concessa administratio, quando in
mandato dictum esset, quòd possit om-
nia, quæ dominus facere posset, vt hic,
ibi, quæ nos ipsi facere possumus, d. §.
lucius, & ibi Bart. & in l. 1. vbi gloss. ff.
de offic. procurat. Cæsar. Bald. in l. vlt.
C. de bon. mater. & DD. omnes vbi su-
pra citati in d. l. procurator, Anton. de
Butr. & Geminian. in cap. ad agendum,
de procurator. in 6. Angel. in § ad hoc
prohibemus, versic. quæ possent, Au-
thent. de Collator. Philipp. Dec. in cap.
intelleximus, col. 7. de iudicijs. Vant.
in tract. de nullitat. tit. ex defect. inha-
bilit. num. 77. Sicut quando in manda-
to dictum esset, quod nomine nostro fa-
ciat

ciat quicquid velit, nam libera venit administratio concessa, vt ait idem Ias. in d.l.si procurator loco citato ex Bald. in l.fin.C. quod cum eo, Sicut quando esset dictum quòd habeat mandatum ad faciendum quicquid viderit Domino expedire ex Bald. in tit.de pac. Constant. col. 34. verbo, nomina, in fine, & colligitur ex hoc textu, ibi, commodius visum fuerit, Sicut si esset positū, quòd habeat talem potestatem ex Angel.in l.illud, §.si talis, ff. de minor. Sicut quando esset dictum quòd possit vti tamquam re sua, vel quod ponit eum in locū suum, quia dicunt DD. quòd intelligitur constitui procurator in rem suam, & cavetur hic, ibi, tamquam nostræ propriæ Maiestati ex Bart. & alijs in l.qui quadraginta, ff.ad trebell.& in l.si procuratorem, §.fin.ff.Mand.& in l. planè, ff. famil. hercisc. Angel.in si cum emptore, ff. de pactis, l. sed si tantum, ff.eod.faciunt dicta in cap.36.n.5.Regis Iacobi, supra tom. 1. & in cap.116.Regis Caroli, limit.9. tom 8. Sicut quando est promissum habere ratum, & firmū quicquid per procuratorem actū, & gestum fuerit de quo subdam latius inferius hic, num. 33. quanto magis in procuratorio sic constituto in personam consortis Serenissimæ suæ Reginæ, quæ consequenter ex tali libera potestate poterit donare, transigere, renunciare, maximè stante illa clausula de qua tangam inferius in 3. notabili, scilicet promittendo habere ratum, gratum, & firmum, quæ verba, & clausulæ
15 quotica sunt in aliquo quocumque † procuratorio generali posito, potest procurator cum dicta libera potestate, vt tetigi superius num. 14. & pulchrè ait Dec.cons.305.iuridicam in fine post Bart.in l.1.vers. quæro secundum Petr. & Cyn.ff.de offic.Procurat. Cæsar. Felin. in cap licet de offic. ordinarij cum similibus, idem Dec.cons.493. col. pen. maximè stante iuramento ex Bartol.in l.procurator, cui generaliter,ff.de procurator l.creditor,§.lucius, ff. mandat. Alex.cons.20.lib.6.idem Bart.in l.mandato generali ff.eod.tit. de procur. Bal. in l.illud, ff. de minor. idem Alex. cons. 22.lib.1.& consil.44.eod.libr.2.cons 28. libr.6.cons.133.eod.cons 96.libr.2.facit Bald.& Angel.in l.quod si nolit,§ si quis ff.de ædilic.edict.Cepoll.cautel. 115. & per ea, quæ etiam posui supra in capit. 72. Regis Federici in 3. notab. num.5. tom.2.pulchrè Iason in d. l. si procurator, sub d. num.12. C. de procurat. per gloss. 2. in cap. contingit de transact. gloss. in cap. per tuas, de Arbitr. & in cap. constitutus, de religios. domib. Bart.in d.l.si procurator, & Angel. in l. inter procuratorem, ff. eod. Paul. de Castr. in d.l. quam tuberone, §. alia, quamuis dixerit Iason vbi supra quod talia verba sint superflua, cum tacitè intelligantur per gloss. paruum in verbo, ratum d. l. si procuratorem, Angel. in l.si procurator, ff. de condic. indeb. Ludouic. Roman. in l. in prouincsali, §. 1. ff. de oper. nou. nunciat. & in l. qui bona, §.si alieno, ff. de damn. infect. Gemin. in cap. qui ad agendum, Speculat. in tit de procurat. §. 1. versic. item op poniter, Petr. Cyn Bald. Salicet. Alex. & alij de quib. per ipsum Iasonem loco citato, Canonistæ in cap. ex parte Decani, de rescript. Et licet ipse Dominus Iason nu. 12. dicat quòd quando adest hæc clausula supradicta, de qua hic, nempe, promittens habere ratum, gratum, & firmum &c. quòd scilicet omnia teneantur constituens ratificare, tamen ipse Iason loquitur quādo esset dictum, promicto habere ratum, gratum, & firmum, quicquid legitime fuerit gestum à procuratore, quod non est hic, sed tantum est dictum, ibi firmum, & gratum, & acceptum totum id, quicquid, & quantum ipsa Regina circa quæque prædicta, & præmissorū quodlibet duxerit exequendum, & sic non dixit cum illo adiuncto, legitimè, & ita intelligitur gloss. in Clem. 2. de procurat. & in cap. relato, 2. q. 1. Speculat.tit.de procurator §. ratione autē formæ, versic. item excipitur Ludouic. Roman. Bartol. Ant. de Butr. Bald. Salicet. Ioann. Faber. locis citatis per ipsum Iasonem d. num. 12. qui dixit loquendo generaliter in procuratore, quòd aliter poterit repelli procurator tamquam non habens legitimum mandatum, vbi idem subdit quando esset dictum in mandato, quòd non intendit per illud obligari, nisi vtiliter contrahat secundum Bald. in rubr. C. de executor. col 2. & in cap. quod translationem de offic. delegat. in 6 col. versic. quæro &c. licet regulariter sit contra
16 quòd non possit donare † nec renunciare, vt per Bart. in repetit. l. 1 ff. de offic. procur Cæsaris, num 4. Dec. cons. 402. in causa, num.9.per l.contra iuris, §.si filius, ff. de pact. l. filiusfamilias, ff. de donat. Bald. in l. si procurator, versic. conclude,

conclude, C. de procurator. & in cap. cum olim il primo, versic. nûquid procurator, de offic. Delegat. cum similibus cumulatis per ipsum Decium, Iason in l. Præses prouinciæ, num. 12. C. de transact. vbi iddem dixit de debito
17 liquido † quod nec remittere potest, licet regulariter habens generale mandatum cum libera possit gratis remittere, & compromittere, vt Adnotauit Apostill. ad Bart. in l. si vnus §. si filius, ff. de pact. elt verum quòd ibidem Iason in d. l. præses loquitur quando adest generale mandatum cum libera, quia licet tantum valeat, quantum particulare, vt post Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod iussit, l. si duo, ff. de admin. tutor. Bald. in l. nam, & nocere, & ibi gloss. ff. de pact. Alex. conf. 133. col. 1. vol. 6. cum similibus tradit Soccin. Iun. consil. 148. in causa, lib. 1. tam in contractibus, quam in iudicijs per text. in l. nam, & nocere, & ibi Bald. post Iason, & Alexand. ff. de pact. d. l. procurator, cui generaliter, & ibi Ricchar. & Alberic. ff. de procurator. Dec. conf. 493. col. 1. & conf. 690. col. 10. Afil. decis. 305. nu. 4. & in constit. Regni, si quis in posterum, quæst. 3. Cotta in Memorial. incip. procurator generalis, Carol. Ruyn. consil. 93. num. 6. lib. 5. Fœlin. in capit. nonnulli, §. sunt, & alij de rescript. Iason Mayn. in l. indebitum, in 2. notab ff. de condit. indeb. Alex. conf. 243. col. 2. lib. 6. l. mandata, vbi gloss. & Bartol. ff. de procurat. Ioann. Fab. Paul. de Castr. Abb. & alij, de quibus per Andr. Tiraquell. in tract. de retract. lignagier. d. §. 1. d. gloss. 13. num. 32. tamen dicit ipse Iason in d. l. præses, non procedit ista æquiparatio quo ad donationem, & remissionem debiti liquidi. Est verum
18 quòd potest ex caussa remunerationis † donare, vt est communis opinio, de qua post text. in l. filius in princ. ff. de procurat. Bart. in l. ambitiosa, nu. 3. de decret. ab ordin. faciend. tradit Carrocc. in tract. de locat. & conduct. tit. de mercede remuneratoria, nu. 70. & per Aret. conf. 24 in 3. dubio & tanto magis, quia hic Serenissimus Rex Serenissimæ Reginæ coniugi suæ remisit omnia ad eius arbitrium, ibi, ad discretionem, & arbitrium Reginæ præfatæ, &c. & ibi & si opus fuerit, & tibi videbitur, & ibi, prouidebit nam per hæc omnia in arbitrium ipsius Vicariæ collata fuerunt, vt subdit ipse Dec. nu. 17. & 18. & licet Do-
19 ctores velint quod † mandatum cum libera datum Procuratori videatur restrictum per verba toties quoties expedierit, & ipsi procuratori videbitur, vt ait post Bartol. in l. si sic, ff. de legat. 1. & in tract. ad reprimendum, & in l. creditor, §. lucius ff de Mand. Ant. de Butrio in cap. quærenti de verbo. signif. Dec. d. conf. 493. viso tenore col. pen. tamen hic adsunt alia plura verba in ampla potestate posita maximè quia libera potestas semper apparet restricta in custodiam, salutem, conseruationem, & regimen huius Regni, vt hic, per l. 2 ff. mandat. cap. cum expediat, de electron. in 6. & ibi gloss. cap. non solum de regul. iur. in 6. cap. Magnæ, de vot. cap. aliud 11. quæst. 5. Bald. in cap. 1. §. inter pares, de lege Corradi, cap. 2. de iurament. calumn. in 6. Bartol. in l. si sic. ff. de legat. 1. l. fideicommissaria, ff. de fideicommissar. libert. & in tract. ad reprimendum in verbo, videtur, & in l. creditor, §. lucius, ff. Mandat. Ant. de Butr. in cap. quærenti, de verbor. signific. cũ similibus citatis per ipsum Dec. vbi, num. 20. & 21. facit de illis verbis
20 hic positis, ibi, si opus fuerit, per quæ † loquendo in alijs procuratorijs particularibus, & non regijs, videtur importare necessitas per tradita in l. 1. ff. de iustit. & iur. l. thais. §. sorore, ff. eod. tit. de fideicommissar. libertatib. Adiunctis illis alijs verbis hic, ibi, circa præmissa; & quodlibet præmissorum;
21 quia † quodammodo videtur restricta potestas circa ea, quæ dicta sunt, vt post Corn. conf. 130. incip. quamquam in hoc, col 9 vol. 3. versic. nec possumus dicere cum concordant. tradit Soccin. Iun. conf. 22. lib 3. Isto etiam modo obseruant Illustrissimi, & Excellentissimi Proreges in Regnis, qui in casu similis absentiæ substituunt, eligunt, & commendant Locumtenentem personã loco sui, sic scripsi in commentarijs consuet, Panhormi cap. 68. num. 81. & tetigi infra in cap. 4. Regis Caroli sub versic. Magna, tom. 8. & inferius in 4. notabili addo Dominum Don Marinum de Gregorio, olim in hoc Regno F.P. & mox electũ Præsidentẽ C.S.R.C. in consilio suo impresso, quod edidit Ann. 1602. in personam Primogeniti Excellentiæ Illustrissimi Domini Proregis Ducis Maquedæ, vbi num. 40 determinat posse Viceregẽ in casu absentiæ, infirmitatis, vel mortis, constituere Præsidentem, ne careant Regna Rectore, & ita alias fuisse concessum per

Catho-

Catholicos Reges Duci Monrileonis, Ioanni de Vega, Don Garsiæ Toledo, & Comiti de Lemos Proregibus vtriusque Siciliæ, & Marco Antonio Colũna, qui profecturus in Insulam Melitæ substituit Principem Syllæ, & in Proregibus vltra sarum adducit ipse sic fuisse seruatum in personâ ipsius de Toledo, & Don Caroli la Noya, qui substituit Comitem Sanctæ Seuerinæ, sic in Duce Albæ, qui substituit Cardinalem de la Cueua, & Andreas de Oria, qui similiter substituit Ioannettinum eius filium in Classe bellica, & ita nedum, vt dixi, de iure, verum etiam de consuetudine seruatur quòd Vicereges possunt constituere Præsidentes, Vicarios, siue Locumtenentes in Regno, vt scripsit etiam Aponte cons. 55. nu. 54. idem Don Marius de Gregorio, num. 54. 78. 79. 80. cum seqq. & ita nouissimè dixit idem Io. Franc. de Ponte in tract. de Potestate Proregis, tit. de Assensibus Regis, §. 6. num. 1. fol. 329. vbi loquitur de ipso Comite Lemos, qui dum Romam profectus fuit pro obedientia præstanda Summo Pontifici Clementi VIII. nomine Catholicæ Maiestatis Regis nostri Philippi III. reliquit loco sui cum particulari commissione Illustrissimũ D. Don Franciscum de Castro eius filium secundò genitum, quem similiter aliàs idem pater, & Prorex tempore infirmitatis creauit suum Locumtenentem, & Gubernatorem, & demum patre mortuo fuit per eandem Catholicam Maiestatem confirmatus, & gubernauit per anni spacium Neapoli, vt refert ipse Aponte, qui facit etiam mentionem de dicta creatione filij primogeniti Ducis Maquedæ in hoc Siciliæ Regno, & realiter illa electio, quam fecerunt dicti Illustrissimi Proreges Patres in personas eorum filiorum coadiuuatur authoritate Bald. in l. aliquando, ff. de offic. Proconsul. vbi quòd pater potest ex causa deputare filium suum Viceregentem de Aponte nu. 12. & nu. 5. 6. & 7. & seq. dat rationem, quia Vicarij Regis sunt personæ in suprema dignitate constitutæ, repræsentantes in omnibus cum amplissima potestate ipsum Regem, obid licita est eis substitutio, prout ibidem in sequentibus numeris tradit, ea etiam ratione, quia ipse Vicerex dicitur procurator generalissimus Domini Regis ad negotia, consequenter potest alium loco sui substituere, & deputare per text. in l. si procuratorem, §. 1. ff. mandat. & ita aliàs sic fuisse seruatum, & indicatum vt testatur ipse Aponte, nu. 13. qui qui adducit consimilia vera, & latissimè ad saturitatem videbimus inferius in d. 4. notabili ¶ Noto etiam ex hoc eodem primo notabili quòd Regina non habet regulariter dignitatem proprio iure, sed à suo Rege serenissimo, cuius gaudet priuilegijs, & præeminẽtijs, ob quod dicitur Augusta, vt posui supra eod. in d. cap. 8. num. 28. & ex traditis etiam in cap. 33. supra, nu. 5. & de Nostratibus sic scripsit Guglielm. de Perno in tract. de Regina, & Rege, col. 2. inferendo ex Cyno in l. si quis, in fine, qui testam. facer. possunt, quòd si v. g. nuberet inferiori, perdit dignitatem, nomenque Reginæ, l. cum te, C. de nupt. quod videtur concordare cum ijs, quæ dicit Guid. Papæ quæstio. 349. in hac regia, vbi ait quòd mulier nobilis si nubat viro plebeio assumit plebeiam conditionem, intantum vt eo mortuo illam retineat, donec alteri viro nobili nubat, l. feminæ, vbi Bart. & Alberic de Rosat. §. 1. ff. de Senatorib. Riminald. Iunior cons. 44. cum aliàs, libr. 1. & licet Tiraquell. in tract. de nobilitate cap. 18. nu. 40. fol. 145. dicat quòd immo eius vir efficiatur nobilis, maximè quando talis nobilitas fuit dotata, intellige tamen de vxore nimis nobili, vt dicit Iacob. Menocch. cons. 226. num. 14. vol. 2. & de hac Nobilitate aliqua ponit Matth de Affl. in proœmio Constitution. Regni fol. 19. col. 2. sub nu. 15. & 16. vbi ait quòd & si omnes simus ex Adam, & Eua, non tamen eadem nobilitate, & sic non est vera opinio quòd nobilitas sit ex genere sic versus

„ *Si pater est Adam si cunctis mater, & Eua,*
„ *Cur sumus haud omnes nobilitate pares?*
„ *Degenerant homines vitijs, fiuntq; minores,*
„ *Exaltat virtus, nobilitatque genus.*

vt post Bartol. in l. 1. C. de dignitat. libr. 12. ait ipse Afflict. qui subdit post Hostiens. in cap. venerabilis de præbendis quòd qui disputat de Nobilitate progenitorum, disputat de nobili stercore vel luto, ex adductis per eum, quæ non sunt præsentis speculationis, & ob id transeo ad alia notabilia textus nostri.

NOTO secundo, ibi, & qualibet alia faciendi, quæ nos ipsi facere possumus, &c. de quo tetigi in proximo no-
22 tabili† quod quicquid fit per Vicarium Principis, vel Episcopi. attribuitur ipsi Principi vel Episcopo Rolland. à Valle cons. 86. nu. 12. cum seq. libr. 1. Marcabr. cons. 13. nu. 131. cum seq. Cæphal. consil. 329.

539. num. 14. cum seq. Natt.cons.661.
num.14 cum seq.l.vicarijs,& l.præcipi-
mus,C.de Appellatio.l.1.§.omnia enim
merito &c. C.de Appellation.l.1.§.om-
nia enim merito , &c. C. de veter.iur.
enucleand.de quo textu recordor scrip-
sisse in Consuet.Panhormi cap.11.Curt.
Senior cons.19.col.9.in fine,Paris.cons.
1.nu.2.vol.2.Soccin.Iun.Rolland.& alij
de quibus per Surd.consil.1.nu.27. vol.
1.Archidiacon.in cap.fin.de offi. Vicar.
in 6.Guglielm.de Perno in d.tractatello
23 de Regina col.4.vnde infertur quod† po
test ipse Locumtenens, & Vicarius ex-
pedire etiam caussas suo superiori com-
missas , si sit constitutus non ab eo , sed
ab illius superiore Innoc.in capit. super
quæstionem, col. 2. de offic. Delegati ,
Bald.in Margarita in verbo, commissio
vers.fin Abb.in d.cap.venerabili de of-
fic. delegat. Bertacchin. in verbo com-
missio part.1.fol. 185. infertur etiam ,
24 consequenter † quòd Vicario Principis
debet præstari obedientia,acsi ipsi Regi
ita hic, ibi, volentes,& mandantes quia
apparent concessum per has literas Po
testatis huic Serenissimæ Reginæ con-
25 cessas, ratione quia † reputatur pro eo-
dem tribunali cum Domino principali,
licet differat In aliquibus, vt notant Do-
ctores in cap.romana.de Appellation.in
in 6.& ibi Ioann.Andr.in Nouella , col.
26 3. ideoque videmus , quod † Vicarius
Generalis siue Locumtenens sic debet
honorari in loco, & sessione , & in alijs ,
sicuti is cuius vices gerit,l sed si hac, §.
semper, & ibi Alex. & Bald. ff. de in ius
vocand. Ioannes Bertacchin. in repetit.
cap.grandi, de supplend.negligent.Præ-
lat.libr.6. Andr.Barbat. in cap. sanè , &
ibidem Abb.& in cap.cum olim de offi.
delegat. Hostiens. in proœmio suæ sum-
mæ, Canonistæ in cap.præcipimus, dist.
93.Ludouic.Roman. in singularib. suis,
incip. Vicerector,Alexandr. de Imol.in
rubri.ff.de offic.eius,cui mandat. est iu-
risdictio, col.8.& parcat mihi Dom. Io.
Franc. de Leonardis in praxi , officialiũ
Regni Neapolis cap.1.nu.13. & 14. qui
dixit quòd Locumtenenti non exhibe-
tur ille honor qui præstatur Regi , ex
Bald.& Alex.in l. adoptiuum §. semper
ff. de in ius vot. & propterea dicitur ,
27 quod † Locumtenentis, siue Vicarij, &
Domini vnum , & iddem est Tribunal
cap.Romani de Appellat.in 6.Bologne.
vbi supra, quando nempe est ita consti-
tutus in tota iurisdictione, vt hic , quia
Regina est subrogata cum absoluta , ac
libera potestate per l.sciendum, §.lega-
tus, & l.Vicarius, ff.delegat.§.prohibe-
mus Auth.de Collator.cap.1.& cap.fin.
de offic. vicar. in 6. aliàs facit diuersum
tribunal, vt subdit,& distinguit ipse Bo-
lognet. gloss. antepen. in clement. 2.de
rescript.Bar.in l.1.§.fin.ff.quis,& a quo
Bal.in rubr.extr.de offic.delegat.quæst.
10.Angel.in l.præcipimus C. de Appel-
lat.subdens quod tunc impropriè vocan
tur Vicarij, Viceregentes, & Locumte-
nentes , quia secundum quid represen-
tant argumento,& prout erant loci ser-
uatores particulares , de quibus per ip-
sum Bolognett.d.nu.59.§. eos, auth. de
mandat.princip.& §.nulla, Auth.de de-
28 fensor.Ciuit. †& isto casu nõ puto quod
habeat ordinariam potestatem , sed de-
legatam , sed tunc habebit ordinariam
quando est constitutus in tota iurisdi-
ctione representans in totum verum or-
dinarium,vnde ex dicta vera representa-
tatione oritur honor supradictus, & re-
uerentia , de quibus etiam pauca posui
infra in cap. 1. Regis Catholici Ferdi-
nandi, nu.37.tom.7.vbi recordor adno-
29 tasse quòd † post Primum Præsidentem
in Sacro Concilio habent locum ipsi
Generales Locumtenentes , Vicarij , &
Gubernatores &c. ex Chassaneo in suo
Cathalag. Gloriæ mundi part. 7. consi-
derat.10.vbi ait quòd post Primum Pre-
sidentem in Sacro Regio Consilio succe-
dunt dicti Domini Locumtenentes,Gu-
bernatores Patriarum,& Prouinciarum,
qui Rectores, legati, Vicarij, Præsiden-
tes, ac Vicereges vocantur ex Budeo in
l.si aliquam, ff.de offic.Proconsul. Phi-
lipp. Franch. in cap. grandi in 5. notab.
de supplend.neglig.prælator.l.præcepit
C.de canone largit.titul.lib.10.vbi Luc.
de Penn. vers. illud, & in l. eos C. de
Comitib. qui Prouinc. regunt , lib. 12.
l. 1. C. de offic. Vicarij , cap. 1. de offi.
Vicar.in 6.cap.vlt.dist.93. subdens ipse
Chassan.quod ex quo Regem represen-
tant, eiusque imaginem , debemus om-
nes ei obedire , ac reuerentiam adhibe-
re d.l.eos, & l.etiam C.de appellat. cap.
precipimus dist.63.cap.primum dist.94.
Goffred.in summ. de Maiorit. & obedi-
ent.§. reuerentia , Speculat. in tit. dele-
gato,§.2.Cepoll.Andr.Barulo,& multi,
& dicitur vtilis prout de directo,& vti-
li domino vt refert idem Bolognett. d.
nu.59.sub versic.si vero , quia in effectu
dicitur representans Principis personã,
quia dicitur eius imago , vt post Ludo-
uic.Roman.cons.59.nu.4.refert Tuschus
conclus.182.in verbo, Vicarius per tex.
in l.1.C.de offic. Vicar. & l. etiam C. de

appellation. vnde est quod potest omnia
facere, quæ potest potestas in cuius lo-
cum sunt à Principe deputati, & obli-
gati reuelare Principi, si reuelant eius
Vicario satisfaciunt edicto vt per Bald.
consil. 95. libr. 1. Clar. §. fin. d. quæst. 40.
facit quod ait Speculat. tit. de Delegato
§. restat videre, ver. quid si super, gloss.
notabilis in cap. 1. de offic. Vicarij, in 6.
& gesta vnius sunt alterius gesta secun-
dum gloss. in cap. 1. de Cappell. Mo. in 6.
idemque iuris disponitur in vno, quod
in altero, ex Cardinal. in clement. 1. & ibi
etiam gloss. de offic. Vicarij, vnde volue-
runt aliqui an dicatur fungi nouo offi-
cio, de quo per Bartol. in d. l. 1. §. hi qui-
bus, ff. de legat. 3. & propterea dicit
30 Surdus in cõs. 540. nu. 18. vol. 4. † quòd
Vicarius Principis potest omnia facere,
quæ Princeps ipse per d. l. 1. ff. de offic.
eius, Andr. de Ylern. in cap. Imperialem
de prohibit. feudi alienation. per Fede-
ric. idem Surd. cons. 281. nu. 1. & seq. vol.
2. cap. si Episcopus, 2. quæst. 6. Hinc di-
xit Ludouic. Rhodolphin. in tract. de ab-
soluta Principis potestate, cap. 2. num.
14. quòd. Vicario Principis competit
plenitudo potestatis, si ipse Princeps ex
tali priuilegio concesserit, ex Bald. cons.
267. nu. 8. vol. 1. & cons. 457. sub num. 3.
vol. 5. sentit Ludouic. Sacca Respons. 1.
nu. 269. vol. 1. Alex. cons. 84. nu. 5. libr. 1.
31 & † sicut qui offendit Principem incur-
rit crimen læsæ Maiestatis, sic in offen-
dẽte eius Vicarium, vt per Luc. de Pen-
na & Bott. scripsit Gigas de crimine læ-
sæ Maiestatis quæst. 14. lib. 1. per l. quis-
quis C. eod. Menoch. consil. 99. num. 48.
Capic. decis. 130. num. 49. Angel. & Sali-
cet. de quibus per Hyppolit. de Marsil.
cons. 1. nu. 20. Cuman. cons. 153. Rolan.
Iul. Clar. & alij de quib. per eundẽ Surd.
cons. 574. nu. 13. vol. 4. Præposit. Alexan-
drin. in cap. in primis, §. de persona q. 1.
nu. 21. Decian. in tract. crimin. cap. 5. sub
nu. 10. libr. 5. Andr. Gayll. in tract. de pi-
gnorat. obseruat. 5. nu. 7. Ioann. de Prat.
consil. criminal. diuersor. 9. num. 9. Nec
32 † placet mihi illa distinctio quam facit
Farinac. in tract. de crimine læsæ Maie-
statis quæst. 127. nu. 41. post dictos Do-
ctores, nempe vt non procedat quoties
offensio processerit ex priuata inimici-
tia, quia indistincte teneo quod tam si
ex priuata inimicitia quam aliter quo-
modocumque offensus fuerit, incurra-
tur dictum crimen læsæ Maiestatis eo
modo, & forma prout fuisset Princeps
ipse offensus, quia quomodocumque of-
fendatur semper rebellio incurritur Ca-
pic. d. decis. 130. num. 15 Boss. tit. de cri-
min læsæ Maiestatis, nu. 41. Bart. in ex-
tranag. qui sint rebelles, verbo, rebellan-
do Decian. capit. 4. libr. 7. & cap. 49.
num. 39.

NOTO tertio, ibi, nos enim sub fi-
de nostra Regia promictimus habere
ratum, firmum, & gratum, de quibus
verbis fit etiam mentio supra in capit.
72. nu. 5. & in 85. Regis Federici, tom.
33 2. vbi remissiuè tetigi, quòd † hæc clau-
sula, etiam quæ solet apponi in procu-
ratorijs importat liberam potestatem,
ita Bartol. in antiqua lectura l. si pro-
34 curator, C. de procurator. & † constitu-
ens debet stare simpliciter facto sui pro-
curatoris, siue fiat legitimè, vtiliter, si-
ue non, ita communiter in dies vide-
mus in omnibus mandatis procurato-
res constituentium, sic post Speculat.
Bald. Ioann. Andr. Abb. Bartol. & Iason.
ait Sebastian, Vant. in tract. de nullitat.
in tit. ex inhabilit. num. 112. Bald. ad
eundem Speculat. tit. de Procurator.
verbo, Clausula rati, cap. cum dilecti,
ibi gloss. de dol. & contumac. Est verum
quod Bartol. in l. 1. versic. quæro ff. de of-
fic. procurat. Cæsar. post Petr. & Cyn. di-
cit quòd si quis ordinauit procuratorem
& in fine instrumenti apposuit ista ver-
ba, promictens habere ratum, gratum,
& firmum quicquid per procuratorem
constitutum, & gestum erit quod per
hæc verba non videtur data libera ad-
ministratio, quia isthæc verba sunt ad
maiorem cautelam eorum, quæ supra a-
dicta sunt, & non videntur aliud de no-
uo inducere, (quod colligi ita apparet
ex præsenti textu nostro, ibi, circa præ-
missa, & quodlibet præmissorum) & ita
post Felin. & alios tradit Dec. cons. 305.
nu. vltima gloss. in l. si procur. absentem
ff. de procurat. nec aliquid speciale in-
ducit, & de com. opinione testatur ip-
se Dec. cons. 500. nu. 11. Iason in d. l. 1. ff.
35 de offic. procurat. Cæsar. esto † quòd ad
esset iuramentum, quia non obstante
quod adsit dicta clausula, promictens
habere ratum, gratum, &c. restringitur
tamen ad comprehensa, & specificata vt
post Geminian. Angel. Alex. Dec. Rot. &
multos refert, & sequitur idẽ Vantius
loco citato, nu. 114. adiunctis præsertim
alijs verbis hic, ibi, vices, & voces, &
cum suis dependentibus, & connexis. de
quibus verbis in materia Magistratu-
um, & Iudicum ponit Io. Ant. Bosell. ad
statuta Parmæ post multos, quos recen-

fet

ſet in tit. à quib. ſentent. appellar. poſſ. fol. 78. libr. 2. & rangam in cap. 2. Regis Philippi Secũdi verſic. etiam tom. 9 vbi loquor de Tribunali Conſiſtorij S.R.C.
36 etenim ille † Iudex, qui eſt cauſæ principalis erit Iudex etiam cauſæ incidentis, vt notant Doctores, in l. quoties C. de iudic. vbi Bald. ait quòd cauſa incidens deſeruit, & eſt de appendicijs primæ, l. ordinatij C. de rei vendic. cum concordantibus traditis per Ioan. Petr. Surd. conſ. 42. nu. 17. lib. 1. & conſ. 204. nu. 10. libr. 2. pet l. quoties, ibique Bald. & Iaſon, C. de iudic. vbi quòd hac ratione
37 ne poteſt Iudex † adhuc incompetẽs punire teſtem falſum deponentem coram ſe, vt recordor ſcripſiſſe infra in cap. 79. Regis Caroli ampl. 6. tom. 8. ex quo Iudex principalis cauſſæ eſt etiam Iudex annexorũ, vt modo dixi, addo eundem Surd. conſil. 498. nu. 15. 16. 17. vol. 4. Bartol. & Bald. & alios in l. nullum C. de teſtib. Angel. in repet. l. ſi vacantia, num. 130. C. de bon. vacant. libr. 10. Anchar. conſil. 172. Rolland. conſ. 12. num. 2. & ſeq. vol. 2. Boſſ. in tit. de falſ. num. 103. Marant. de ordin. iudic. part. 6. tit. de inquiſit. nu. 150. Clar. in pract. criminali quæſt. 38. num. 13. Catrocc. in cap. cum quid, part. 2. nu. 16. extr. de regul. iur. in 6. Dominus Carol. de Tapia in Adnotationibus eruditiſſimis ad iura Regni Neapolis ſub tit. Vbi de crim. agi oport. fol. 38. & 39. lib. 3. & prout limitani in d. ampl. 6. Regis Caroli loco citato
38 vnde † eſt vt ſi litigetur in iudicio de aliqua re, & producatur inſtrumentum, quod eſt ex altera parte oppoſitum de falſitate, & ſic eſto quòd incidenter agatur de ipſa falſitate, debet nihilominus prius pronuntiari, ſuper dicta falſitate, l. vbi, C. ad l. Cornel. de falſis, Matth. de Afflicto in conſtit. qui literas num. 3. Hinc dixit Abbas in cap. vt debitus col. 9. vbi etiam Philipp. Franch. relati per Marant. de ordin. iudic. part. 4. diſt. 6. principali, num. 31. fol. meo 124. quòd
39 quando † delegatur alicui cauſa principalis, cenſetur ſibi delegata omnis cauſa, quæ venit acceſſorie, & conſecutiuè ad illam cauſam delegatam, & tunc ratione dictæ dependentiæ, & connexitatis efficitur Iudex cauſæ, quam alias non poſſet cognoſcere, vt ait Innocc. in cap. cum M. Ferrarienſis, in fine, de Conſtit. Felin. in cap. ſuper litteris, de reſcript. Iaſon, Tiraquell. & alij relati per Surd. conſ. 280. num. 12. lib. 2. Immo eſto quòd haberet limitatam iuriſdictionẽ, nihilominus cognoſcet incidenter de quæſtione, quæ principaliter ad ſuam non pertineret Iuriſdictionem, vt ipſe ſubdit ex Bart. & Caſtrenſ. in l. ſolemus, §. latrunculator, ff. de iudic. Maranc. & alijs.
40 Prædicta tamen limitanda ſunt † niſi illud incidens ſit merè eccleſiaſticum, vt v.g. legitimitatis matrimonij in cauſa petitionis hæreditatis, vel profeſſionis: nam ſi Iudex cauſæ principalis ſit laicus, de illo incidente nullo modo cognoſcere poteſt, ſed debet ad Eccleſiaſticum iudicem remittere, & interim in cauſa principali ſuperſedere per text. in cap. tuam, vbi Anton. de Butr. Abb. & cæteri extra de ordin. cognit. cap. lator & capit. cauſam extra qui fil. ſint legit. Felin. in cap. cum ſit generale nu. 22. de foro competen. à Gamma deciſ. 194. nu. 162. & deciſ. 207. nu. 5. Vinc. de Franch. deciſ. 512. par. 3. vbi ſub num. 3. dicit adeò hoc procedere, vt debeat, imo cogatur ſecularis Iudex in cauſa hæreditatis iudicare ſecundum finem deciſionis Articuli legitimitatis coram Eccleſiaſtico iudice deciſi, allegat Anton. de Butr. in d. cap. lator in 6. not. & alios, idem Frãch. deciſ. 551. Dictum fuit par. 4. per totam. Et hoc ratione quia Iudex laicus eſt penitus incapax cognitionis incidentis merè eccleſiaſtici. Nam & ſi aliàs iudex incompetens ratione incidentis efficiatur competens d.l. quoties C. de iudic. l. 2. §. ad exhiben. illa tamen incidentia eſt modus tollendæ incompetentiæ, non autem incapacitatis, vt declarat Franciſ. Munnoz. de ratiocin. admin. cap. 7. num. 19. & 20. relatus per Stephan. Gratian. diſcept. forẽn. libr. 2. cap. 226. nu. 9. quos omnes refert, & ſequitur Dom. Don Franciſcus Rampolla eximius Iurcc õſ. in ſuis Annotat. ad d. l. quoties C. de iudic. vbi etiam declarat
41 hanc † limitationem procedere ſi quæſtio ſit iuris, ſecus ſi facti, allegat Bart. in l. Titia num. 5. ff. ſol. matr. Vinc. de Franch. deciſ. 36. nobilis quidam, & d. deciſ. 551. nu. 8. Iacob. Gall. in Reſponſ. pro D. Georg. Ferdinan. de Heredia impreſſo poſt vltimum Con. libri 3. M. Anton. Peregrini nu. 77. 78. 79. vbi plures congerit.
42 NOTO quarto an † Viccrex, Prorex, vel Locumtenens Regis conſtituens Vicarium generalem vel Præſidentem in Regno in vita ſua, vel veniens ad mortem indigeat confirmatione Regia? & textus infra in cap. 68. & finali videtur

tur dicere quòd valeat constitutio Vicariatus, vel Præsidentis, est verum quod illa confirmatio fuit facta, vt ibidem disponitur, ad tollenda dubia aliquorum, & ne verteretur in dubium an potestas data Vicario per Principem dum viueret, remanet adhuc in suo robore & virtute, morte sequuta, qua de causa ibi Rex Serenissimus Martinus Pater pro tollendo scrupulo, & ambiguitate, generalem potestatem datam per Regem Martinum filium Reginæ Blanchæ vxori laudat, confirmat, & approbat ad vnguem, ac si vixisset concedens ipse potestatem, ordinando subditis vt illi obediant veluti prius, & de hoc etiam tangam nonnulla in d. cap. 4. Regis Caroli tit. quod Viceree continuet in officio suo non obstante morte Regis & tetigi in d. cap. 1. Regis Ferdinandi d. tom. 7. sub d. versic. Magna, tom. 8. de quo memini superius in 1. notabili inter alias rationes adductas ab eodem Domino Don Mario de Gregorio in d. suo consilio impresso pro constitutione Præsidentis Excellentiæ Illustrissimi Ducis Maquedæ in personam sui primogeniti
43 Marchionis Elcis, est, quia † ex supradicta clausula cum libera, & generali administratione, & amplissima potestate videtur constitutus Procurator ipse Prorex in Regno etiam cum facultate substituendi per l. si procuratorē §. 1. ff. de procurator. cum similibus, non obstante quòd in huiusmodi procuratorio (& loquor generaliter quoad omnes procuratores) non fuisset concessa nec talis potestas substituendi, neque faciendi, nec creandi alium procuratorem, eo quia potest de iure facere, & constituere, vt est textus in l. in vsucapione, §. item adijciendum, ff. de diuers. & temporalib. præscript. & ita in puncto determinat Bartol. in d. l. 1. in fine, ff. de offic. Procurat. Cæsaris, vbi ponit quæstionem quòd si constituo te procuratorem ad vendendum librum, si tu constituisti alium, vt venderet, non possum retractare venditionem, & maximè si constitutio prima erat cum procuratorio generali, quia potest alteri committi, & refert Mart. Syll. Et licet ipse Bartol. subdat alteram limitationem, nempè non procedere quando esset electa industria personæ, prout habetur in d. §. item adijciendum, attamen ipse sublimitat quòd quoties Dominus permiserit hoc, valeat, & ita declarat pulchrè Bolognett. in d. rubr. ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisdictio nu. 63. cum seqq. vbi loquendo de constitutione Vicarij
44 Generalis dicit, quod † si constitutus est à Principe superiore, tunc valet, & potest substituere, & subrogare per d. l. 3. C. de offic. eius, qui vic. alter. gerit, l. 1. §. à præfectis, ff. de legat. 3. si vero est inferior a Principe regulariter prohiberetur ex §. nulla, in Auth. de defensor. Ciuitat. §. 1. Auth. vt nulli liceat habet. loci seruat, §. nulli, Auth. vt iudic. sin. quoq. suffrag. quia persona ordinariorum est approbata, & cognita à Principe per informationem captā, & iuramentū, Auth. iusiur. quod præstat. ab his, quæ non militant in Vicarijs, nam Princeps dat Magistratus, & Salarium vt benè gubernent, non vt dent operam lasciuijs, & similibus, de quibus per ipsum Bolognett. qui subdit, nu. 64. quod quoties tamen Princeps consentit, valet constitutio, & creatio Vicarij per l. à proconsulibus, C. de Appellation. d. l. 1. §. à præfectis, ff. delegat. 3. & maximè in præfectis prætorio, qui propter eorum eminentem potestatem possunt & subdam inferius per l. 1. C. de Offic. Vicar. d. l. à proconsulibus, quamuis non placeat ipsi Bolognetto, quia quanto sunt (dicit ipse) eminentioris dignitatis, tanto minus possunt substituere, ex quo grauiora eis concessa fuerunt, & rationes prohibitiuæ fortius militant in eminentioribus dignitatibus, cum grauiora eis commissa fuerint, ob id ergo semper intelligit quòd de consensu Principis superioris substituunt, vel de consuetudine prædicta, nu. 65. quæ forsitan subdit ipse, fuit introducta ex forma statutorum, Cardinalis in Clemen. 1. quæst. 19. de offic. Vicarij, & ita possu-
45 mus nos applicare, quòd ex quo † Diui Reges nostri semper permiserunt, & conniuentibus nedum oculis, sed expressè annuerunt, vt fierent similes substitutiones per Viceregess, vt ex prædictis colligimus iustis caussis subsistentibus, sed verum erit dicere, vt esto quòd in Regno, & in Proregibus sit electa industria personæ, negari tamen non potest quòd possunt, & solent substituere de permissu Principis superioris, non obstante quòd dicatur, quòd Locumtenens non possit alium Locumtenentem facere, vt ait Bald. in d. l. 1. §. à Præfectis ff. delegat. 3. argumento l. à Iudice, C. de iudic. l. Augustæ, ff. delegat. 3. Felin. & alij Canonistæ in cap. per tuas, de Maiorit. & obedient. & ita concludit Boer.

decis.

decis. 151, & 152. Barto. Iacob. de Sancto Georgio, Paris de Puteo, & Maynerius, de quibus per eūdē D. Marium de Gregorio, vbi supra num. 48. Paul. de Castr. in d. l. 2. ff. de offic. eius, cui mandat. est iurisd. Ioann. Bertacchin. in verbo Vicarius, quart. parte, & ita in simili
46 quod Vicarius inferior a Papa non potest sibi constituere Vicarium, capit. Clericus, de offic. Vicar. Cardinal. in Clement. 2. quæst. 5. de rescript. nisi habeat in mandato speciali, vt per Rot. decis. 381. Fuit dubitatum in nouis, Cardinalis in Clement. 1. quæst. 19. de offic. Vicarij, qui supradicti Doctores tamen cōcludunt quod ex causa probabili, & necessaria potest, vt tenet Hostiens. in d. cap. Clericus, Bald. in sua Margarita, verbo Vicarius, gloss. in cap. 1. eod. tit. in 6. & in Clement. 1. de Regularib. Bald. in l. fi. aliquando, col. 1. vers. tertio quæritur, ff. de offic. proconsulis, & ita subdit ipse de Gregorio vbi supra d. nu. 48. quòd in casu infirmitatis absentiæ, & alterius impedimenti potest Vicarius eligere Vicarium ex iuribus ab eo citatis, cui addo dicta supra eodem hoc nostro tomo in cap. 51. in 5. obseruantia, idem Don Marius, num. 121. 126. cum seqq. ex DD. & iuribus per eum allegati. Eo maxime quando ad breue tempus facta esset dicta cōstitutio Locūtenentis, vel Vicarij per aliū Generalem locumtenentem, vt dicit ipse Don Marius de Gregorio, nu. 55. ex gloss. in d. Clement. 1. de Regularibus. Immo si videmus, subdit ipse, num. 58.
47 quod † Præfectus Prætorio potest constituere sibi Vicarium ex iuribus per eum allegatis, & tetigi superius nu. 44.
48 quarto fortius in Prorege, qui † nedum illi æquiparatur verum etiam maior est authoritate ipsius Præfecti Prætorio per tradita supra in cap. 8. sub versic. prædictorum, & sic non solum ex consuetudine, & ex necessitate, ac vtilitate, verum etiam de iure potest Prorex substituere Præsidentem in Regno, vt ipse Don Marius concludit, num. 60. & ita semper
49 † fuit interpretata illa Pragmat. 1. & 2. vbi suppleui, tit. de offic. Proregis rom. 1. pragmaticar. nempe, vt habeat locum quando mortuo Prorege non est facta per eum prouisio de Præsidente in eius vita, vt ipse dicit sub nu. 95. & 96. 130. 131. & num. 132. ex quibusdam litteris Regiis emanatis Ann. 1571. 18. Iulij &
50 omnibus supradictis addo † textum à nemine hucusque adductum, qui reuera tollit omne obstaculum, nec indigemus eo viso, alijs allegationibus, & est infra in d. cap. 68. quod est vltimum huius Serenissimi Regis nostri Martini, per quod reuera apparet, quod Martinus Iunior veniens ad mortem, constituit eius Vicariam, & Locumtenentem eius coniugem Blancham, & generalē procuratricem in Regno, cuius Vicariatus electio, & relictio (vt ita dicam) fuit confirmata postea à dicto Rege Martino, & approbata per eius litteras Datas Barchinonæ die 7. Augusti 1408. pro tollendis dubitationibus quę oriri potuissent, an potestas per eum dum viueret, remaneret adhuc data in suis robore, & virtute in personam dictæ Vicariæ. Et licet prædicta habeant locum in casibus expressis supra nempe in quibus crearetur per ipsum Proregem alius Vicarius vel Locumtenens idest absentiæ, infirmi-
51 tatis, & similium, tamen si † (quod absit) nulla dispositione facta recederet ab hac vita nullo Præsidente relicto, iam tetigi in d. cap. 4. Regis, & Inuictissimi Imperatoris Caroli V. sub versic. casu quo, d. tom. 8. cum ibi citatis materijs suis locis sparsis, vbi quod dispositum est iam per dictam Pragma. Regis Ioannis Ann. 1465. vt nempe Magister Iustitiarius, & Regium Sacrum Consilium prædictum gubernium exerceant, & regant, beneuerum quòd signaturas, & litterarum subscriptiones debeat facere solus Magister Iustitiarius, licet conclusiones, & determinationes fieri debeant per omnes, aut partem de Regio Consilio, & in fine litterarum debeant Secretarij, & Prothonotarij dicere, Magister Iustitiarius, & Regium Consilium mandauerunt mihi &c. & sic ex vno latere præponderatur Magister Iustitiarius, & ex alio latere totum Sacrum Regium Consilium, vt ait Petr. de Gregorio in consil. 72. vol. 2. quod est impressum in d. Consilio, quod fecit ipse Don Marius de Gregorio F. P. in hoc Regno in personam Illustrissimi primogeniti dicti Ducis Maquedæ Ann. 1602.
52 tantam † enim habet potestatem totum sacrum Consilium Regium, quantum Magister Iustitiarius, & possum dicere non per capita, sed in stirpes, vt subaudit idem de Gregorio, num. 91 qui dicit non esse faciendam distinctionem per capita, sed Regium Concilium totum integrum reputatur vna persona, Bald. in l. 1. ff. de offic. Consul. & Magister Iustitiarius alia persona de per se,

Abb.

Abb.conf.57.num.1.& seq. lib.1.relatus ab eodem Don Mario, qui loquuntur in negotio gerendo per Episcopum,& Ca-
53 pitulum † nam semper debet interuenire consensus Episcopi, & Capituli, non obstante quòd Capitulum faceret maiorem numerum, & partem tetigi infra in cap. 231. eiusdem Caroli sub versic. noto, ibi tres, d.tom.8. & hæc forma in supradicta Pragmatica Regis Ioannis debet omnino seruari, aliàs non habet locũ, vt per ipsum de Gregorio,n.93.& prout pulchrè disponitur in d.Pragmatica 1.& 2.condita per Inclitum Regem Ioannem tit. de offitio Proregis tom.1. Pragmat.& quæ ibidem scripsi, vt meminit Petr.de Gregorio vbi supra & Io. Aloys.de Septimo in eadem Allegatione contraria similiter impressa in d. consilio Fisci Patroni de Gregorio, quamuis ipse Petr. de Gregorio ibi in principio asserat se non habere dictam pragmaticam, vbi casus suus erat quòd
54 † stante absentia Magistri Iustitiarij, tota gubernatio, iurisdicio, & administratio residear in persona d. Sacri Regij Consilij per iura, & DD. ab eo allegatos,tum quia accrescat,dicit ipse iurisdicio alijs, tum etiam quia interest Regi, vt absente dicto Magistro Iustitiario à Regno Sacrum Consilium administret, ne Regnum Rectore careat, vt in d. cap. 8. posui supra eod. limit. 2.
55 in tantum † vt non possit Regius Locumtenens ipsius Magistri Iustitiarij prætendere talem iurisdictionem, ratione quia Pragmatica sit stristi iuris, & de eo non loquatur,& per consequens ad aliam personam non extendatur,cui possum addere in puncto in hac materia pulchrè Guit, & Gugliel. in l. & si prætor, ff. de offic. eius cui mandat.est iurisdic. vbi dicunt quòd commissio facta alicui non extendatur ad eius Locumtenentem, Alex. in l.more, ff. de iurisd. omn. iudic. Additio ad Bartol. in l. qui liberis, §. hæc verba, in littera B. ff. de vulgar. & pupill. eo quia subdit Petr.de Gregorio Locumtenens sit de ipso corpore Sacri Consilij proponderato tamquam vnum latus, vt dictum est supra, & potes addere ea, quæ dico infra in cap.230.eiusdem Regis Caroli sub versic. sciendum est, in tit. Quòd offitium Magistri Iustitiarij, eod. tom.8. vbi po-
56 sui † quod officium Magistri Iustitiarij habet suam formam regiminis à Regibus statutam, vt vidimus, & diximus supra eod.in d. capit. 51.circa offitium Iustitiariatus, quam transgredi non licet,prout habetur per dictã pragmat.2. Regis Ioannis, & est textus in constit. Regni, Nihil veterũ cum constitutione subsequenti,tit.38.de offit.M.Iusticiar. quod offitiũ M. Iusticiar.est præminẽtius alijs offitijs, quia caput consilij est, & dignior, vt dixit idem Iason. Aloys.de Septimo loco citato ex Bart. in l.1.ff.de alb. scribend. cap.si Episcopus, dist. 18. Abb.& Innoc.in cap. 2. de his,quæ fiunt à ma ori parte capit. Cardinal.cõs.150. & dicit Don Marius vbi supra,num.94. & num. 107. quòd nullum habebat sibi similem in eodem gradu,nec dignitate, & erat persona Illustris de Magnatibus Regni habens vassallos. Beneuerum quod hoc officium non fuit consideratũ tamquam de Consilio, & tamquam caput, sed veluti quid separatum à d.consilio, vt subdit ipse de Gregorio contra ipsum Io.Aloys.de Septimo sub nu.153. ex Floriano in l. si de tabulis, ff. de fide instrumentor. & facit in puncto Constitutio Regni Incipient. Magnæ Curiæ, sub tit. 40. vt post renunciationem, lib. 3.fol.67.col.1.quæ est noua Constitutio Imperatoris Frederici, vbi in summa habetur ipsius offitium esse Iustitiæ speculum, vt in ipso cæteri inferioris gradus aspiciant, & per hoc vocatur hoc nomine, Magistri Iustitiarij, quasi ex re nomen habeat, vt ait ibi Afflict.quia ab antiquitate pluribus data sunt nomina significantia à parte rei Auth. de defensor. Ciuit. in principio, l. 1. C. de offic. præf. vrb. l. decernimus, C. de Episc. & Cleric. cum concordantibus, Afflict. decis. 366. versic.item secundo, vbi de eius prærogatiuis cuius Præsidentis nomine iam vocabatur ipse Magister Iustitiarius, & legite Glossatores in d. Constit. Magnæ Curiæ in nouis exemplaribus commentariorum, quia in veteri non habetis, vt ait ibidem Ysernia in margine, inuenietis, quòd Magister Iustitiarius vocabatur Præsidens M.R.C. & prout ait ipse Ysernia in Constit. Regni Capitaneorum, tit. 43. de offic. Capitaneorum in gloss. in verbo, parum antea dictum &c. & alibi dicit idem Ysernia in constit. Regni, Magister Iustitiarius, tit. 42. eod. lib.1.
57 quod † tantum est dicere Magister Iustitiarius, ac si procurator Regis, & hodie ætate nostra non adest tale offitium,cum sit extinctum,vt ait ipse Don Marius, num. 90. saltim ab Ann. 1571. in circa, vt ibi per eum sub num. 129.

& sub

& sub num. 132. sed officium Præsidentis, qui dicitur Locumtenens ipsius Magistri Iustitiarij, de quo fit mentio etiam infra in cap. 29. Regis Ioannis, tit. de Locumtenente &c. tom. 6. vbi licet decretata per Inclitum Regem fit facta negatiue per verbum, ac responsionem, non procedit, nihilominus illa Regia petitio erat impertinens circa petitionem, quòd non fit Doctor, & quòd non possint sibi delegari caussæ, quia hæc negantur, quòd autem non possit votare, non puto esse negata, quia sic videmus quòd non dat votum, Et nihilominus vterque officialis creatur à Rege, vt dicit Petr. de Gregorio in d. cons. 72. & voluit ante eos, & decretum est per Constitutionem Regni, Officia, num. 1. tit. 56. vt Iustitiarius alium loco sui, & ibi Matth. de Afflict. lib. 1. qui di-
58 cit in specie quod † Dominus Rex constituit Locumtenentem ipsius Magistri Iustitiarij Regentem Magnæ Vicariæ, & in hoc Regno Præsidentem M. R. C. quando nempe videt ipse Dominus Rex quòd Magister Iustitiarius non potest seruire personaliter (non quod nollet, vt ipse Affl. sentit, quia paret mihi in hoc particulari, ex quo non stat in eius voluntate seruire personaliter, vel non seruire) & sic ex causa facit, & creat Locumtenentem ipse Rex, non autem potest ipse Magister Iustitiarius creare ex quo hoc esset substituere, quod non licet, stante quia est electa personæ industria, vt dixi supra in d. cap. 72. in 5. obseruantia, vbi dixi quòd alias possent syndicari de hoc, adeout dubitatum
59 etiam fuerit † vtrum possit ipse Locumtenens dare licentiã vni Iudici M. R. C. quòd regat Curiam, de quo particulari vide, quæ scripsi super pragmatica 4. sub tit. de Offic. Iudic. M. R. C. tom. 1. Cum hoc quidem quòd ipse non repræsentet in omnibus ipsum Magistrum Iustitiarium, sed in his actibus, in quibus repræsentat personam ipsius Magistri Iustitiarij, non autem in illis, quos ex persona sua, & officio suo exercet, nam tunc secus est, quemadmodum dicimus de Vicerectore, ac Viceregerente, nam licet gaudeat immunitatibus, & prærogatiuis, quibus gaudet Rector, & gerens principalis de per se, vt dicit Bartol. in l. si filius, ff. delegat. attamen procedit hoc supradicto modo, & non aliter, vt concludit Petr. de Gregorio loco citato in versic. non obstat, vbi subdit maximè quando prærogatiua esset concessa personæ, seu dignitati, quia tunc tale ius personale non egreditur ab eius persona ex Felin. in cap. cum olim, col. 1. de offic. delegat. cum similibus, Alciati in rubr. de Offic. Ordinarij, Additio ad Roman. singul. 567. Cephal. Gomes & alij, de quibus per ipsum Don Marium de Gregorio loco citato, num. 116. vbi dicit quòd isto casu, non competunt ea, quæ ratione alicuius qualitatis fuerunt concessa, & per ea, quæ dico de electione personæ industriæ, infra in capite 419. Regis Alphonsi sub versic. & eodē
60 modo, tom. 5. tum † quia caussa commissa alicui officiali non transit in eius Locumtenentem, Rebuff. & Ioann. de Platea in l. ex eo, C de agen. in reb. lib. 12. Don Marius loco citato, num. 117. & num. 118. vbi arguit post Marcum decis. 801. lib. 1. Croc. & alios, quòd li-
61 cet † Capitulum mortuo Episcopo succedit in locum Episcopi quoad iurisdictionem, & administrationem, Bald. in l. aliquando, num. 7. ff. de Offic. proconsul. non tamen succedit in iis, quæ competunt ipsi ex prærogatiua, & iure speciali, ideoque non potest Capitulum conferre spectantia ad mortuum, cap. 2. extra ne sed. vacant. Guglièl. de Perno
62 in tract. de Reg. col. 5. & argumento † de legato à latere, qui quando gerit vices Pontificis non poterit vacante Imperio assumere iurisdictionem gubernandi imperium, quæ, donec nouus eligatur Imperator iurisdictio residet in Pontifice, pertradita supra in proem. Capitulorum Regis Iacobi sub versic. & licet, tom. 1. & per alias rationes, de quibus loco citato per eundem Don Ma-
63 rium, vbi assignat † vnam rationem, num. 120. quæ placet, & est quòd Magistro Iustitiario competit facultas regendi mortuo Prorege ex iure statutario, & secundum naturam accidentalē, & ob id non potest transire ad Locumtenentem, quod aliter esset, quando esset secundum naturam primordialem, & originalem officij. Tum quia etiam isto casu est electa industria personæ circa ipsum Magistrum Iustitiarium, ex quo caussa est grauis, & agitur de Regni gubernio, non potest consequenter per alium explicari, vt in d. cap. 72. eod. posui supra in d. 5. obseruantia, num. . Vnde quæstionem posui consequenter in d. cap. 4. Regis Caroli sub
64 d. versic. magna, vt cum † possit dictum Sacrum Regium Consilium, cui attributa est potestas exercendi gubernium, &

& regimen huius Regni, huiusce modi potestatem in Præsidentem v.g. eligendum relaxare, & quidem ipse Petr. de Gregorio loco præcitato dixit sic. Primo quoties fieret ex magna causa per l. si hominem, ff. mandat. quæ causa potest colligi ex notatis infra in cap. 398. Regis Alph. tom. 5. nempe ob multitudinem imperantium. Secundo quando fieret pro bono pacis, & statu Regni pacifico. Tertio ratione vitandi scandali. Quarto quia iam hoc vertitur in præiudicium dicti Sacri Consilij, cui præiudicio potest sibimet præiudicare, argumento eorum, quæ dixi infra in capit. 73. Regis eiusdem Alph. limit. 1. tom. 4. vbi viuentis beneficium licet nō possit imperari, tamen cum eius con-
65 sensu potest, vt videmus † de pacto futuræ successionis, quod etsi non valeat, attamen cum consensu eius, de eius hæreditate agitur valet, vt dixi in consuet. Panhormi cap. 55. num. 6. & latè per ipsum Don Marium de Gregorio, qui ait posse Sacrum Regium Consilium hanc potestatem Præsidentis dare, nu. 121. vsque ad num. 124. cum plurib. sequentibus vsque ad num. 133. Et licet contrariam sententiam in hoc proposito circa creationem Præsidentis etiam per Proregem tenuerit Io. Aloys. de Septimo loco præcitato, dat rationem, quia aliter dispositio sua haberet effectum in tempore, quo ipse Prorex nullam haberet iurisdictionem, & quæ dico in cap. volentes quod est 28. Regis Federici in 5. restrictione, versic. neque, num. tom. 2. l. eum, qui, ff. de iurisdic. omn. Iudic. cum similibus ab eo al-
66 legatis, qui à simili infert ad † Vicariū Episcopi creatum ab ipso Episcopo, nam per mortem ipsius reuocatur Vicarius, gloss. in Clemene. fin. de procurator. Ant. de Butr. in cap. sua de offic. Vicarij, Abb. in cap. nonit, Ne sede vacant. & voluit hoc idem Bartol. in l. si per epistolam ff. de acquir. hæredit. sed eius officium deuoluitur ad Capitulum, Bald. in l. aliquando, num. 7. ff. de offic. Proconsul. Nisi, vt subdit ipse Bartol. talis Vicarius fuisset creatus cum authoritate Episcopi, & Capituli, nam tunc non videtur reuocatum mandatū, cap. 1. §. 1. 8. quæst. 1. gloss. in l. 2. C. de particul. nominat. lib. 11. Affl. decis. 101. num. 2. & ita etiam post Francisc. de Leonardis in tract. de Magistratibus Regni, cap. 1. num. 24. & Anan. in cap. fin. num. 8. Ne prælati vices suas dicit idem Don Marius num. 89. 90. 162. 163. 164. vel saltem esse hoc dubitabile, & ideo vult dicere ipse de Septimo, quòd non potest hoc facere Prorex, sed Rex ipse, eo quia ad superiorem spectet constituere Vicarium, quando Prorex, vel Præses esset longo impedimento impeditus, etiam si ipse Prorex hoc vellet facere cum cōsensu Sacri Consilij, quia talem creationem non potest exercere, cum non sit ipsum Sacrum Consilium supremus Magistratus, sed recognoscit
67 superiorem, prout videmus in † Cardinalibus, qui sine Summo Pontifice iurisdictionem non habeat, Abb. in cap. cum te, de re iudic. col. 4. & per ea, quæ dixi in Consuet. Panhormi cap. 68. nu. 94. & rationem assignat de Septimo, eo quia admitteretur in Præsidentem exterus non Consiliarius contra formam dictæ Pragmaticæ, quæ vult vt sit Magister Iustitiarius tamquam vnus de Consilio. quæ ratio confunditur, quia iam eligendo vnum de Consilio posset,
68 tum † quia Consilium Principis esto quòd habeat regalia, non potest tollere prouisionem factam a superiore secundum Ant. de Butrio in Clement. ne Romani, de electio. vbi Imol. & Barbat. & per alias rationes, vt ibi per eum per totum eius consilium, cuius contrarium de directo tenet ipse Don Marius in d. suo consilio superius citato.

NOTO quinto, ibi, officiales quolibet constituendi, ordinandi, mutādi, suspendendi, &c. intellige concurrente
69 crimine † aliter enim non possunt Officiales sine crimine remoueri, ita Nicol. Boer. in tract. de Authorit. magn. Consilij, num. 154. & ibi Additio in littera C. sed quia hæc est materia latissima refero me ad ea, quæ pulchrè ait Don Gars. Mastrilli in suo tractat. de Magistratib. lib. 6. cap. 5. & referuo suo loco ad partes.

NOTO sexto ibi Reginam Blan-
70 cam, quòd licet † feminæ repellantur ab omni actu, & præsertim in electionibus in quibus non habent vocem, nec actiuè, neque passiuè, quia nec possunt eligi, l. 2. C. de pœn. cum concordantibus positis per Io. Paul. Montanat. super Pragmat. Regni Neapolis, tit. de admin. vniuersit. num. 297. tamen hic fallit in ista Regina Inclita, ac Serenissima Blanca, quæ gubernauit, & refert Boniorn. in eius Apostillis ad hunc tex-
71 tum quòd † Theodosia vxor Iustiniani consilium dedit, est enim regulare,

quòd

72 quòd † si sunt Reginæ, possunt leges condere, & licentiam proferre, & remictit se ad ea, quæ scripsit idem Bonioan. in §. hæc autem, Authent. vt Iudic. sin. quoq. suffrag. & in l. fin. C. de Arbitr, Paris de Puteo in tract. Syndic. fol. 121. vbi habetur quòd quando Mariti dant talem potestatem vxoribus, vocant eas Vicarias, Dec. in l. feminæ, col. 2. ff. de regul. iur. vbi testatur de Regina Ioanna, quæ tulit sententiam contra illos de Balso. & Boniorn. meminit de hoc.

73 An autem † possit Rex substituere in Regem, vel Vicarium filium suum, dicemus infra in capit. Regni Regis incliti Ioannis, capit. 3. versic. & benè, tom. 6. & in cap. 1. Regis Catholici Ferdinandi, tom. 7.

M. Mnta.

Capitula, & ordinationes, quæ Nos Martinus Dei Gratia Rex Siciliæ &c. volumus, ordinamus, & mandamus per Consiliarios, quos dimictimus præclarissimæ Reginæ Consorti nostræ pro occurrentibus negotijs Regni nostri firmiter, & inuiolabiliter obseruari, Cap. LXVII.

CHE nel conseglio de la sudetta Regina siano Messer Pieri de Garalt, il Commendatore de Monsul, Messer Giouanne Crinils, Messer Bartholomeo di Gioenio, Messer Aloysio Raiatello, il Mastro Portolano, Messer Gabriele de Faliu, li Mastri Racionali, li Giudici della Gran Corte, & quelli sei, li quali saranno ordinati per le Vniuersità secondo che habbiamo scritto, & comandato, cioè di Missina, Catania, Palermo, Girgenti, Siragosa, & Trapani.

Item vogliamo che li Promotori di la causa siano in questa forma, cioè delle cause della Giustitia sia Promotore vno delli Giudici della Gran Corte, il quale sia continuo in Conseglio, cioè quello, che la settimana passata sia stato hebdomadario; Ma delle cause pertinenti al regimento, & altre cause, siano Promotori Messer Piero Metestini, & Messer Giouanni Crisafi.

Item vogliamo che la relatione, che si hauerà da fare alla predetta Regina nelle cause concluse in Conseglio, si faccia per quello, il quale il Conseglio ordinarà, alcuni volti vno, alcune volte doi, altra volta tre, ò tutti insieme, secondo che à loro parerà, & il caso richiederà. Lo Conseglio faccia congregare ogni giorno il Camerlingo de la predetta Regina.

Item che le lettere, & comandamenti della prædetta Regina siano scritti in nome, & titulo nostro, & si aggionga al titulo. Nos Regina Vicaria eiusdem Regis Siciliæ, & per la forma infrascritta, che nella conclusione della lettra sia scritto, Data Cathaniæ, subsigno, & sigillo nostræ Reginæ prædictæ, & Vicariæ propter absentiam nostri Regis Siciliæ, & ipsa Regina suo signo suo nomine consueto, & contuttociò le lettre siano signate per l'heddommadario, com'è costumato, le quale lettre passino per

il Secretario nostro, cioè Fortunio, ma quelli della Giusticia per la Gran Corte, & quelle delli Gabelli spettanti all'officio del Mastro Racionale, passino per il Mastro Racionale, come è consueto, nientedimeno tutti l'altri segni la detta Regina per mano di Fortunio, & le lettre, che appartengono à passare per il Camerlingo, & Secretarij, ma quelle che spettano all'officio, & Sigillo del Cancilliero, siano sigillate con il Sigillo della Cancellaria, il quale tiene il Cancilliero, ò notar Antonio Bisaro per sua parte.

Item li feudi, Castelli, & altri beni stabili, li quali peruengono per via di scadenza, ò siano deuoluti ala Corte, si debbiano conseruare, & non concediri insino alla felice venuta nostra, etiam delli beni dati, & concessi per il Serenissimo Signor Re nostro Patre, & Noi peruenuti al Fisco nostro per via di rebellione, nissuna sia intesa questione insino alla nostra venuta, & tutti l'altri Donatarij siano manotenuti in loro possessione.

Item Sindichi, ò Statuti per l'vniuersitati nel Conseglio stiano alle spese delle Vniuersità, & di continuo siano al conseglio predetto.

Item staranno attenti quelli del Conseglio, che nissuna Bulla, ò lettra di Papa, ò di altri Principi, ò gran Signori, ò Comitanti, le quale siano transmesse, ò portate in Sicilia per qualunque persona sia, tanto in Palermo, Messina, quant'in ogni altra parte, non si debbia aprire, ne leggere per nissuno, eccetto che prima venga in potere della detta Regina, ò suo Conseglio, & dopò per comandamento della detta Regina se ne farrà quello, che sarà ordinato.

Et si vacasse alcuna Chiesa Cathedrale, nissuno sia riceuuto Prelato senza espresso comandamento nostro, insin tanto che ve ne sia scritto, dechiarandoni, che persone concorrono in quelle dignità, niente di meno il Capitolo faccia sua elettione infra tempo legitimo con consenso della Regina predetta.

Item se alcuna Bolla contra quelli, che teniano beneficij per fauori della nostra Maestà venisse, à quel tale non sia fatta nouità alcuna senza conscienza nostra.

Item stijno attenti quelli del Conseglio, che se alcuna cosa vrgente succedesse nel Regno, ò contra il Regno, ò extra, notificarlo alla nostra Maestà, secondo sarà il caso, ò con la galeotta, ò brigantino, ò come meglio potranno.

Item la detta Regina nostra preclarissima consorte, & il Conseglio faranno osseruare con effetto il Capitolo del Parlamento

generale

generale di Siragosa, ordinato sopra li Castellani, che non si impaccino delli fatti di Citati, ò Terri.

Item se le galere, ò naui armati di qualunque altra natione fossero, ò venessero nelle parte marine di Sicilia, ancorche siano inimici della nostra Maestà, habbino rinfrascamento di tutte le cose necessarie con loro danari, pure non descendendo in terra più di quattro persone per fusta, ma quelli fusti, che facessero danno nelli porti, ò marine di Sicilia, ouero rubbassero Catalani, ò Siciliani in Sicilia siano trattati come nemici. Ma li Mercadanti, & quelli, che vengono per via di mercantia, habbiano fauori, honore, & cortesia.

Item li Giudici della Gran Corte facciano ogni Venerdi conferenda de arduis con quelli del Conseglio, & se necessario sarrà il caso, con la detta Regina massime in iudicio di morte, & cause di Terri, & Castelli.

Ministri Principis curare debeat, ut omnia iustè procedant, quæ enim ab ipso Principe iniustè aguntur, ipsis imputatur, num. 1.

Sacrum Consilium, Magnum Auditorium, siue Consistoriū quare sic appelletur, num. 2.

Consiliarijs Principis competunt plures prærogatiuæ, num. 3. Dicuntur Patres, & Principis Proceres, & æquiparantur Senatoribus, ibid.

Decisio Sacri Consilij habet vim legis, n. 4.

Consiliarij sunt pars Corporis Principis, & assimilantur Stellis, & Solis radijs, num. 5.

Rex est de ordine Sacri Consilij, nu. 6.

Prorex si esset in vna opinione, & Sacrū Consilium in alia, præualere debet opinio Sacri Consilij, nu. 7.

Consiliarij in Regno sunt numero viginti sex, de iure vero communi triginta, num 8.

Iudex Hebdomadarius M. R. C. semper assistit in Consilio, & habet nonnullas prærogatiuas, quæ recensentur, nu. 9.

Nomen Regis debet inscribi in literis Regijs, num. 10. Et quid si Vicaria esset Regina, ibid.

Rex si feuda deuoluta ad se, tamquam excadentia concedit alteri, an videatur concessisse, tamquam Baro, vel potius, tamquam Rex, num. 11.

Excadentiæ Regis possunt per Procuratorem Fiscalem locari, nisi pro ipsius Regis solatijs essent deputata, nu. 12.

Dominus, si consentiret alienationi factæ per Vassallum, esto, quod sciret feudum esse deuolutum, non ob id perdit ius suum, num. 13.

Amplia in bonis emphyteuticis, nu. 14.

Syndici Vniuersitatum si alibi mittantur, non possunt ab illis petere salarium, & expensas pro viagijs, & laboribus, nu. 15. contra, nu. 16. Amplia in Ambasciatoribus, num. 17.

Ambasciatores missi, si superest eis aliquid de pecunijs datis, an debeant restituere, num. 18.

Vniuersitas si non habeat Syndicum, & immineret æs alienum, an possit citari, & quomodo, num. 19. Et quis sit tutior modus, num. 21.

Vniuersitas, si criminaliter accusaretur potest per Syndicum respondere, nu. 20. Citatio prima si inciperet à procuratore, & is esset contumax, non præiudicat domino absenti, nu. 22.

Citatio prima in passiuis præsertim in causis arduis, putà Vniuersitatum, & similibus, debet fieri in personam principalis, num. 23. Amplia etiam si procurator sit generalis, nu. 24.

Vniuersitas conueniri debet coram Iudice ordinario, nu. 25.

Vrbs Panormi felicissima conuenitur coram Iudicibus eiusdem Vrbis, nu. 26.

Vniuersitas potest litigare per Syndicum, tam in causis ciuilibus, quàm criminalibus: sed tamen mandatum debet esse speciale, num. 27. & cum clausula de



AM scripsi supra in præcedenti Capitulo circa hunc modū relinquendi in constitutione Vicariatus facti in personā huius Serenissimæ, ac præclarissimæ Reginæ Blanchæ. Solummodo tangam aliqua circa istos duodecim, vel tresdecim §§. in textu positos per ordinem.

Et videmus quantum attinet ad principiū quod Serenissimus Rex creat ordinem, circa Consilium, & Officiales, qui assistant per negotijs Reginæ expediendis, quia † omnia, quæ iniustè aguntur à Principe, eius ministris imputantur, vnde quantum possunt curare debent, vt omnia iustè, ac sine alicuius iniuria procedant, vt post Ioann. Andr. in cap. quanto, de iureiur. Dec. consil. 197. Alberic. de Rosat. in l. 1. C. de Iustinian. Codice component. ait Scipio Rouitus in pragmat. Regni Neapolis, rubr. de reuocat. & suspens. gratiarum, nu. 22. 23. folio 60. col. 4. qua de causa † non ab re Sacrum Consilium appellatur, & magnum auditorium siue consistorium ex traditis à Nicol. Boer. in tract.

tract. de authorit. Magni Consilij, nu. 24. 25. ac Sacratissimum per l. vlt. C. de dignitatib. lib. 12. cum similibus, l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiestat. l. humanum, C. de legib. cap. Constantinus, dist. 96. l. 1. & ibi Luc. de Penn. C. de comitib. Cõsistor. l. 1. C. de Silētiar. lib. 12.

3 quibus † multæ prærogatiuæ competunt, de quib. per eundem Boer. in princip. & per Chassan. in catalog. Gloria Mundi, par. 7. consid. 3. cum seq. tamquam domestici de excelso consilio, vt in rubr. C. de domestic. & protector. lib. 12. quibus ianua Regalis aulæ semper patet, l. fin. C. de offic. diuers. iudic. Innoc. & Felin. in cap. ex litteris de testib. Martin. Laudens. in tract. de princip. quæst. 135. quia in effectu Consiliarij de Sacro Consilio dicuntur Patres, & Principis proceres, quasi præcedentes vel quasi longi, & extensi, quòd eorum fama, & authoritas in diuersas partes prætenditur, §. ad hoc Auth. de appellat. vt post nonnullos idem Boer. nu. 26. æquperati Senatoribus, à quorum sententijs non appellatur, vt posuit Mastrant. de ordin. iudic. tit. de appellat. nu. 240. & seq. quia

4 † decisio Sacri Consilij habet vim legis secundum Bald. in l. final. C. de legibus, Alexand. in l. 1. col. 3 ff. de ferijs, Abb. in cap. in caussis, de re iudic. cum similibus per Affl. decis. 169. num. 9. quia

5 † in effectu sunt pars corporis ipsius Principis d. l. quisquis, & l. vnic. C. de præposit. lab. inhærentes ipsi Regi sicut Stellæ cœli firmamento, ex Bald. in l. multa, C. de bon. quæ liber. quia velut splendor, solisque radij denominantur, cap. multi de pænit. dist. 2. cap. super de Magistr. nec mirum

6 quia † iam ipse Rex est de ordine ipsius Sacri Consilij, l. ius Senatorum de dignit. & ibi Ioann. de Platea Ioann. Montagn. in eod. tract. de authorit. magni Consilij in 1. ratione, quod si ita est, puto

7 † vt quando Sacrum Consilium esset in vna opinione, & Prorex in alia, præualere debeat opinio Sacri Consilij, & & ita intelligo Gugliel. de Perno in tract. de Principe, col. 7. de quorum Consiliariorum numero, & de nonnullis particularibus eorum tradidi supra eod. in cap. 24. vbi ex Don Mario de

8 Gregorio † conclusimus esse 16. de iure communi erat determinatus numerus 30. per l. decurionib. §. his adijcimus, & ibi Ioann. de Plat. & Luc. de Penn. C. de silentiar. lib. 12. idem Boer. num. 136. loco citato. Collige etiam ex hoc

9 principio cum versic. seq quod † Iudex Hebdomadarius M. R. C. semper assistet in Consilio, & ita huc vsque seruatur, nam & præest & assistit in publica audientia, & firmat litteras primus, vt in §. sequenti, & alia, & regit curiam, & præcedit in sessionibus, spectat etiam ad Consiliū Reginæ congregari facere quotidie Camerlingum vt à in §. 1. hic & in §. 3. in fine, de cuius officio habes alibi, & suo loco dicemus.

§. 3. ibi, item che le lettere, est consimilis eorum, quæ dixi in proœmio Capitulorum Regis Iacobi, nu. 89. tom. 1.

10 vbi † quod in omnibus principijs litterarum Regiarum debet præponi nomen ipsius Regis, & allegaui Pragmat. quartam sub titulo de diuer. rescript. M. R. C. &c. & alia iura, beneuerum quòd exquo hic est Regina Vicaria, vult Rex Martinus, vt in eodem titulo addatur, Nos Regina Vicaria, ergo si simpliciter esset aliquis alius Vicarius præter ipsam Reginam, non posset facere dictam intitulationem, vt ibidem posui quòd solummodo ex gratia hoc fit, & priuilegio.

In eodem §. ibi, le lettere di Giustitia, habes supra in cap. 7. versic. aduerte tamen sub Rege Federico, tom. 2. & supra capit. 60. nu. 1.

§. 4. de istis excadentijs vide supra in cap. 46 Regis Iacobi, num. 5. & 6. & ibi concordantia, tom. 1. & per tradita à Matth. de Afflict. in prælud. Constit. Regni, quæst. 25. propè principium, vbi

11 † quòd si Rex feuda deuoluta ad se, tamquam excadentia alteri concedit simpliciter, videtur cõcessisse tamquam Baro, nisi Rex declarauerit quòd voluit habere tamquam Rex, & concesserit cum illis verbis in capite, etenim tunc non veluti Baro, sed vt Rex concessisse videtur: & quicquid sit semper postea concludit quòd istæ excadentiæ concessæ mox videntur à Rege tamquam Rege, vide Afflict. ibi, Isern. Felin. & & Additionem ad ipsum, & latè ad partes habes per eum, & per eundē Matth. de Afflict. in constit. Regni, si quando, num. 3. & seq. tit. 84. qualiter locandæ sunt res Fiscales, lib. 1. & Ioann. Ant.

12 Batium ad eum, qui aiunt † quòd possunt istæ excadentiæ locari per Procuratorem Fiscalem petenti eas sibi locari, est verum quòd quoties tales excadentiæ essent deputatæ pro solatijs Regis (argumento eorum quæ de demanialibus scripsi supra in cap. 1. latius) non possunt locari, vt ipse subdit, nu. 5.

sicut

ficut nec, facientibus facta sua bené,
sunt locandæ dictæ excadentiæ. ¶ Cæ-
terum quoad id, quod dicitur quòd do-
natarij excadentiarum manuteneantur
in possessione, habes etiam dictum su-
pra eod. in cap. 48. ampl. 8. latissimè, in
quibus excadentijs, vel deuolutionibus
nullum præiudiciũ generatur Domino,
13 intantum † vt si ipse Dominus consenti-
ret alienationi factæ per vassallum, non
ob hoc intelligitur perdere ius suum; &
sic deuolutum feudum, esto quòd sciret
dominus, vt dico infra in cap. 116 Regis
14 Caroli ampl. 3. tom. 8. vbi idem † dixi de
rebus emphiteuticis deuolutis, vbi simi-
liter nullum subauditur præiudicium
generatum domino si v. g. esset deuolu-
ta res ipsa emphiteutica, & sciret adhuc
dominus, non ex eo enim quòd consen-
tit alienationi factæ per emphiteutam,
propterea iuri suo præiudicabit, vt in
domino circa vassallum ait notabiliter
Andr. de Ysern. in cap. Imperialem, nu.
15. & ibi Capic. & Afflict. & Camerar.
de quib. per Ioann. Francisc. de Ponte,
cons. 3. à nu. 1. vsque ad num. 14. & præ-
sertim num. 8. valet enim argumentum
de feudo ad emphiteusim, vt est hoc
vulgatum.

§. 5. ibi, item Syndichi, ò statuti per
le Vniuersità, vult textus noster quod
Sindici assistentes penes Curiam Prin-
cipis debeant residere continuò ad ex-
pensas ipsarum Vniuersitatum de iure
si corticem verborum inspicimus vide-
15 tur totum contrarium, quia † Syndici
Vniuersitatum alibi euntes nec possunt
petere quicquam, nec salarium, nec ex-
pensas, nec pro viagijs, & laboribus,
ratione quia ipsi videntur gerere mu-
nus personale absque detrimento patri-
monij, ita per text. in l. 1. ff. de muner.
& honorib. videtur determinare Guid.
Papæ quæst. 68. & post eum clarius Io.
Paulus Montenar. ad Pragmat. 3. Regni
Neapolis, tit. de Administr. Vniuersit.
fol. meo 190. col. 2. allegant Bartol. in l.
placet, C. de Sacros. Eccles. & in l. re-
scripto, §. fin. ff. de muner. & honorib.
Barbat. ad Bald. in l. 1. C. de ser. Reip.
manumiss. & ita fuisse iudicatum refe-
16 runt, sed † in hoc proposito non puto
hæc vera, sed determino cum texto no-
stro eos consequi expensas, & substen-
tationes pro tempore quo assistunt, quia
nemo tenetur regulariter proprijs ex-
pensis seruire vt scripsi in Consuet. Pa-
nhormi cap. 73. in fine, & in cap. 31. Re-
gis Iacobi nu. 2. tom. 1. & supra in cap.
7. huius Regis nostri, nu. 44. argumento
eorum quæ diximus etiam supra in cap.
17 27. circa † Ambasciatores quibus adhuc
debentur illa munera, & salaria vt ibi-
18 dem latius posui, in tantum † vt quan-
do mictuntur, & superest eis aliquid de
pecunijs datis, non debeant restituere,
prout latè scripsit Carrocc. in tract. de
locat. & conduct. tit. de Ambasciatore
quæst. 1. quod tamen Intellige secundum
eius distinctionem, Cæterum in materia
Syndicorum latè scripsi infra in cap. 64.
Regis Incliti Ioannis per tot. tom. 6. &
19 si v. g. ipsa † Vniuersitas non haberet syn-
dicum, & immineret æs alienum iuxta
ea, quæ dixi supra in cap. 21. Regis Fe-
derici sub versic. & loqui, tom. 2. an pos-
sit citari, & quomodo, dic secundum
Bald. in l. 1. §. quibus, ff. quòd cuiusque
vniuersit. nomin. quem sequitur Afflict.
in Constit. Regni, dubitationem col. 2.
tit. 101. de contumacia vniuersitatis lib.
1. quando citaretur personaliter in lo-
co solito congregari ex Abbat. & Luc.
de Penna, vel quando citaretur per af-
fixionem in locis publicis, ita vt inpu-
blicam notitiam deduceretur, nam idē
modus, qui fit contra personas priuatas
singulares idem modus erit circa dictā
vniuersitatem ex Angel. in l. vt perfe-
ctius, C. de annal. except. Bald. in d. §.
quibus; ita quòd executor, siue offitialis
legat publicè in platea examinationem
vt ipse Afflict. subdit, nu. 5. & si dicta vni-
uersitas clauderet portas, ponatur cita-
tio in porta, vel in loco solito aut in Ec-
clesia vicina Io. Paul. Montanar. vbi su-
20 pra, & consequenter, casu quo, v. g. †
ipsa vniuersitas criminaliter accusare-
tur, potest per syndicum respondere, l.
tam collatores, vbi Bartol. C. de re mi-
litar. lib. 12. Alex. in l. aut facta, §. fin. ff.
de pœnis, idem Bartol. & Bald. in l. 2. C.
de Accusat. Speculat. in tit. de Accusa-
tion. §. fin. idem Bartol. in extrauag. ad
reprimendum, verbo, personaliter, Cyn.
in l. 2. C. qui accusar. non possunt, & in l.
sed si hac, §. fin. ff. de in ius vocand. Bald.
in l. reos, de Accusation. Innoc. in cap. li-
21 cet, extr. de Accusat. & sic † potest fieri
præceptum dictæ vniuersitati, vt consti-
tuat Iudicem, & si noluerit constituere,
habeat, & teneat in eius contumaciam
Iudicium fabricatum, Barto. in l. 2. C. de
Iur. Respubl. libr. 11. Afflict. in constit.
contumaciæ sub nu. 6. & per tradita la-
tius per nos in d. cap. 64. Regis Ioannis,
vt supra citato. Et videtur mihi facilior
modus, quam primus, quia congregare
eos

sos est difficile, & non congregata non constituitur in contumacia, vt ipse Affl. subdit, est verum quod sufficeret citare Primates, & Rectores, quia non omnes sunt citandi de ipsa Vniuersitate, quo casu dicta Vniuersitas nollet se congregare sufficeret, vt citentur isti Administratores, siue Consiliarij, si ergo haberet Syndicum, citari potest ipse Syndicus, vt per Io. Paul. Montanar. nu. 27. cum seqq. non in prima citatione, sed in reliquis actis, vt per Luc. de Penna in l. fin. C. de re milit. l. aut qui aliter, versic. & si fortè, ff. quòd vi, aut clam, quod fit ad fauorem actoris citantis,
22 quia si † prima citatio inciperet à procuratore, & ille procurator esset contumax, illa contumacia non noceret domino absenti, vt ibi ait Bart. relatus per Affl. loco citato, nu.4.& in l.quamuis, ff. de damn.infect. Abb.in capit. dilectus,de Procurator. col.1.gloss.& DD. in cap. causam, quæ, de dol. & contumac. & in l. 3. C. de procurat. Luc. de Penn. in l.fin.versic. procuratores,C.de princip.agent. in rebus, lib. 12. de quibus per eundem de Affl. vbi supra, argumento eorum, quæ dixi in Capit. Ritus 98. num.16.tom.4. cum concordan-
23 tibus ibidem,vbi † quod in passiuis prima citatio fit in persona constituentis, præsertim in causis ardnis, de quibus modo tracto, scilicet de Vniuersitatibus, & similibus, quia tunc etiam de iure non debet in prima citatione citari procurator, sed principalis, vt ait Angel. in §. hinc nobis, Auth. de Hæred. & falcid. Dec.consil. 460. num. 32. Crauett. consil. 482. num.11. nisi, v. g. procurator esset etiam constitutus ad hoc, vt post Bald. cons. 464. ait de Nostratibus Eruditissimus Ciafaglionus V.I.D. in suo repertorio in verbo, Procurator, & per ea quæ scripsi in meo repertorio, fol. 391. vol. 1. vbi quòd non
24 sufficit in prima citatione citasse † procuratorem generalem quando agitur de graui præiudicio ex eodem Dec. d. consil.460. in fine, semperquè intelligo,
25 vt quando † Vniuersitas conueniatur, conueniri debeat coram suo Iudice or-
26 dinatio,† ita de hac Vrbe nostra felicissima Panhormi, vt conueniatur coram Iudicibus Vrbis eiusdem ait etiam de Nostratibus V. I. D. Antonin. Xibecca in eius Adnotationibus ad Consuet. Panhor. cap. 3. allegat Additionem ad Bartol. in l.Cum Senatus, ff.de reb. dubijs, Soccin. cons. 12. num. 17. lib. 1. & ait Menocch. cons. 80. num. 64. & seq. lib. 1. quòd si Syndicus habet mandata specialia, vt modo dicam, omnia, quæ in ipsis mandatis continentur, exercere
27 potest, & consequenter dico, † quòd tam in caussis ciuilibus licet litigare Vniuersitati per Syndicum, quàm etiã in criminalibus, & capitalibus, ita Afflict. in constit. Generalia, col. 2. rubr. 2. Vt Vniuersitas accusata, lib. 2.& tunc isto casu requiritur speciale mandatum, nec sufficiat generale, vt ipse subdit, & sentijt Menoch. modo citatus per l. non solum, §. fin. ff. de procurat. Luc. de Penn. in d. l. tam collatores, §. fin.de procurat.Iacob. Rebuff. in l.Alexandrinus, num. 1. C. de Decurion.lib. 10. Nicol. Boer. in tract. de Seditiosis, Capic.decis.5. Bald. cons. 367. vol.1. & consil.183. eod. Franc.Curt. consil. 20. per tot. & quæ dixi supra eod.in cap.7. versic. dico secundo, num. 105. vbi sic esse regulariter pro omnibus scripsi cũ clausula de iurando etiam in animam constituentis secundum ea, quæ scripsi in Consuet. Panhormi, cap. 12. nu.31.& 32. & subdunt DD. quòd quoties est Procurator, siue Syndicus sic constitutus specialiter, & non generaliter facit incidere dominum cõstituentem in pœnam, ad quam iurauit, vide Narr. ad Alex. cons.73.vol.6. Bartol.& Additio.ad eum in l. municipibus, ff. de condic. & demonstrat. vbi ita Vniuersitas iurat per illos, qui eam regunt, subdens ipse Affl. loco citato, num. 5. & 6.
28 quod † in casu, quo ipsa Vniuersitas veniret condemnanda ex lite criminali contra eam tentata, non potest aliter in personam condemnari, quia non habet personam, cum sit nomen iuris, nec caput, Bald. in l. polla, col.2.C. de his, quib. vt indign. Innoc. in cap. granem de sentent.excomm. qua de causa commutatur pœna in aliam pœnam per l. quid ergo, §. pœna,ff.de infam. Bartol. in l.aut facta, §.fin.ff. de pœn. Speculat. & alij per ipsum Affl. citati, Curt. consil.185.num.9. Paris. cons.21.nu.3. vol. 4. Calcan.cons.80. Cigalud. in tract. de factis Princip.in §. capitulum Iudicum.
29 Quamuis negare non possum † Syndicos habere generale mandatum cum libera, & possunt ea omnia expedire, quæ specialia requirerent mandata, latè Montanar. loco citato, num. 33. cum seqq. pluribus, vnde est quòd possunt petere restitutionem in integrum, habent arbitria larga, etiam super pacifico

sico stato, possunt facere pacem nomine Vniuersitatis, & omnia circa ipsam pacem consecutiua pro abundantia Ciuitatis, & vbertate, possunt etiam capere mutuo pecuniam, & maximè faciendo obligationes, etiam de eorum personis, & cum assensu Proregum, vt ipse latè subdit, nu. 100. cum seqq. Igitur vt con-
30 cludam in hoc §. videmus quòd † Syndici debent assistere penes Principem pro causis Vniuersitatum, vt hic, quòd si ita est, non possunt creari in Ciuitatibus, & Terris Syndici, siue Consules, personæ Idiotæ, & illiteratæ propter multa inconuenientia, quæ oriri possunt, vt habes infra in cap. 427. Regis
31 Alphonsi, d. tom 5. intelligendo † de illis Consulibus iuxta capit. Rit. 187. non autem de illis, prout infra in capit. 91. Regis Ferdinand. versic. quod si dicti, d. tom. 7. quia tunc possunt esse adhuc idiotæ. Cetera in materia Syndicorum posui in d. cap. 64. Regis Ioannis, & latissimè per ipsum Io. Paul. Montanar. in d. pragmat. Regni Neapolis superius citata, quamuis, vt verum fatear, ipse potius loqui videatur de Iuratis, & Electis.

§. 6. ibi, staranno attenti est positum supra eod. in cap. 22. & remissiuè ad capit. 393. Regis Alphonsi d. tom. 5. in quibus locis discussi de rescriptis Regijs, & Papalibus, & de eorum executorijs, & memini de Pragmatica quæ loquitur de Rescriptis, & Bullis Apostolicis, de qua etiam meminit Bomiorn. hic.

§. 7. ibi, & se vacasse alcuna Chiesa, habes in d. cap. 393. vbi etiam tango remissiuè circa scrutinuum Prælatorum.

§. 8. ibi, item se alcuna Bolla, die vt in §. 6. & 7.

§. 9. est dictum etiam in dictis §§. 6. 7. & 8. & præsertim de isto §. 9. tetigi in d. cap. 22. huius Regis nostri sub versic. assignant Doctores nu.

§. 10. est dictum supra in cap. 49. Regis Federici versic. concordat, tom. 2. vbi etiam feci mentionem de alio capitulo huius Regis Martini.

§. 11. de duobus agitur, de primo
32 quòd † vassella cuiuscumque nationis, & partis mundi venientia huc in Regnum etiam quòd essent inimici habeant refrigeria circa res necessarias eum eorum pecunijs, non descendant autem in terram, nisi quatuor pro quolibet vassello, seu nauigio aut fusta, & si aliter damnum intulerint, tractentur tamquam inimici q. d. quòd aliter intelli-
33 gatur factio † cum hostibus, & depredantibus, pro quibus etiam pœna est ignis per l. si quis, C. de re milit. lib. 12. Petr. Foller. super Pragmat. Regni Neapolis, tit. de Sodom. nu. 22. idest vt tamquam Piratæ possint occidi à Sicolis etiam manu armata absque incursu alicuius penæ, prout disponitur per cap. 396. eiusdem Serenissimi Regis Alphonsi infra tom. 5. cum quo capitulo in specie concordat aliud cap. 23. Regis Incliti Ioannis tom. 6. maximè si cum illis essent aliquæ personæ traditores dantes operam vt dicti Mauri, & Barbari deprehendant Christianos, vel prædam faciant cum eis diuidant, hi enim tales debent comburi viui, dixit pulchrè Bar. in d. l. si quis, C. de re milit. lib. 12. (argumento aggressorum, & erassatorum, de quibus iam scripsi supra eod. in cap. 51. in 7. obseruantia per totam) non obstante licentia armandi nauigia de qua tango infra in cap. 74. Regis Alph. tom. 4. & in cap. 92. §. 1. Regis Ioannis, tom.
34 6. quia talis licentia intelligitur contra inimicos præstita illa fideiussione vt in alio capit. regni 8. Regis Ferdinandi, tom. 8. posui tam extra Regnum, quam infra Regnum. Eodemque modo vide-
35 mus, quòd † neque vllus Comes, Baro, nec Miles, nec quiuis alius possunt mouere guerram contra inimicos sub pœna confiscationis bonorum, & pœna vitæ, vt est Constit. Regni, tit. de his, qui in Regno, & tangam infra in capit. 82. Regis Caroli tom. 8. & vtrobique assignatur ratio, quia sine iussu Principis, vel Curiæ hæc exerceri non possunt, & crimine Maiestatis tenentur, quasi Maiestatem publicam læserint, l. 4. ff. ad l. Iul. Maiestat. tum quia Princeps spernitur vsurpata hoc modo iurisdictione, & quod est ipsius, nempe parare talia contra inobediuntes, & sic de regalijs vt dicam infra in capit. 456. Regis prædicti Alphonsi versic. & quia §. 37. tom. 5.) Afflict. in d. constit. per l. 1. C. vt armor. vsus inscio Principe sit interdictus, Andr. in cap. si vero violator, de pace tenend. maximè si cum banderijs, & vexillis erectis hæc fecerint secundum eū-
36 dem Afflict. ex quo † erigere ipsas banderias, & vexilla Principis sit adhuc de dictis regalijs, vt in d. cap. 456. posui §. 38. & tetigi supra in cap. 18. Regis Iacobi, versic. talis, tom. 1. Igitur, vt redeam, est necessaria licētia inhac piratica
37 armatura, & † capta in bello sunt regulariter Principis quo ad stabilia, si recordor

cordor potuisse supra in capit. 46. eiusdem Regis Iacobi, addo Nicol. Boer. decis. 178. num. 5. l. si quis in bello, vbi Bartol. & Alberic. de Rosat. ff. de capt. & postlim. reuers. & in l. si quis pro redemptione, C. de donation. Soccin. in l. 1. ff. de acquir. possess. in 2. notabili Angel. in disputatione incip. renouata guerra, quæ est posita post lecturam Bald. super instit. col. 9. versic. vnde conclu lo, sicut eiusdem Principis sunt, quando capitur Dux, Comes, Baro, vel alius Princeps, vt per eundem Boer. num. 4. qui dicit ita seruari Hyspaniæ, Franciæ, & Angliæ, esto quòd simus inter Christianos, & Christianos, vt subdam paulo inferius: Mobilia vero sunt capientium, vt in d. cap. 46. scripsi, & per Boer. d. num. 5. ex supradictis DD. à se citatis, quæ vel traduntur ipsi Principi, vt ea diuidat militibus buttinum secundum qualitatem personarum, vt ibidem, & per ipsum Boer. num. 6 post Angel. in d. sua disputatione, Luc. de Penn. in d. rubr. C. vt Armor. vsus lib. 11. Angel. Aret. in §. serui, Instit. de iur. personar. Martin. Laudens. in tract. de Bello, §. 4. & 19. Innoc. Ioann. Andr. Anton. de Butr. Abb. & alij in cap. cum olim, de restit. spoliator. Bellon. Io. Fab. Felin. & alij per ipsum Boer. relati capit. dicat, & ibi gloss. 23. quæst. 5. Bart. in d. l. si quis in bello, post Alex. in l. 1. ff. de acquir. possess. Felin. in cap. excommunicamus, col. 2. de hær. in fin.

38 & sic † valet statutum hoc concedens licentiam depredandi, ita Ioannes Bertacchin. in verbo statutum, & in verbo Præda, per Bald. in cap. 1. col. 4. versic. sed nunquid, de milit. vassall. qui contum. est, cum concord. per ipsum Bertacchin. idem Bart. in l. 1. §. quod, de Aleator. vbi quòd potest hæc præda in bona conscientia retineri, idem Bald. vbi supra, Hostien. in sum. de treg. & pace, § quòd si, Bald. in l. 2. de commer. & mercat. quoties nempe bellum est iustum, & multo fortius procedunt, in S.

39 Pontif. † qui indifferenter potest contra Turchas, Saracenos, aliosque infideles bellum indicere, maximè pro recuperanda Terra Sancta Hyerusalem, & etiã contra alios seculares, & temporales suos sobditos inobedientes, vt ait Boer. loco citato, num. 7. ex Angel. & alijs, vbi refere per Papam Vrbanum V. & Gregor. XI. contra Ciuitatem Perusinã, & in Marchia Anchonæ fuisse factũ bellum, & per Alex. VI. & Iul. II. contra Vennolhe, & sic de Leone X. & nostra ætate per S. Pontif. Clement. VIII. contra Statum Ferrariæ. Præsuppono ta-

40 men, vt dictum bellum, & piratica † actio fiat non inter Christianos, & Christianos, quia est prohibitum, quiequid olim de iure esset, nam hodie de consuetudine, & communi obsernantia inter Christianos non seruatur, vt ait Nicol. Boer. d. decis. 178. num. 2. ex Angel. in d. disputatione, qui dicunt quòd solummodo obligantur quodammodo ad certam homagij speciem, seu fidelitatis secundum diuersaa consuetudines gentis armorum, & idem Boer. nu. 3. & 4. vbi ait post Bartol. & Bald. in l Nam & Seruius ff. de negot. gestis, & Io. de Anania in cap. significauit, in 1. notab. de Iudæis, qui soluunt capienti finantiã, siue ranzonem, si ranzonis pæna non excedit decem millia, nam tunc est Principis, & tetigi paulo supra, non obstante aliquo guidatico concesso per suam Maiestatem dictis personis, quem intelligantur ipso facto amisisse (argumento eorom, quæ dico de guidatico infra in cap. 14. Regis Catholici Ferdinandi, tom. 7. cum concordantibus ibi positis ¶ De secun-

41 do vero circa † Mercatores exercentes mercimonias quòd debeant honorari dixi supra in cap. 18. Regis Iacobi, & per hoc infertur, quòd magnum dedecus

42 immo præiudicium eis inferretur † si tenerentur ad postulationem partium debitricium, vel creditricium, vel aliorum edere libros suarum mercãtiarum, & negotiorũ, prout hunc casum habuimus in Tribunali Regiæ Curiæ Prætorianæ mense Septembris Ann. 1615. in causa Bartholomæi Stichuti Mercatoris Florentini, qui petebat redepositari certas pecunias captas per Io. Matthæum Lombardo detinentem illas loco depositi, & de restituendo ad omne Curiæ mandatum in forma, veluti pecunias condam Antonij Mariæ Rogalli debitoris communis decocti, & ille de Lombardo (stante quòd nos interlocuti fuimus, quòd redepositet) prætendebat è conuerso per ipsum de Stichuti edi libros, asserendo fortasse in eis esse descriptam aliquam partitam. Punctas fuit pulcher, & ordinarius quasi. Fui in voto quòd non teneatur edere non obstante quòd

43 multum institum fuit vt ederet & † prætendebant teneri ex DD. in l. 1. C. de edend. & in l. fin. C. eod. vbi Bart. Bald. & alij, canonistæ in cap. 1. de probation. Riminald. Senior. cons. 347. Stracc. de

Mercatur.part.2.nu.70. Beltrand. Borsatt. Chiuor. Soccin. Fulu. Patian. Cequall, Crauett. Plott. & multi per partem aduersam adducti in eius Allegationib. vbi † ampliant intantum, vt
44 mercator recusans edere libros, reddat se suspectum, & possit contra eum in litem iurari, & tamquam recusans præsumitur fouere malam causam ex Affl. Paris. Crauett. & alijs, quasi quòd ex consuetudine sint Mercatores ad hoc obligati, vt per Iacob. Butricar. Bart. Salicet. Angel. Florian. Alexandr. Iason Curt. Iun. Alber. & alios meminit Bolognett. in d. l. 1. num. 63. Esto quòd tales libri plenè nō probarent per multos DD. ibi adductos, quos non transferibo, & per textr. qui prima facie stringit in l. non est nouum, C. eod. vbi pulchrè
45 tamen † placuit inclinare in partem contrariam ex eodem Bolognetto in d. l. 1. d. num. 63. C. de edendo, vbi tenet hanc opinionem, qui dicit, quòd vbi allegatur cōsuetudo, debet probari, quòd in omnibus partibus vigeat, & certe numquam practicauimus, vt mercator priuatus teneatur edere libros suos, quia hic non adest talis cōsuetudo, tanto magis, subdit ipse Bolognett. quòd Mercatores scribunt multa in eorum libris ad fauorem sui, & non debet retorqueri in eorum odium, & esto quòd scribant partitas pro, & contra, hoc faciūt ad eorum vtilitatem, & instructionem, & non aliorum, aliter eis maximum inferretur præiudicium, ex quo ipsi semper scribunt animo non edendi, & ad mercatores nostri temporis hoc non ad-
46 aptatur, quia † eorum opera non est publica, nec consistit in rationibus scribendis, sed eorum officium est negotiari, Bolognett. d. num. 63. fol. 6. col. 2. &
47 † tamquam illi, qui non habent publicam fidem, non tenentur edere eorum rationes ex quo sunt priuatæ ex Iacob. Beluis. Bald. Dec. Curt. Senior. Purpurat. Cardinal. Petr. de Ancharan. Imol. Alex. & alijs per ipsum Bolognett. versic. contrariam tamen vsque ad nu. 68.
48 vbi † determinat non teneri Mercatores, qui non habuerunt licentiam à publico tenendi libros, eos edere, ex quo sunt merè priuatæ personæ, licet palam scribāt, & apothecam teneant in publico, & ita declarat Rip. in d. l. 1. num. 8. vbi sic intelligit Soccinum consil. 172. vol. 2. Beltrand. cons. 101. vol. 2. & sic resideo, Maximè quando editio esset inutilis, vel frustratoria ex Menocch.

cons. 405. num. 21. vt in d. Allegat. de Stichuti dicebatur in versic. sed vt cognoscant, vbi erat casus quòd debitum non erat maturatum, & sic dictus de Stichuti nō poterat exigere, cum nemo præsumitur anticipatè soluere, & consequenter excipiebant non teneri edere libros, quia nec poterat ibi inueniri scriptum de hoc. Item quia erat absens ab hoc Regno, & existebat Florentiæ tempore quo dictus de Rogalli decoxit, & mortuus fuit, nec venerat, aut cessarat dies solutionis, & † ita fuit decisum, 49
& confirmatum in Appellatione quòd non teneatur edere. Nisi simus † in ar- 50
gentarijs, & mercatoribus nummularijs, siue campsoribus, isti namque recipiunt pecunias alienas loco depositi, illasque restituere promittunt minutim ad eorum voluntatem, ac iurant diligenter conficere rationes, & eorum scriptura facit fidem inter tertios, vt ait ipse Bolognett. d. num. 63. versic. tertio, & quarto, & ita loquitur text. realiter in d. l. non est nouum, & ibi omnes, quia horum officium habet publicam causam, & consistit in scribendis rationibus, prout etiam sunt magazenerij, & publici Mercatores, Decian. Menocch. & alij quamplures allegati in contraria allegatione pro dicto de Stichuti, Bald. in l. ex argentarijs in 2. notab. ff. de
51 edend. & cons. 443. num. 10. lib. 3. Vel † nisi liber esset communis cum suo socio, tunc teneretur edere, Bald. vbi supra,
52 Tusch. in verbo, editio. Vel † nisi staret statutum quòd libris mercatorum adhibeatur fides, tunc enim tenentur edere, vt per DD. vbi supra, & ex eod. Bolognett. sub num. 65. vbi per totam Italiam sic quasi seruatur, & num. 66. Et ex dicta consuetudine verum est, dicit ipse Bolognett. sub d. num. 63. quòd eorum opera consistit in scribendo, consequenter edere tenentur, neque hoc ad nostri temporis mercatores adaptatur, subdit ipse, quorum opera non est publica, vt
53 dixi superius. Vel † nisi simus in vsurario qui tenetur edere rationes, & scripturas occultas, & sic ad eius turpitudinem, quòd non est sic in alijs, Clement. 1. §. cæterum, de vsur. Bolognett. d. nu.
54 63. versic. secundo principaliter, vbi † idem dicit de socijs, tutoribus, procuratoribus, & in Fisco, qui ex generali
55 regula tenetur edere. Vel nisi † simus in eo, qui confecit rationes aliquo man-
56 dante, idem Bolognett. num. 64. Vel † nisi simus in seruis, qui tenentur edere rationes,

rationes, Bolognett. sub num. 65. Vel
57 nisi † dicti mercatores impetrassent licentiam ab eorum magistratibus, vt eorum libris credatur, d. num. 66. Vel
58 nisi † simus in Notario, qui, ex quo est persona publica, edere tenetur d. nu. 66. & 67. & istbæc omnia seneijt expresse Ioannes Bertacchin. in verbo editio part. 2. fol. 151. vbi ponendo conclusionem, quòd mercator tenetur edere libros, dicit verũ esse in vsurario, nauta, caupona, stabulario, gabellario, publicano, tutore, & etiam ab hærede ipsius mercatoris, stationario, procuratore, ab artifice conficiente librum de consuetudine pro trafico artis suæ de æquitate.

§. xi. circa conferendam, quam debet tenere M. R. C. omni die Veneris, sic hodie vsque huc seruatur in causis Fiscalibus in Regio Palatio, & est concordans cum cap. 9. Regis Alphonsi d. tom. 4. quibus addo ea, quæ ponit Thesaur. Pedamont. in præfatione decisionum, num. 36. & seq. quod † causæ fis-
59 cales fiunt cum præsentia Iustitiarij, Aduocati, & Procuratorum Fiscalium, Isern. in constit. Regni, caussas, tit. vt Magister Iustitiarius lib. 1. fol. 68. col. 2. ¶ Cæterum quo ad referendam Principi in causis ardois habes in Ritu cap. 169. versic. deuenio ad vltimam, & ter-
60 tiam partem, d. tom 4. & † propterea tales Iudices, & Officiales solent vocari Compalatij, quasi quòd reddant, & administrant ius in Palatio, de quo in constit. Regni, Constitutionum, vbi Afflict. col. 1. & fin. tit. 73. de tricesima & salario, lib. 1. & idem Afflict. in Constit. cum noua, nu. 5. tit. 78. de instrum. confic. & in constit. Iudices, num. 3. rubric 94. de elect. officialium, eod. lib. 1.
61 vbi † quòd in loco, vbi solitum est ius dici, ibidem debet ius dici, siue interloquendo, siue diffiniendo in loco Prætorij, ratione quia ne aliter videantur dicti Iudices accipere iurisdictionem à partibus litigantibus, l. priuatorum, C. de iurisd. omn. iudic. & num. 12. 13. & 14. vbi subdit quòd Iudices non debent proferre sententias in domibus proprijs, vel in loco priuato, sed in loco publico, vbi solitum est ius reddi per gloss. in l. volut, §. fin. ff. de interrogat. actionib. nec mutari potest locus in iure reddendo, l. cum sententiæ, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic. Angel. in l. penult. ff. de iustit. & iure. Iustitiarius
62 † siquidem Prouinciæ potest reddere ius, prout vult in quocumque loco suæ Prouinciæ, sicut Episcopus potest in quocumque loco suæ Diœcesis ius dicere, vt de primo est text. in l si vt proponis la 2. C. quomod. & quand. Index, & de secundo est text. in cap. cum Episcopus de offic. ordinar. lib 6 Felin. Hostiens. & Paris de Puteo allegati per Afflict. vbi supra d. num. 12. sicut subdit
63 num. 13. idem † esse in Iudice delegato, qui ex quo non habet prætorium, potest in domo propria, vel in alio loco priuato, honesto iudicare, ex Bartol. in d. l. si vt proponis cum similibus per eum.

M. Muta V. I. D.

Confirmatio eiusdem Vicariatus facta per Regem Martinum seniorem post obitum Regis Martini Iunioris viri Reginæ Blanchæ.

Cap. LXVIII.

NOS MARTINVS DEI gratia Rex Aragonum, &c. Considerantes, Illustrem Martinum Primogenitum nostrum, memoriæ celebris, ante recessum suum nouissimum à Siciliæ Regno, constituisse, & creasse, vos Illustrem Blancam eius coniugem Reginam Siciliæ, filiam nostram charissimam eius Viceregentem, & Locumtenentem, ac Generalem Procuratricem in Regno iam dicto, creasseque certum Cõsilium suum in Regno Siciliæ residens, quod vobis assisteret, & de quorum consilio ageretis cuncta concurrentia in regimine, & administratione, ad bonum, & tranquillum statum Regni

Zz 2 prædicti

prædicti: vt hæc & alia in certis litteris inde factis diffusius continetur. Pensantes, inquam (quòd ingenti cordis amaritudine gerimus) dictum Illustrem Primogenitum nostrum, vestrumque virum ab humanis nouiter esse exemptum, & quòd exinde posset per aliquos verti in dubium, an potestas per eum, dum viueret, vobis data, remaneret adhuc in suis robore, & virtute, vel propter eius obitum extincta, & inualida censeretur. Et ideo ad omnis scrupuli, & ambiguitati tollendam materiam, de vestris dictæ Illustris Reginæ, filiæ nostræ carissimæ, prouideri circumspectione, & claritate industriæ, quibus estis insignita, gratia Dei fauente, nec immerito confidentes, tenore præsentis cartæ nostræ, illam eandem generalem potestatem, quam dictus Illustris Rex, Primogenitus noster, maritusque vester, memoriæ celebris, super prædictis omnibus, & singulis, ac alijs quibuscumque vobis contulit, cum quibusuis prouisionibus, cartis, & litteris, quas hic pro insertis, & particulariter nominatis, haberi volumus, & censemus, vobis committimus, & confirmamus, ac deliberatè, & de certa scientia concedimus, atque damus, prædictasque prouisiones, cartas, & litteras laudamus, approbamus, & vobis huiusmodi serie confirmamus, ipsasque tantum virtutis, & roboris habere de cætero volumus, & iubemus, quantum haberent, si dictus Illustris Rex adhuc ageret in humanis; Mandantes per hanc eandem vniuersis, & singulis Officialibus nostris dicti Regni Siciliæ, eorumque Locatenentibus, præsentibus, & futuris, Prælatis, Comitibus, Magnatibus, Baronibus, Militibus, generosis Vniuersitatibus, & singulis personis, vassallis, & subditis nostris in Regno constitutis eodem, & etiam vbicumque sub iræ indignationis nostræ incursu, ac sub fide, & naturalitate, quibus nobis tenentur; quatenus commissionem, concessionem, & confirmationem nostram huiusmodi inuiolabiliter teneant, & obseruent, ac à cunctis faciant obseruari, & contra eam non veniant, seu quospiam contrauenire permittant aliqua ratione. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus, nostro sigillo pendentem munitam. Dat. in humo de Belsiguard, territorij Barchinonæ, 7. Die Augusti, Anno à Natiuitate Domini 1408. nostrique Regni. 9.

Consecutiuum est ad cap. 66. & 67. vbi scripsi illuc recurrite in d. cap. 66. in 4. notabili, & sit finis impositis ad Capitula Regni Regis Martini: breuiter dicamus nonnulla circa hæc Capitula pauca Regis Ferdinandi I.

PRAGMATICAE, ET INSTITVTIONES ILLVSTRISSIMI DOMINI D. REGIS FERDINANDI I.

Vt ne exigantur à transeuntibus carnagia. Cap. I.

FERDINANDVS DEI gratia Rex Aragonum, & Siciliæ, &c. vniuersis, & singulis Reuerendis Prælatis, Oratoribus, Nobilibus, Comitibus, Baronibus, & præcipuè Ioanni de Vigintimilijs, Feudatarijs, Consiliarijs, Capitaneis, Iudicibus, Iuratis, Baiulis, & cæteris Officialibus Regni nostri Siciliæ, præsentibus, atque futuris, quibus fuerit harum series manifesta, fidelibus nostris gratiam, & bonam voluntatem. Circa salubrem gubernationem Regni nostri prædicti alacriter excubantes, ea Capitula, & Constitutiones decernimus inuiolabiliter obseruari, quæ Reipublicæ proficuam vtilitatem plena ratione concernunt. Nuper itaque auditorium nobilium, in Regno nostro prædicto Vicegerentium quærelanter accepimus, quòd vos à certis fidelibus nostris per feuda, vel castra vestra transeuntibus cum eorum animalibus, ab ipsis minus iusta carnagia extorquetis, aut sinitis extorqueri, volentes super hoc opportunum remedium adhibere, statuentes, & ordinantes, iuxta seriem constitutionũ Illustrissimorũ quondam Regum Iacobi, & Federici, ac aliorum prædecessorum nostrorum, vos Reuerẽdos Prælatos hortamur, vobis autem alijs subditis, & cuilibet vestrum mãdamus expresse, quatenus sub pœna florenorũ mille, ac etiam contemptus mandati toties à vobis, & vestrum quolibet infallibiliter exsoluenda quoties fuerit contrafactum, quòd si prædicti fideles nostri meauerint per feuda, & castra vestra, etiam si iter prosequendo in eodem itinere eis, vel aliorum alicui noctescat, & ibidem pernoctauerit, dummodo quòd ortu sequentis Solis inde recedat, nullum carnagium, nec carnagia capere præsumatis, nec capi quomodolibet permictatis, sed ipsos, & eorum quemlibet liberè per feuda, & castra prædicta transire permictatis, nullum impedimentum inferendo, nec inferri procurando, seu permictendo: vobis, & vestrum cuilibet declarantes, quòd tale carnagium, si fuerit exactum (quod non credimus) publica violentia reputabitur, & deinceps à nostra Curia

agentes, & consentientes eodem veluti publicam violentiam inferentes corripientur exinde. Dat. Randatij xiij. mensis Iulij vij. Ind. sub anno Domini 1414. Vidit Ferandus de Vega, Vidit Ferdinandus Cancellarius. Vidit Martinus.

SVMMARIVM.

Carnagia non possunt percipi de animalibus transeuntibus, etiam si iter prosequendo pernoctauerint, sub pœna vt hic num. 1.

Amplia maxime si iste transitus esset solitus, ita vt non esset memoria hominis in contrarium, quia tunc probiberi non possunt, nu. 25.

Amplia vt detinens eadem pro hac causa, teneatur furti, nu. 38.

Limita vt num. 32. 33. 34. 35. & quid in foro Conscientiæ declara, vt nu. 36.

Animalia transeuntia, si in loco transitus vlterius commorentur, debet pro eis solui Affidatura, & quid importat ly Affidatura eodem nu. 1. & 35.

Constitutio Regni Cum per partes Apuliæ libr. 3. tit. de Animal. in past. affidan. quamuis sit localis, extẽditur, tamen ad omnes alias Regiones nu. 2.

Minima non sunt in consideratione, & de illis nõ curat Prætor nu. 3. 7. 9. 10. 11. 12. 13. Limita in pluribus casibus vt nu 14. & seqq vsque ad nu. 24.

Substinere debeo in meo quod tibi prodest & mihi non nocet, nu. 4.

Animalia tempore necessitatis, ne fame pereant, possunt mitti in segetem alienam, vt pascua sumant, non tamen vt inde asportent nu. 5.

Necessitatis tempore omnia sunt communicanda ibid.

Prælatus potest cogere abundantem vt subueniat egeno nu. 6.

Vicinus mitius agit cum vicino, quam cum remoto nu. 8.

Vendere herbagia, glandes &c. etiam iusto prætio nemo cogitur nu. 26.

Stabularij tenentur hospitari venientes, nec possunt aliquos recusare, num. 27.

Charitas ordinata incipit à se ipso, n. 28.

Declara vt num. 29. Amplia vt etiam si dominus locasset pascua, posset pro vsu suo reuocare, num. 30.

Bannum potest fieri tam ad instantiam Baronum, quam particularium, vt nullus intret eorum bona campestria, quòd in practica receptum est, & solent expediri literæ M. R. C. nu. 31.

Princeps si ita iudicauerit expedire, potest statuere; vt collectis frugibus nullus prohibeat alijs pastum in agris suis, dummodo non sint oliua, vinea, & similia, nu. 37.

Animalia si reperiuntur penes aliquem, & illis vsus fuerit, veluti fur puniri debet, num. 39.

Amplia maxime si multoties fuerit de hoc inculpatus, quia tunc, esto quod doceat ab alio emisse, non consequitur prætium, ibid.

Animalia si damnificauerint segetes vineas, &c. possunt capi, & assignari Iustitiarijs, num. 40.



Videas supra in cap. 23. Regis Federici tom. 2. vbi etiam facio mentionem de alijs capitulis Regis Iacobi, de quibus ambobus hic fit mentio, ibi, condam Regum Iacobi, & Federici, ac de carnagijs in specie posui in d. capit. 23. & transit simpliciter hic Boniorn. procedam breuissime per viam notabilium.

1 Noto igitur primo † quòd de animalibus transeuntibus per terras, feuda, & loca nullum carnagium percipi debeat sub pæna vt hic arduissima, & in prædictis alijs Regni Capitulis, vlterius ergo commorantibus solet solui affidatura, quod verbum importat dare alicui fidem super aliquo facto per notata in cap. super eo il 2. de restit. vbi Abb. in 1. notab. cap. fin. de cognat. spiri. in verbo esse affidatam, constit. Regni Cum per partes Apuliæ tit. 55. & ibi Afflict. & Ysern. de Animal. in pasc. affidand. lib. 3. dicens. ipse Ysern. quod ratione pascuorum & herbagiorum non recipiant Domini terrarum vltra solitum, à qua Regni Constit. videtur desumptum hoc Capitulum, vt demonstre-

tur

2 tur quod † illa Cõstitutio nõ sit localis,
etenim licet realiter in Apulia sint de-
serta Câporum, & abundantia pascuo-
rum, vt dixit Seneca; tamen Rex no-
ster Ferdinand. I. voluit demonstrare vt
per omnia Regna seruetur, & sic Apu-
lia ipsa dedit causam impulsiuam, arg.
l. 1. ff. de postuland. Isern. ibid. & Afflict.
num. 1. etenim causa fuit ob magnam
æquitatem quãdoquidem & si in d. Apu-
lia ampla sint territoria, & alibi non sic,
cum toto hoc quia agitur de pascuis
modici tẽporis vnius diei, & vnius no-
3 ctis non curatur quia † de minimis non
curat prætor arg. l. omnino, ff. de impẽs.
in reb. dot. fact. l. in rebus, §. possunt, ff.
cõmodat l. scio ff. de in integ. rest. Cra-
uet. latissime cõs. 182. n. 14. & seq. plura
cumulat Ias. in l. sciendũ nu. 7. ff. qui sa-
4 tis. cogan. & † substinere debeo in meo,
quod tibi prodest, mihique non nocet,
l. interdicere, ff. de euict. nocumentum
quasi nullum est de herbis nascentibus
in terra, præsertim in casibus necessita-
5 tis † quando v. g. non inuenitur, vnde
possint animalia confortari ne animal
pereat, possum mictere etiam in sege-
tem alienam animal, vt teneat pedes
anteriores tantum in loco segetis, &
sumat pascua, non tamen quòd asporret
secum, etenim tempore necessitatis om-
nia sunt communia communicanda, l.
2. §. placuit, ff. ad l. Rhod. de iactu. cap.
pasce, dist. 86. cap. discipulos de conse-
crat. dist. 63 capit. si quis, extr. de furt.
capit. sicut dist. 47. & ibi gloss. quæ dicit
6 quòd Ecclesia, & sic † Prælatus cogit
abundantem subuenire egeno, Isern. in
Constit. si quando tit. 58. quod nil post
indemnia & eod. libr. 3. sic videmus
7 quòd † si transeuntes tortam, lignum,
vel virgam de nemore inciderint, vel
sumpserint absque damno, non possunt
molestari d. constit. cum per partes, in
fine, sed sine impedimento dimictantur.
8 & multo † magis si ageretur cũ vicinis,
& vicinis, in quibus, & cum quibus mi-
tius agitur, quàm cum remoto, vt di-
cunt Domini Neapolitani locis citatis,
& Afflict. num. 17. 18. ex Bald. in l. non
dubium, C. de legib. Anton. de Butr. &
Abbat. locis ibidem citatis, quia ratio
finalis est quòd de minimis non est cu-
randum multa ponit Corsett. in tract.
de minimis in prima regula cum tribus
sequentibus vbi latissimè, l. in rebus, §.
possunt, ff. cõmod. §. gallinarũ, Instit. de
rer. diuis. l. omnino, ff. de impens. in reb.
9 dot. fact. & propter † modicum damnũ
nõ receditur à iure cõmuni, Bald. in l. si
prædium, C. de ædil. action. Barbat. &
alij per Afft. nu. 2. vbi quod modicum
pro nihilo reputatur cap. Moses dist. 7.
& ibi Præposit. & Rex de modico præ-
10 iudicio partis non curat, † & Iudex
potest in modico lædere partem, multa
in hoc affert Afflict. d. nu. 2. post Iason.
Bald. & alia iura, & per ea, quæ recen-
sui infra in cap. 52. Regis Inclyti Ioan-
nis, versic. ratio potest, tom 6. & aliqua
tradit Bolognett. in l. omnes populi,
num. 195. ff. de iustit. & iur. vbi sic in-
11 fert, quod † propter leue munus, nemo
12 à muneribus exemptus excusatur, sic †
mater non petens tutorem filio pau-
peri, non punitur, sic febris modica
non excusat, sic leue vulnus non consi-
deratur, sic delicta parua non sunt in
consideratione, & similia, & dici solet
quòd parum, & nihil æquiparantur vt
scripsi ex Io Petro Surdo in cap. 15. nu.
95. supra eod. l. quamuis, ff. de condit.
& demonstrat. cum similibus per eũdem
13 Surd. sic videmus quòd † statuta pæna-
lia non comprehendunt vilia, vel mini-
ma, ita per l. Senatus, §. marcellus, & ibi
DD. ff. de legat. 1. Alex. in l. qui repro-
bos, §. eleganter, ff. de pignor. action.
tradidit Io. Bertacchin. in verbo statu-
14 tum, fol. meo 111. colu. 3. Est verum †
quòd quandoque habentur minima in
cõsideratione sicut posui supra eod. in d.
cap. 15. sub versic. & valere, & n. 87. vbi
15 † de prohibito exportare vinũ nam ne-
16 que phialam exportare potest, sic † vna
merces facit publicari, & confiscari to-
tam nauim in casu prohibitionis, habes
17 supra eod. in cap. 54 nu. 109. sic † quan-
do esset soluendum ius dohanæ causa
honoris, nam tunc etiam minima atten
duntur tetigi infra in cap. 359. Regis
Alph. tom. 5. ex Bald. in l. Æde, col. 5. C.
locati, Afflict. in Constit. Regni Fun-
18 dicarios sub num. 7. lib. 1. sic † qui im-
petrauit beneficium dixit se alium non
habere, cum haberet minimum exiguũ,
non valet rescriptum, cap. pen. de re-
19 script. sic † si tempore interdicti non
posset sonari campana, appellatione
campanæ, venit etiam minima campa-
nella, Io. Calder. in tract. de Eccles.
interd. fol. 169. per text. in capit. de ap-
pellationibus, & cap. maioribus de præ-
20 bend. sic † Medicus dicitur qui medicat
21 dentes, vel auriculas, sic † restituitur
22 pupillus pro modico, sic † appellatione
nauis, venit nauicula, vt de his cumu-
lat Afflict. in constit. Regni, Magistros
fun-

sindicarios, d.nu.7.& 8.tit.86.de offic.
Magistr.fundic.lib. 1. vbi quòd modica
interdum sunt in consideratione ex Bal.
in l.2.C.de rescind.vendit.sicut dicimus
etiam, quòd licet de minimis non sit
23 curandum, intelligitur † quando quid
est contra ius commune, secus si secun-
dum ius commune, vt post Bartol. in l. si
proprietarius, nu.2.ff. de damn. infect.
ait Menocch. consil.36.nu.43. 44. lib.1.
24 vbi infert ad læsionem † quæ esto quòd
sit minima, est tamen in consideratione
ex Gomez in §. pœnales, num 6. instit.
de action. Couarr. variar. resolut. cap.
17.num. 11. 12. & reliqua supplco in d.
cap.52. Regis Ioannis loco citato. Ad-
do D. Card. Tuschum, vers. minima,
Conclu.239. lib.5. vbi plenissimè. Ma-
25 ximè † si esset solitum quòd transirent
Animalia per talia loca, quia nulla pro-
hibitio cadere potest, sicut si v. g. ex
diuturnitate temporis omni anno, ita
vt non esset memoria hominis in con-
trarium, quis affidauit, poterit dici hoc
esse promissum, & permissum, l. cum
de in rem verso, ff. de vsur. Isern. in d.
Constit. cum per partes, vel si esset com-
munitas pascuorum, & probaretur, vt
tradidi in Commentar. Cõsuet. Panhor-
mi cap.32. sicut multi vicini habent, vt
ipse Isern. subdit per l. testatrix, §. si
plures, ff. si seruit. vindic. ¶ Est verum
26 quod † nullus cogitur affidare in loco
suo, aut herbagia, glandes, & pascua
sumere, nec similia vendere, etiam iusto
pretio: nam vnicuique committuntur
res suæ gerendæ, prout vult. l. nemo. C.
de Iudæ l.2.de noxal.act.& si illi vendo,
& tibi non, non cogor, quamuis hoc
non puto verum, quia iniuriam mihi fa-
cis, nec verum puto quod ait ipse Isern.
27 in publicè negotiantibus † & stabula-
rijs, qui habent in potestate quem re-
cipiant, quia iusto in hoc, & dico quòd
non possunt recusare, & omnes hospita-
ri tenentur, ita intelligo DD. in l. 1.
Naut. caupon. cum similibus, & recor-
dor posuisse in cap.38. Regis Federici,
tom.2. cum concordantibus ibidem ci-
tatis. Prout si pascua non sufficerent
28 pro se, alijs dare non tenetur, quia †
ordinata charitas incipit à se ipso, quia
quis prius sibi, postea alijs prouidere
debet, l. præses, C. de seruit. & aqua,
vbi glo. fin. Roman. cons. 364. dum se-
cundo, in prin. num.2.cum concor. per
Tusch. ver. Charitas concl. 220. per
29 totam, vbi num. 14. dicit † quod ordo
charitatis est, vt super omnia diligatur

Deus, & deinde incipit à se ipso, & post
ipsum, primo parentes, secundo filios,
deinde proximum, allegat Ant. de But.
cons. 25. num. 4. & sic si ibi v. g. essent
alia animalia, non cogetur dominus
transitum dare, nec per momentum,
30 nam † etsi locasset posset pro vsu suo re-
uocare, Isern. in d. constit. Cum per
partes, Afflict. decis. 290. Couarr. va-
riar. resolut. d. cap.17. num.11. versic.
ex his vero lib. 1. Loffred. cons. 25. Pa-
ris de Put. de reintegr. feudor. cap. 6.
31 num. 10. Prout † etiam idem est quan-
do existerent bannum, aut contraria
statuta ad instantiam particularium,
& Baronum, vt nullus intret territoriũ,
nec terras aliorum sine eorum permis-
su, vt recordor posuisse, in cap.30. Re-
gis Iacobi in fine, tom.1. & in cap.115.
ampl. 5. Regis Federici, num.7.tom.2.
addo Modern. Neapolitanos in cap.
Grauamina, num.72. Marin. Freccia de
Authorit. Baron fol.231. Authorit.42.
& 46. vbi pulchra, & multa ponit, an
possit Baro facere bannum, vt nullus
intret eius bona campestria, ex cuius
verbis inducta est practica, vt quotidie
fiant talia banna, & per M.R.C. solent
expediri litteræ per Regnum. Anell. de
Bottis in d. constit. Cum per partes, &
ibi Affl. sub num. 3. post Bald. & Ro-
tam per ipsum allegatos, quia si de iu-
re communi dominus soli potest prohi-
bere, ne aliquis eius solũ ingrediatur,
l.3.§. planè, ff. de acquir. rer. domin.
cum similibus, & per ipsum Affl. nu. 5.
quanto fortius authoritate M.R.C. Luc.
de Penn. in l.2.C. de pasc. publ. lib. 10.
nam quoties aliquis nõ fecit prohibitio-
nem non debuit diuinare, vt subdit ipse
Isern. argum. l. si fideiussor, §.1.ff. Man-
dat. l. si putator, ff. ad l. Aquil. & sic po-
tuit immittere animalia transeuntia
32 breui, si non fuit prohibitus, secus † ve-
ro si prohibitio publicè facta fuerat,
v.g. per banna, & similiter, qui si dein-
de quis intrat, tenetur iniuriarũ actio-
ne, l. diuus, ff. de seruit. vrban. prædior,
Isern. ibidem, & ad pœnas moderatas
saltim, l. 2. ff. de noxalib. maximè si
aderant Custodes in campis, siue Cam-
33 perij. Sicut † etiam si v. g. vno anno
essent modicæ glandes, vel herbæ, quas
carius dominus vender, & modo, vt si
34 esset sterilitas. Sicut † etiam si fortè
animalia prædicta transeuntia damnum
darent segetibus, & fructibus, nam tũc
ob eorum emendam tenerentur domini
animalium, d. Constit. Peruenit, ibi
quòd

quòd si in laboribus, vbi idem Ysern. & Affl. & in d. constit. cum per partes, ibi, si verò &c. Veluti si † etiam fletissent
35 plusquam vna nocte, nam tunc soluent affidaturam, vt in dictis Constitutionibus prope medium, & hic à contrario sumitur, l. quidam hybernos, ff. de seruit. vrban. prædior.

Quibus addo P. D.Gregor. Sayr. lib. 11. Clauis, Regiæ, tit. 11. de pascuis, &
36 iure pascendi, num. 1. vbi dicit † quod qui pecora sua pascit in alienis pratis inuito domino, siue sint alicuius Communitatis, siue personæ priuatæ, peccat mortaliter, nisi paruitas materiæ excusaret, & sine vlla Iudicis sententia ad damni illati restitutionem tenetur; pœnam autem non nisi post Iudicis condemnationem soluere obligatur: Qui verò pascit ea in pratis patentibus, ad restitutionem non nisi post Iudicis condemnationem tenetur, & ita concludit post Michael. Salon. Domin. Bannes, Ludouic. Molin. & Ludouic. Lopez,
37 quos allegat, & num. 2. subdit † quod potest Princeps (si ita expedire iudicauerit, statuere, vt collectis frugibus nullus prohibeat ingressum, & pastum in agris suis, dummodo non sint oliuæ, vineæ, & similia, vt ibi per eum, vbi ponit plures alios casus ad hanc materiam quo ad forum interiorem pertinentes, ad quem studiosum lectorem remictimus.

Noto secundo quòd nullum impedimentum debet dari dominis, & animalibus transeuntibus per loca aliorum, ibi liberè transire permittatis, iuncto
38 ibi, nullum impedimentum † & sic non possunt detineri animalia ipsa, alias furti tenentur d. Constit. Peruenit vbi Anell. de Bottis, & constit. Cum per partes, Dec. cons. 290. facit Pragmat. Regni Neapolis Regis huius nostri Ferdinandi I. de officio Baiuli, quæ est vltima in ordine eiusdem Regni Neapolis, Capic. decis. 45, Cepoll. in tract. de seruit. rustic. prædior. tit. de seruit. iur. pasc. Moderni Neapolitani in cap. Regni, Adhoc, num. 87. & vt dicit Luc. de Penn. in l. 1. col. 2. C. de cohortalibus
39 lib. 12. † si animalia reperiuntur penes aliquem, & illis vsus fuerit, dicetur, vt fur, & tamquam fur puniri deberet, maximè si multoties esset cum dictis equis, & animalibus furtiuis repertis inuentus, & inculpatus, quia esto quòd probet quòd ab alio emit, nec consequetur pretium, l. si mancipium, & l. vnde, ff. de rei vendicat. DD. in d. Constit.
40 peruenit, & ibi Ber. Est verum † quòd si in segetibus, & laboribus, vineis, & possessionibus animalia damnum intulissent, quamuis non sit licitum detinere, capere tamen, & Iustitiarijs assignare est licitum d. Constit. peruenit, & hodie vtimur quòd portantur in fundacis, & errantarijs, Angel. in tract. de malefic. ver. & vestem cœlestem abstulit, Bart. in l. prætor, ff. de damn. infect. & istud est quod dicitur in l. quintus. §. Pomponius, & ibi Florian ff. ad l. Aquil. Bald. in l. 2. col. 2. versic. sed adde quòd ille, qui inuenit, C. de seru. fugit. Speculat. in tit. de iniur. & damn. dat. §. sequitur, versic. porro, quos refert Hypolit. de Marsil. in tract. Bannit. verbo, Animalia, nu. 15. & 16. vbi quod licitum est de iure & expellli dicta animalia damnum dantia, & retineri per dominum, donec sciatur cuius sint, Io. de Imol. in l. prætor §. vnde quæritur ff. de damn. infect. qui licet dicat quod non licet animalia reperta in suo claudere, & capere, quia de facili possent deteriorari, & mori, non negant tamen Doctores quin possint portari Baiulo, & magistro forestarũ vel erranterio, & ita est consuetudo, & vsus, & voluit Affli. nu. 5. vbi quòd debent portari Baiulo, & Baiulus claudet, & gubernabit ipsa animalia, donec sciatur ipsorum dominus.

Muta V.I.D.

Quòd nullus Baro, vel Officialis possit facere diuetum. Cap. II.

FERDINANDVS DEI gratia Rex Aragonum, Siciliæ, & Athenarum, & Neopatriæ Dux, &c. Venerabilibus Prælatis, Nobilibus Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Feudatarijs, Capitaneis, Baiulis, Iudicibus, & Iuratis, ac vniuersis, & singulis officialibus, & personis alijs Regni

nostri Siciliæ salutem, & dilectionem. Multorum relatione percepimus, quòd aliqui ex vobis propriam potius, quam publicam vtilitatem agnoscentes, plerumque inhibitionem, prohibitionem, & diuetum facitis de non extrahendis victualibus, granis, rebus, animalibus, mercibus, tam de terris, & locis nostri Demanij, quàm de terris, & locis Baroniarum vestrarum alio transferendis, prout casus, & necessitas rei exigit, & requirit, quinimmo vos officiales prædictarum Ciuitatum, terrarum, & locorum nostri Demanij, propriam, immo particularem, prout intelleximus, vtilitatem, seu voluntatem, quàm Reipublicæ commoditem persequentes, vosque venerabiles Prælati, & Nobiles Comites, & Barones, etiam in damnum Burgensium, & habitatorum, terrarum, & locorum Baroniarum vestrarum, inhibitionem facitis, nulla vigente necessitate, sed lucri, & mercimoniarum causa vestris commoditatibus acquirenda, quod in maximum detrimentum, grauemque iacturam totius Regni prædicti cedere non dubitamus. Constat enim manifestè quòd ij, qui fruendi bonis proprijs libertate priuantur, arbitria deferunt, propter quæ graue damnum vniuersaliter infertur Reipublicæ supradictæ, Cui iustè, & benigne prouidere volentes, prout spectat ad Regiam Maiestatem, per nos extitit, cum deliberatione nostri Consilij maturè, & deliberatè prouisum, quòd nulli vestrũ, cuiuscumque conditionis, & gradus existat, liceat deinceps sine speciali nostro mandato facere, seu fieri facere inhibitionem, seu diuetum, de quibuscumque rebus victualibus, granis, & mercimonijs, de loco ad locum transferendis per quascumque personas terrarum, & locorum Demanij, quàm Baroniarum prædictarum reciprocè, vel vicissim, sub pœna ũnciarum quinquaginta, & priuationis officiorum à quolibet contrauenient e infallibiliter exigenda. Et si quando, forsan res, vel casus exegerit, vt inhibitio fieri debeat, ad nostræ Maiestatis authoritatem recurratur: quæ, causa cognita, potestatem, & licentiam, prout res exegerit, impartiri non dedignabitur. Volentes nihilominus, & vobis, & cuilibet vestrum iterato, & expressius iniungentes, vt visis præsentibus, in omnibus, & singulis terris, & locis, tam dicti nostri Demanij, quàm Baroniarum prædictarum vestrarum banna, & præconia publica eijci, & emitti faciatis, quòd vnusquisque liberè possit, & valeat animalia, victualia, merces, res, & bona quæcumque extrahere, de loco ad locum deferre, vendere, & apportare ad eorum libitum voluntatis. Dat. Randatij Die octauo Augusti vij. Indictionis Anno Domini 1414. Sub-

scriptione

ſcriptione nobilium noſtrorum Viceregum, & ſigillo magno noſtro in dorſo munito. Vidit Ferdinandus. Vidit Cancellarius. Vidit Martinus.

Fuit ſigillata,& expedita tantũ prolocis Demanij, quia propter intereſſe Baronũ fuit impedita,in Baronibus trãſiuit ĩ alia forma.

MEntionem feci de hac pragmatica ſiue Regni capitulo ſupra eod.in cap.15.verſ. & valere, nu. .& ſimpliciter pertranſijt hic in ſuis Apoſtillis Dom.Ferdinand. Boniorn. ſed quia fuit expedita, & viſa pro locis Demanij tantum, & pro intereſſe Baronum impedita,vt hic habetur: ideo dicas quòd quamuis Rubrica præſentis textus dicat quod nullus Baro, nec officialis poſſit facere diuetum, inhibitionem, ſiue prohibitionem de non extrahendis victualibus, grauis, rebus, animalibus & ſimilibus, tamen dicas contrarium quod immo poſſunt facere ſimiles prohibitiones, & propterea hic ſubditur in pede ſigilli quod hæc pragmatica fuit impedita pro intereſſe Baronum, quia in effectu poſſunt de iure, & ex priuilegijs ipſis Baronibus conceſſis cum mero,& mixto imperio præcipere, ordinare, & facere ſimilia diueta, & inhibitiones vt nullus de eorum territorijs, & iuriſdictionibus extrahant victualia, ſic ſcripſi in ſpecie etiam ſupra in cap.10.n.39.poſt Surd.Signorol. Rolland.à Valle,& alios, maximè ſi non pro vtilitate propria, & priuata hoc facerent, quia eſt prohibitum vt hic, ibi, propriam, immo particularem, prout intelleximus,vtilitatem, ſed ad publicam Reipublicæ cauſam, vt in d.cap.10.ſub num.41.ibi, eſt verum &c.& per tradita infra in cap. 53.Regis Catholici Ferdinandi in 3.intellectu, tom. 7. vbi pono quando aliquid eſt propter publicam vtilitatem.

INSTITVTA
ILLVSTRISS. PRINCIPIS
DOMINI INFANTIS FERDINANDI CASTELLAE,
qui fuit poſtea glorioſiſsimus Rex Aragonum,& Siciliæ &c.

Ob ſingularem honorem, & deuotionem Virginis Genitricis Mariæ, quæ ſunt ſeruanda à cunctis nobilibus eius inſignia deferentibus.

Cap. III.

PRimò quòd vbicumque eis contingat Feſtum vigiliæ Aſſumptionis Dominæ noſtræ, vbi commodè poterit obſeruari, audiant veſperas cum nota. Et ſequenti die, quod eſt feſtum, audiant Miſſam etiam cantatam in Eccleſia Beatæ Virginis Mariæ, ſi ibi fuerit, vel poterit haberi, omnes hoc monili diuiſati ſimul Congregati: & ſi ſupradictam non poterint audire, quilibet teneatur dicere pro veſperis decem Pater noſter, & decem Aue Maria, & pro Miſſa viginti.

Secundò quòd omnes deferentes dictam diuiſam, teneantur illa die quinque pauperibus prouidere in menſa ob Dei Amo-

rem, & Virginis deuotionem, tamen si alibi decreuerit quis hos pauperes reficere, quia deuotius, & commodius, non teneatur ibi.

Tertio quòd teneantur in huius festiuitatis vigilia, & die a principio vesperarũ vsque in finem diei festiuitatis, omnes indui de albo, & deferant hoc insigne bararum quandiu appareant in publico, ita quòd vestimentum desuper, tam in manicis, quàm in alijs sit album, tamen poterunt ornamenta, siue brosiaduras cuiuscumque coloris excepto quòd non sit barradura alterius panni, vel coloris. Item quòd Dominæ, & Domicellæ, quæ hanc diuisam receperint posint deferre perpies cuiuscumque panni, vel coloris.

Quarto quòd omnes deferentes hanc diuisam teneantur iurare quòd eam deferant in vita sua, & etiam Dominæ, & Domicellæ, quæ dictam diuisam receperint quòd eam deferrent inquantum Domicellæ, vel coniugatæ fuerint, & vltra si eam deferre voluerint.

Quinto quòd omnes huius diuisæ teneantur deferre eam in omnibus Sabbatis; tamen si legitimum interueniat impedimentum, quòd non posint ex toto, deferant in parte. Insuper quòd maneat in sui electione omnibus Sabbatis se indui ex toto de Albo, vel quòd deferant quandam stolam, siue faxam, cuius latitudo sit trium digitorum, & quòd nullam culturam habeat in medio, nisi de margaritis albis, vel de aliquo albo, tamen in extremitatibus per circuitum posint apponere de quocumque colore, saluatis semper tribus digitis in latitudine, & teneantur semper deferre in omnibus Festiuitatibus Beatæ Virginis Mariæ, sicut in Sabbatis.

Sextò quòd licet aliquis talis dictæ diuisæ deferat luctum, tamen in vigilia, & festiuitate supradictæ Assumptionis, vt cæteri, debet indui de albo, & in alijs festiuitatibus, & Sabbatis, vt supra est ordinatum, & hoc in quantum commode poterit obseruari, tamen si quis per obliuionẽ aliquod supradictorum negligenter egerit, nõ sit reus iuramenti, nec detractionis: tamen si contingat aliquem supradictorum indui de lucto, quòd à prima die vsque in octo dies, non teneatur deferre predictã diuisam, nec in toto, nec in parte, si voluerit, licet infra hos octo dies cõcurrat festũ Assumptionis Dominæ nostræ, & post tales octo dies teneatur eam assumere, & hoc intelligatur in alijs vigilijs, & festiuitatibus per anni circulum, & etiam in Sabbatis, si contingat indui lucto à prima die, qua receperit, vsque in quindenam, non teneatur de-

ferre,

ferre, si voluerit: tamen primus quindenæ teneatur.

Septimo, quòd grifus dicti collaris, seu diuisæ habeat duas alas albas: & quòd, si aliquis miles, vel scutifer, qui portet hanc diuisam, se contingat reperire in aliquo prælio Agarenorum, quorum numerus sit vltra ducentos, vel in quocumque alio prælio, vbi sint ducenti homines armorum, quod sit iustum prælium, vel vnus solus cum alio, vel in alio certo numero, cum numero æquali: in prælio, quod habeat iustam causam vbi fuerit aliquis Dominus, qui campum teneat securum, & talis fuerit victor, vel in parte victrici, quòd possit deaurare Alam magis copertam dicti grifi: & hoc intelligatur in mari, & in terra: vbi contigerit nauigia armata.

Octauo, quòd talis dictæ diuisæ, qui hoc adimpleuerit, vnde habuit rationem deaurandi dictam Alam, quòd, si contingat iterum eum in aliquo actu militari consimili, & concurrat ei victoria, vt supra, possit deaurare reliquam Alam dicti grifi: & quilibet talis miles, vel scutifer, qui hos duos actus adimpleuerit, ex quibus habuit rationem deaurandi has duas Alas dicti grifi, teneatur mihi intimare per vnum Araldum, vbicumque ego fuero, vt ego omnibus vtriusque sexus dictæ diuisæ præcipiam intimari.

Et hoc singulare insigne recipit supradictus dominus Infans cum magna sollemnitate, ac reuerentia, in Ecclesia Beatæ Mariæ del Antigis, in villa sua Metinensi del campo, Diocesis Salamantinæ, in festo Assumptionis Dominæ nostræ, feria quarta Augusti, florente sua iuuentute, sub vicesimo quarto, anno Domini M. CCCCIII. cum supradicto iuramento: & etiam dictus dominus obtulit dictam diuisam, cum supradicto iuramento nobilissimæ Infantissæ, consorti suæ, necnon Illustrissimo, & excellenti Domino Alphonso primogenito filio suo, ac nobilissimo domino Ioanni genito secundo, & quampluribus alijs nobilibus militibus, & domicellis, qui ibi affuerant.

Festa, quæ sunt colenda pro dicta diuisa.

Quartodecimo die mensis Augusti, est vigilia Assumptionis.

Quintodecimo die eiusdem mensis, est festum Assumptionis Dominæ nostræ: & hoc est festum principale supradictæ diuisæ: & a vesperis dictæ vigiliæ, vsque per totum diem festi tenetur homo indui vestibus albis, audire Vesperas, & Missam, & dare comestionem quinque pauperibus.

Octauo die Septembris, est festum Natiuitatis gloriosissimæ Virginis Mariæ.

Vigesimoprimo Nouembris, est festum Præsentationis ipsius Dominæ.

Octauo Decembris est festum Conceptionis ipsius Dominæ.

Secundo Februarij, est festum Purificationis ipsius Dominæ.

Vigesimoquinto Martij, est festum Annuntiationis ipsius Dominæ.

Expliciunt Institutiones, & Capitula: sub regula Gloriosissimæ Virginis Mariæ, ordinata per Illustrem Dominum Ferdinandum Castella.

SVMMARIVM.

MARIA Virgo Sanctissima sedet in cœlis super omnes Sanctos, ac cœlestis Militiæ spiritus num. 1. vbi aliqua eius laudes.

Adoranda est non solùm vt cæteri Sancti, sed excellentiori modo, qui dicitur Hyperdulia num. 2. & quæ sit ratio nu. 3 4.

Dicitur Mater omnium hominum, & quare nu. 5.

Maria Cleophe, & Maria Salome ex Sancta Anna communi matre fuerunt sorores vterinæ B.M.V. nu. 6.

Assumptionis B. Mariæ Festum solennius ac celebrius Natiuitatis eiusdem num. 7 & 9 quæ sit ratio nu. 12.

Maria Virgo cum Corpore, & Anima assumpta est in cœlum, & contrarium pertinaciter asserere, est propriè hæresis num. 8. & 10.

Census annui, si dies solutionis non sit adiectus in contractu, communiter soluuntur in Vigilia Assumptionis Beatæ Mariæ 14. Augusti nu. 11.

Natiuitas B. M. V. celebratur vij. Id. Septembris, & quare eius Natiuitas celebretur nu. 13.

Præsentationis Sanctissimæ V. M. festum fit die 21. Nouembris, & solenniter in Ecclesia Cathedr. Panormi nu. 14.

Author natus fuit sub die xxi. Nouembris nu. 15.

Conceptionis purissimæ, & immaculatæ Virginis M. Festum celebratur die octauo Decembris, nu. 16.

Annuntiationis B.M.V. Festum solennissimum, & celeberrimum colitur die xxv. Martij, nu. 17.

Festi dies aliqui secundum DD. seruandi num. 18.

Episcopus cum Populo potest statuere aliquos dies festos esse seruandos, ibid.

Diuæ Christina, Nympha, Agatha, & Oliua Virgines, & Martyres, Vrbis Panormi Patronæ nu. 19.

Consiliarij cauent non seruare Calendaria ordinaria, ne deterius illis contingat ibid.

D. Andreæ Apostoli, Corpus in Ciuitate Amalphiæ seruatum continuo emictit pretiosum manna nu. 20.

Laicis circa spiritualia est denegata omnis potestas nu. 21.

Rex Siciliæ tanquam protector, & filius Ecclesiæ, & Papa potest validè facere priuilegia in Ecclesijs nu. 22.

Imperator, & Rex sicut debet exaltare Papam, multò magis, & Ecclesiam quam tuetur, eiusq; est Aduocatus, & Patronus nu. 23.

Reges Siciliæ per intermediam personam Com. Rogerij fuerunt à Summo Pontif. inuestiti de spiritualibus nu. 24.

Author subijcit omnia eius scripta determinationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, num. 25.



Ractare putaueram hic nonnulla circa Calendarium, & Ferias, & pauca dicam ĩ fine huius nostri textus in versic. ponit, de quo tetigi supra in cap. 7. Regis Federici, n. 18. & seq. tom. 2. vbi quòd nõ licet ex administratione Iustitiæ facere in dies Calendaria,

lendaria, sed quia solummodo Inclitus, & Serenissimus Rex noster Ferdinandus Primus non commemorat nisi festiuitates Beatæ Mariæ Virginis, de alijs mentionem non faciam, nisi tantum de ea Matre Christi, Clem. fin. §. 1. de pœnit. & in Extrauag. Xisti IIII. incip. graue nimis, sub tit. de relliq. & vener. Sanct. Ioann. cap. 19. cap. quod autem, 27. quæst. 2. & ob id satis pudendum existimaui sicco calamo pertransire in hac altissima, & gloriosissima materia Virginis Mariæ Matris, & Dominæ nostræ, quin immo eadem instructione Regis nostri recensebo nonnulla ad lau-
1 dem ipsius, cuius † sedes est super omnes Apostolos, Angelos, & Archangelos ex gloss. in l. omnes dies C. de ferijs super Cherubin, & Seraphin. vt post Barthol. Sibill. in Speculo quæstionum peregrinarum cap. 10. 2. Decadis, Anton. Florent. in sua summa, 4. part. tit. 15. §. 15. Chassan. in Cathalog. Glor. Mund. part. 3. consider. 4. vbi post Diuum Augustin. ait. [De te Virgo Maria quòd dicam pauper ingenio, cum quicquid dixero, minor laus est, quàm tua dignitas mereatur, & quib. te laudibus efferam nescio, si cœlum appellem, altior es, & quæ cæli non poterunt tuo gremio contulisti. Si matrem gentium dicam excedit, si formam Dei appellem, digna existis, si dominam Angelorum vocem per omnia comprobaris, quia domina ipsorum es.] Et ex Anselmo de concept. virginali cap. 12. 13. [Omne, quod est, aut supra te est, aut infra te est, quod supra te est, solus Deus est, quod infra te est, omne, quod Deus non est.] Ipsa namque Augustis-
2 sima Deipara † non solum vt cæteri Sancti adoranda est; sed excellentiori atq; eminentiori modo, qui communiter à sacris Theologis Hyperdulia dicitur, prout notant Sanctus Thomas Angelicus Doctor par. 3. quæst. 25. art. 5. & 2. 2. quæst. 103. art. 4. ad secundum, Alex. de Hales par. 3. quæst. 30. memb. 3. art. 2. & communiter DD.
3 Scholastici 3. dist. 9. Et † hoc quidem non solum ob singularem quandam prærogatinam gratiæ, & sanctitatis, quæ in illa prè reliquis omnibus Sanctis inest, sed etiam propter specialem MATRIS DEI dignitatem, quæ & distincta est à dignitate gratiæ, & altioris quodammodo rationis ab illa, prout dixit post alios Gregor. Sayr. Anglus Monacus Casinas lib. 4. Clauis Regiæ cap. 3. tit. de cultu Dei, & Sanctorum, num. 9. vbi subdit ex Caiet. in 2. 2. q. 103. art. 4. ad 2. B. Virginem habere consanguinitatem cum Christo, vt homine, affinitatem verò cum Christo vt Deo, ideoque specialis ei adoratio debetur, quia inquit, propria operatione naturali sola fines Deitatis attigit, dum Deum concepit, peperit, & genuit, ac
4 lacte proprio pauit. Sicut † etiam propter singularem modum quo ad nostram Redemptionem concurrit suam substantiam ministrando, illamque pro nobis voluntariè offerendo, nostramque salutem desiderando, petendo, ac procurando, allegat Rupertum lib. 13. in Ioann. hæc dicentem verba. *Mater*
5 *† omnium hominum dicitur, quia nimirum salutis omnium causam tunc sine dolore peperit, quando Deum hominem factum de carne sua genuit. Et tunc magno dolore parturiebat, quando iuxta Crucem eius stabat*, & D. Bonauentura in primo Psalmorum, quos in honorem eiusdem Beatissimæ Virginis composuit, sic inquit ad eam loquendo. *Vniuersas enim fœminas vincis pulchritudine carnis, superas Angelos, & Archangelos excellen-*
6 *tia sanctitatis*, cuius † sorores ex communi Matre S. Anna, fuerunt, S. Maria Cleophæ, & S. Maria Salome vterinæ ipsius B. Virginis, vt tradit D. Natalis Beda Theologus in suo libro Apologiæ contra Iacobum Fabrum in 6. proposit. considerat. 2. fol. 53. vbi ait esse ma-
** gis ** com. opin. Doctorum, & Sanctorum, & Euangelij testimonio, Sanctorũ Patrum sententijs, & approbationibus comprobatam ita esse veritatem, non obstante opinione dicti Iacobi Fabri, quia etiam fuit sibi contrarius, ex quo idemmet super Psal. m. 44. Myrrha, & gutta, scripsit Beatam Virginem Mariam sorores, & affines habuisse, & sic B. Anna non vnicam filiam, sed tres habuit, duas ex primis, & vnam ex secundis nuptijs sic volente Domino, & impulsu diuino, vt inquijt ipsæ Natalis Beda loco citato in 2. proposit. in 3. consideration. fol. 79. Ioann. Bertacchin. in Additionib. ad Angel. de Clauas, in sua summa, littera A. verbo, Anna, & clarius in suo repertorio part. 3. verbo, Maria Virgo fol. 306.

Et ordiendo ab isto Festo Assumptio-
7 nis, dico summopere extolli † festiuitatem hanc B. Mariæ Virginis, cuius festum solemnius celebratur per leges, ordinationes, statuta, & maiori cum solenni-

solennitate, quàm Natiuitas eiusdem
(de qua ponam paulo infra) cum sit
satis solenne festum, cap. alma Mater,
§. pen. & ibi gloss. in verbo, Assumptio-
nis, de sentent. excomm. in 6. vt ait ipse
Io. Bertacchin. in verbo festum fol. 124.
part. 2. col. 2. refert multos, & sequi-
tur Ioann. Anton. Bosell. ad Statut. Par-
mæ in tit. de celebrat. festiuit. Beatæ
Mariæ fol. 9. lib. 1. Rolland. in tract.
de inuentar. in princip. num. 5. Surd.
cons. 122. nu. 4. lib. 1. idem Ioann. Ber-
tacchin. in verbo, Assumptio, fol. 179.
col. 4 part. 1. vbi refert cecinisse versus
ad ipsam Virginem.

„ *At mors Diua parens postquam tua lumina clausit*,
Assumpsit corpus Filius ipse tuum.

recordor enim legisse in libro reuela-
tionum S. Brigittæ lib. 1. cap. 1. hæc ver-
ba circa hoc sacrosanctum festum, *Sed*
aliqui sunt, qui maligno spiritu negant me
assumptam corpore, & anima, aliqui etiã,
quia nesciunt melius, sed ista est pro cer-
tissimo rei veritas, quod cum corpore, &
anima ad Deitatem assumpta sum, & de
hac varietate etiã meminit ipse Ioan.
Bertacchin. in d. verbo, Assumptio vbi
ex Illustrissimo Cardinale Hostiens.
* concludit, quòd opinio communis, * &
approbata habet quòd sit assumpta,
& ita tenere Diuum illum Augustinum,
licet Hieronymus non ita apertè loqua-
tur in Epistola ad Paulam, & Eustochiũ,
vbi ait quod nulla scriptura apertè de-
ponit de assumptione corporali, sic etiã
cum corpore, & anima assumptam te-
net, Abb. in capit. Ne innitaris, de Con-
stit. & ibi licet Bald. moueat an sit hæ-
reticum credere quod corpus non sit as-
8 sumptum in cœlum, hodie † secundum
Innocentium est propriè hæresis, quia
subdit ipse Ioann. Bertacchin. sollen-
nissimum festum sit de Assumptione B.
Mariæ Virginis, cuius corpus, & animã
esse in Cælestibus ad Pedes Sacratissi-
mos Iesu Christi, quinimmo ad dexte-
ram filij veluti Dei Matrem, vt habetur
Regum lib. 2. cap. 3. positus est trhonus
matris eius iuxta trhonum Regis, &
Psal. 44. Astitit Regina à dextris tuis,
&c. & prout pulchrè voluit, & scripsit
Chassan. in d. suo Cathalog. Gloriæ
Mundi d. part. 3. consideration. 4. & hãc
opinionem communem sequitur ipse
Io. Bertacchin. vbi subdit quòd hoc est
comprobatum per Ecclesiam eadem ra-
9 tione quòd † hoc festum est celebrius
alijs festiuitatibus Virginis d. cap. alma
mater, vbi quòd tempore interdicti
campanæ pulsantur in tanta sollenni-
tate, item quia habet vigiliam vt hic in
præcepto, quam non habent aliæ festi-
uitates eiusdem cap. 1. de obseruat. ie-
iun. idem Bertacchin. loco citato, &
considerata tanta celebratione, & ap-
probatione Ecclesiæ, sic est tenendum,
10 & † pertinaciter asserere contrarium,
esset hæreticum, ex Petr. de Anchar. in
Clement. 1. de vsur. Salicet. in l. cun-
ctos populos, C. de summ. Trinit. Cle-
ment. 1. in verbo pertinaciter, de summ.
Trinit. & fid. Cathol. Gloss. & Bald. in
l. 2. verbo, pertinaciter, C. vbi quis de
11 Curia. vel Cohort. In † ista vigilia festi-
uitatis prædictæ 14. Augusti, vt hic
communiter soluuntur census, sicut
olim erat in die Natiuitatis Domini,
quia sic consuetum est solui, & ita in du-
bio esse dicendum, quando nõ esset spe-
cificatum in contractibus, Bald. in l.
æde, C. locat. & ita esse etiam Neapoli,
quòd soluuntur in medio Augusti ait
Matth. de Afflict. in Constit. Regni si-
cut accepimus, sub num. 10. tit. 89. de
fil. Præsbiter. lib. 1. vbi refert quòd
olim pensiones regiæ debitæ solui debe-
bant in Die Natalis D. N. tetigi infra
super Bulla post cap. 355. Regis Alph.
versic. quo autem, tom. 5. ¶ Ideoque
Inclitus, & Serenissimus Rex noster in-
cepit ab Assumptione, & non à Natiui-
12 tate, quia sciebat optimè † quòd festa
Sanctorum celebrantur ab Ecclesia die,
qua mortui sunt, & nõ die qua nati sunt,
quia illa die, qua moriuntur, ad gloriã
nascuntur, vt post gloss. in l. cum quidã,
ff. de ann. legat. gloss. instit. de ingen.
Ludouic. Roman. Singul. 34. gloss. in
cap. non licet, 33. quæst. 4. Abb. in cap.
licet, in 7. notab. de ferijs, posuit Chas-
san. in d. Cathalog. Glor. Mundi, d. part.
3. consier. 25. & per Ecclesiast. cap. 7.
melior est dies mortis scilicet iustorum
Gugliel. de Benedict. & alij per eum.
De his etiam festiuitatibus B. M. V. me-
minit D. Matth. de Afflict. in Constit.
Regni, Baiulos, tit. 73. de Ferijs, nu 6.
nempe de Assumptione, Natiuitate, Præ-
sentatione, Conceptione, Purificatio-
ne, & Annuntiatione, & prout subdam
inferius in festo Natiuitatis. Vt ergo
concludam circa hunc sollennissimum
Assumptionis diem, & principale festũ
voluit Rex, vt quisque induatur de di-
uisa cum vestibus albis à Vesperis Vi-
giliæ prædictæ vsque ad sequentem diẽ,
& dare comestibilia quinque pauperi-

bus

bus, & ducuntur Varæ, & Cærei, vsque nunc per Vrbes, & Plateas.

13 Quo vero ad diem † octauum mensis Septembris, in quo celebratur festum Natiuitatis eiusdem Dominæ, vt hic, dico breuiter cum eodem Chassan. in d. Cathalog. Gloriæ Mundi d. Cōsider. 25. quòd licet de alijs Sanctis celebretur festum in die mortis, vt tetigi nunc paulo superius, tamen in Virgine Maria, celebratur etiam eius Natiuitas, sicut, & de Ioanne Baptista, cum fuerint sanctificati in vtero in ventre Matris, prout de Iob, & Hieremia refert ipse ibidē in d. cōsider. 25. d. part. 3. Cathal. Glor. Mundi (quem expurgatum teneo iuxta indicem Hyspanum cum visa Reuerendi Patris Fratris Decij Carrega Ordinis Prædicatorum) ex Petr. de Monte Episcop. Brixiens. in Dictionario, in verbo, Sanctitas, § quatuor, per cap. nisi, gloss. 2. extr. de renunciatione.

14 De festo † Præsentationis 21. Nouembris, facit etiam mentionem. Affl. in d. Constit. Baiulos, num. 6. loco citato, vbi Neapoli seruatur de consuetudine, & habet proprium officium, & in nostra Panormitana Cathedrali Ecclesia maximè celebratur, & † est Natalis meus. 15

16 Sequitur in ordine Festum † Conceptionis viij. die Decembris, dico cum ipso Affl. modo citato hanc festiuitatem communiter seruari, reprobata gloss. in cap. pronunciandum, de consecrat. dist. 3. quæ voluit festum Conceptionis non seruari, quia illa gloss. est reprobata per Ecclesiam, vt patet in Officio B. Virginis composito per Papam Xistum, allegat Nicol. de Lyra super illo Euangelij Lucæ, Spiritus Sanctus superueniet in te, Archidiac. in cap. firmissimè, de consecret. dist. 4. Abbat. in cap. conquestus col. 1. de ferijs, vide etiam speculat. tit. de ferijs, §. 1. post princip. vbi ponit, de hoc festo Cōceptionis, & latius idē Ioannes Bertachin. d. part. 3. in verbo, Maria, qui ait quòd Diuæ Mariæ Virginis Cōceptionis immaculatæ diem festum vniuersalis Christianorum Ecclesia sollemniter, & publicè celebrat secundū vsum S. Romanæ Ecclesiæ, & obseruātur octauæ, citat Dom. Iodocch. Clichtoneum Theologum excellentissimum in libro de puritate Conceptionis B. M. V. & Assumptione eiusdem, extrauag. dicti Xisti IIII. incip. Cū præ excelsa, tit. de reliq. & vener. Sanct. quòd quicunque Missam, & Officium Conceptionis Mariæ Virginis in ipso sollemnitatis die, & per octauas audiuerint, consequantur easdē peccatorum relaxationes, veniamque, & remissionem, quales constitutæ sunt ab Vrbano IIII. S. Pontif. & propter multa miracula, vt per Angel. de Clauas. in d. summa, §. feriæ, littera F. & ita etiam tradit V. I. D. Anto. de Tremulis in Additione super præludijs, & exceptionib. Vberti de Bonacurso tit. quib. mod. suo no. agen. versic. item creditur, in Additione, quæ incipit, Feriarū, vbi refert à plerisque approbatæ vitæ viris accepisse, quòd memoria purissimæ, & immaculatæ Virginis potentissima est ad eruendum hominem ab omni angustia, & tribulatione.

Quantum attinet ad diem Purificationis 2. Februarij vide, quæ dixi in cap. 33. incip. si aliquē, s. b Rege Iacobo, nu. 80. tom. 1. vbi mentionem feci de Candela, quæ distribuitur illo die.

17 Vltima festiuitas in ordine est † dies Annunciationis eiusdem Virginis Mariæ, quæ celebratur 25. Martij, & festiuus dies sollemnissimus est, quāuis olim nō esset expressus inter festa de præcepto Ecclesiæ obseruandus, ita distinct. 3. in principio, de consecrat. de quo meminit Dominus Stephan. Gratianus decis. Rotæ 21. nu. 19. qui subdit quòd hodie est celeberrimum festum, vt per gloss. ibidem, in verbo Natiuitas in fine, & ex nouis constitutionibus sollemnissimè est celebrādum, cum in hoc initiū redemptionis nostræ factū sit, & per ipsum Gratian. & hæc sint circa festa B. M. Virg.

18 Ponit etiam † ibidem Affl. in d. constit. regni Baiulos aliud Calendarium Sāctorum, de quo tetigi superius in initio nostri textus quòd communiter obseruatur apud omnes, de quib. ibi, num. 5. & num. 7. idest Natiuitatem Domini cum diebus sequentibus, & Circumcisionis, de qua tetigi supra in cap. 7. Regis Federici, num. 31. tom. 2. vsque ad diem Epiphaniæ, per cap. conquestus de ferijs, l. 2. C. eod. Paschalia festa cū diebus septem ante, & septem post, l. omnes C. de ferijs, Dies Dominicos, l. fin. C. eod. Genes. cap. 1. & 2. Abb. in cap fin. eod. Iacob. de Aret. Alex. Marian. Socc. & alij, de quibus per ipsum Affl. d. num. 5. Item festiuitates duodecim Apostolorum d. cap. fin. de fer. gloss. in cap. vnic. de reliq. & vener. Sanctor. de festo etiam Sancti Pauli, & S. Matthiæ sunt n. feriati vt per ipsum Affl. & de alijs festis SS. quæ Episcopus cum populo statuit esse custodienda

dienda secundum Abbat. & de alijs fe-
19 stis Sanctorum Patronorum, vt † nos habemus Panhormi de Diuis Agatha, Christina, Nympha, & Olina, Sic de quatuor Doctoribus Ecclesiæ, & de multis alijs de quibus olim recordor vidisse, & practicasse Calendarium in multis diebus ordinatis ibi per Illustrissimos Proreges, nec in eis diebus reddebatur ius, & caueant Consiliarij, dicit ibidem Afflict. d. num. 7. ne ordinent, vt non seruetur ordinarium Calĕdarium, ne deterius illis contingat, vt accidit tempore suo aliquibus Cōsiliarijs, quos in breuissimis temporibus vnum post alios vidit mortuos. Et addam circa festum S. Andreæ Apostol. Germani S. Petri Vicarij Christi, & referam eum eodem Afflict. in alia constit. Regni, consuetudinem num. 12. de instrum. confic.
20 lib. 1. quod † in Ciuitate Amalphię eius Corpus Sāctissimum integrum tanquam thesaurus conseruatur preciosissimus, à quo de continuo exit manna preciosium, & nullus eius corpus videre potest, quod manna exit per quandam fiulam argenteam, supra quam est taza argentea, quæ semper est plena dicto manna, quæ si euacuatur, iterum surgit immediatè aliud manna vsque ad summitatem circuli dicti vasis, & numquā spargitur, quod manna datur à pręsbyteris petentibus, & iuuat ad infirmitates, & ad sedandam maris tempestatem, & si reponeretur in loco, in quo commicitur aliquod peccatum, non reperitur in illo vase vlterius.

Sed his dictis quæro quomodo potuerit Rex laicus circa hæc spiritualia disponere, nempe de his festiuitatibus, de audiendo Missam, & Vesperas de dicendo decem Pater noster, totidemque Aue Maria, habitu isto albo, de dando elemosinam pauperibus, & similibus,
21 de quibus hic, cum legamus quòd † laicis circa spiritualia est denegata omnis potestas Roman. consil. 299. num. 9.
22 versic. laicis enim? Dicimus breuiter † quod Rex noster tamquam protector, & filius Ecclesiæ, & Papæ, vt ait Cardin. in Clement. 1. §. cæterum de iureiur. & habetur in cap. si Imperator, dist. 96. ac minister Dei, vt ait Bald. in Auth. Habita in 6. notab. C. ne fil. pro patr. potest facere priuilegia in Ecclesijs, vt tradit ipse Cardinal. in repetit. cap. perpendimus in 7. contrario, de sentent.
23 excommunic. & valent, quia † sicut Rex, & Imperator debet exaltare Papam, vt per gloss. in cap. venerabilem, de elect. capit. tibi domino, distinct. 63. sic multo magis & Ecclesiam quam tuetur prout ibid. & in Clement. 1. §. 1. ibique Cardinal. de iureiur. cap. de forma, 22. quęst. 40. & sicut bonus Aduocatus quærit semper pro suo Cliente, sic Rex pro Ecclesia ipsa, cuius est Adnocatus, & Patronus, vt dicit ibidèm Cardinal. & Abb. in d. cap. venerabilem cum similib. & tanto magis de Regibus nostris habentibus ius illud patronatus, de quo latius suo loco dixi supra in cap. 21. & per tradita à Tusch o conclus. 4. & 5. verb. laicus, immo ordinare has sanctas institutiones est boni Principis, & ita dicemus, & videbimus, Deo dante, in Pragmaticis Regni huius Siciliæ, tom. 1. Pragmaticarum de illis rectis præceptis dispositis per colendæ memoriæ Illustrissimum Ioannem de Vega Proregem in hoc Regno, in tit. 79. de varijs ordinationibus, quæ in totum
24 respiciunt cultum diuinum, & fortius † quia Reges nostri Siciliæ, ex quo per intermediam personam Comitis illius Rogerij fuerunt inuestiti de spiritualibus concessis sibi per Priuilegia SS. Pontificū acquisiuerūt ius in eis ad tradita per Innocen. in cap. quod sicut, de electione.

Et sic impono finem huic Tom. 3. Capitulorum Regni Regum Martini, & Ferdinandi Primi, ad laudem Dei opt. max. B. M. V. SS. Thomæ Archiep. Cantuar. & Ma rtyris inclyti Magni Episcopi, & Iustinæ Virginis hodie 6. Octobris.
25 M.DCXV. subijciens † omnia determinationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ iuxta ea quæ habentur in cap. hæc est fides 24. q. 1. S. Tho. 2. 2. quæst. 11. art. 1. ad 2.

FINIS TOM. TERTII CAPITVLORVM REGNI.



REPERTORIVM COPIOSISSIMVM PRAECIPVARVM SENTENTIARVM

IN SVMMARIIS VNIVSCVIVSQVE Capituli contentarum.

Ab eodem

V. I. D. MARIO MVTA

AD FACILIOREM INVENTIONEM compositum.

A



B

C

D

Delegati

Dema-

E

Execu-

F

G

Gratia

H

I

Iudices

L

Laicus

M

Memoriale

Mulier

Dominicis

P

f Præscri-

Princeps

f 2 Prorex

Q

R

Relega-

Rescripta

Reges

S

g Salerni

Ser-

Statutum

 imperium

V

Amplia

Vni

FINIS.







